


N. Inv 1192

1064

+

Ambrosij Tractatus

dum appellationis tenorem in scriptis ... [illegible] ... Avignon ...

Ne incrassatus devorete ... et potens tamen ... eius dignitate deglutiat innocentem, cum sepius et est talis

lentes non instant iuste pauperi. Propter hoc exigit appellationis remedium a sacris canonibus salubriter est institutum. Ego

hinc est quod coram vobis ... et discretis viris domino hic presentibus et astantibus teste notario publico persona tam

... conscientia et fideli. Ego Johannes de Colaguze clericus dioecesis Cracoviensis ... et nomine procuratorio

... Johannis de Welim sacre theologie bacc. et plebani Sandecensis animo et intencione appellandi ac provocandi ... viri magistro

... et dominus Petrus dei gratia episcopus Premisliensis ... propono allego atque dico

... solidatam ... papiream sigillo ipsius

... statutorum ... sibi ... magistri Johannis

... statutum ... magistri Johannis ...

... tenor sequitur in verba: Petrus dei gratia episcopus Premisliensis ...

[illegible]

... testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Jacobus Nicolai de Pysdro clericus Cracoviensis dioecesis publicus imperiali auctoritate notarius ... predicte appellationis ... interpositioni et notificationi ... omnibus et singulis premissis ... presens interfui ... eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ... manu mea propria conscribens hanc in publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium ... premissorum.

Qui peccat in se palpando est sodomita
Sed vir ad virum si peccat est Sabbaita
Est Gomorrita cognoscens alia bruta

Maligna d[icitu]r amplastre quo d[...] [...] [...]

Per papa clero feriens / falsarius atque
Solvit. et qui sic audet celebrare ligatus
Sive fractor / et qui communicat illi
Vinctus qui pape sit vinctus publice Symon

Pontificem querat hiis qui succendit ignem
Sacrilegus patris percussor / et sodomita
Qui facit incestum deflorans aut homicida
Et voti fractor / simul sortilegus et
Oppressor prolis / blasphemus hereticus et
Pontifex casibus dictis peccat adulter

Presbiter hereticus nuncon torneamentans
Ecclesiam violans tabernans raptor apostata
Non solvens decimas usurans impenitens et
Spoliant monachus blasphemans mortificans et
Excommunicatus in se non permittit sepeliri

Nervus d[icitu]r vinculum membror[um]
Nervosus d[icitu]r fortis



Assit principio sancta virgo maria

Non arrogans videri arbitror si me filios suscipiam affectum docendi cum ipse humilitatis magister diceret Venite filii audite me timorem domini docebo vos In quo licet aut humilitatem verecundie eius spectare aut graciam Dicendo enim timorem quod communis esse videtur omnibus expressit insigne verecundie Et tamen cum ipse timor initium sapientie sit aut effector beatitudinis quoniam timentes dominum beati sunt preceptorem se sapientie edocende aut demonstratorem beatitudinis adipiscende prudenter significavit Et nos ergo ad imitandam verecundiam seduli ad conferendam graciam non usurpatores que illi spiritus infudit sapiencia per illum nobis manifestata aut usu comperta atque exemplo nobis quasi liberis tradimus cum iam effugere non possimus officium docendi quod nobis refugientibus imposuit sacerdocii necessitudo Dedit enim deus quosdam quidem apostolos quosdam autem prophetas alios vero ewangelistas alios autem pastores aut doctores Non igitur michi gloriam apostolorum vendicabo Quis enim hoc nisi quos ipse filius elegit dei Non prophetarum graciam non virtutem ewangelistarum non pastorum circumspectionem sed tantum modo intencionem aut diligenciam circa scripturas divinas opto adsequi quam ultimam posuit apostolus inter officia sanctorum Et hanc ipsam ut docendi studio possim discere Unus enim verus magister est qui solus non didicit quod omnes doceret Homines autem discunt prius quod doceant et ab illo accipiunt quod aliis tradant Quod ne ipsum quidem michi accidit Ego enim raptus de tribunalibus atque administracionis infulis ad sacerdocium Docere vos cepi quod ipse non didici Itaque factum est ut prius docere inciperem quam discere Discendum igitur michi simul aut docendum est quoniam non vacavit ante discere Quid autem prius debemus discere quam tacere ut possim loqui Ne prius me vox condemnet mea quam absolvat aliena Ex verbis tuis condemnaberis Quid opus est igitur ut properes periculum subire condempnacionis loquendo cum tacendo possis esse tucior Quam plures videas loquendo peccatum incidisse vix quemquam tacendo Ideoque tacere nosse quam loqui difficilius est Scio loqui plerosque cum tacere nesciant Rarum est tacere quemquam cum sibi loqui nichil prosit Sapiens est ergo qui noverit tacere Denique sapiencia dei dixit Dominus dedit michi linguam erudicionis quando oporteat me sermonem dicere Merito ergo sapiens qui a domino accipit quando ipse sibi loquendum sit Unde bene scriptura ait Homo sapiens tacebit usque in tempus Ideo sancti domini qui sciebant quod vox hominis plerumque peccati adnuncia est aut initium erroris humani sermo est hominis amabant tacere Denique sanctus domini ait Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea Sciebat enim et legerat divine esse protectionis ut homo a flagello lingwe sue absconderetur aut a consciencie sue testimonio Verberamur enim tacitis cogitacionum nostrarum obprobriis et iudicio consciencie verberamur aut vocis nostre verberibus cum loquimur ea quorum sono ceditur animus noster aut mentis consauciatur Sanus autem est qui [illegible]

cor a peccato habeat custodiam ne
aut non delinquat in lingwa sua
Et ideo quia neminem videbat fa-
cilem ob siuare posse ab immundi-
cia sermonis Ipse sibi silencio le-
gem imposuit innocencia ut
tacendo culpam declinaret quam
quia effugere posset loquendo Au-
diam ergo cautionis misterium
Dixi custodiam vias meas Hoc
est michi tacito cogitacionis pre-
cepto indixi michi ut custodirem
vias meas Alie sunt vie quas
debemus sequi alie quas custodi-
re Sequi vias domini custodire
nostras ne in culpam dirigant
Potes autem custodire si non cito
loquaris lex dicit Audi israel dominum
deum tuum Non dixit loquere sed
audi Ideo eva lapsa est quia lo-
cuta est viro quod non audierat
a domino deo suo Prima vox dei
dicit tibi audi Si audias custo-
dis vias tuas Et si lapsus es ci-
to corrigis Nam quo enim corrigit
viam suam iuvenis nisi in cu-
stodiendo verba dei Tace ergo prius
aut audi ut non delinquas in
lingwa tua Grave malum ut
aliquis ore suo condempnetur
Etenim si pro ocioso verbo reddet v-
nusquisque racionem quanto magis
pro verbo impuritatis et turpitudi-
nis Graviora sunt enim verba
precipitacionis quam ociosa Ergo si
pro ocioso verbo racio poscitur quan-
to magis pro sermone impietatis
pena exsolvitur Quid igitur mutos
ne nos esse oportet Minime Est
enim tempus tacendi et tempus
loquendi Deinde si pro verbo ocio-
so reddimus racionem videamus
ne reddamus et pro ocioso silencio
Est enim et negociosum silencium
ut erat Susanne que plus e-
git tacendo quam si esset locuta
Tacendo enim apud homines locu-
ta est deo Nec ullum maius
indicium sue castitatis invenit
quam silencium Consciencia loquebatur

ubi vox non audiebatur Nec que-
rebat pro se hominum iudicium que
habebat domini testimonium Ab i-
pso igitur volebat absolvi quem sciebat
nullo modo posse falli Ipse dominus
in evangelio tacens operabatur sa-
lutem hominum Recte ergo david
non silencium sibi indixit perpetuum
sed custodiam Custodiamus ergo cor
nostrum custodiamus os nostrum v-
trumque enim scriptum est hic ut os
custodiamus alibi tibi dicitur Omni
custodia serva cor tuum Si custodie-
bat david tu non custodies Si inmunda
labia habebat ysayas qui dixit
O miser ego quoniam conpunctus sum
cum sim
quia cu si homo et immunda la-
bia habeam Si propheta domini
immunda labia habebat quomodo nos
munda labia habemus Et cui scri-
ptum est nisi unicuique nostrum Sepi
possessionem tuam sepibus aut
argentum et aurum tuum alliga
aut ori tuo fac ostium aut vectem
aut verbis tuis iugum aut
stateram possessio tua mens
tua est aurum tuum cor tuum
est argentum tuum eloquium tuum
est Eloquia domini eloquia ca-
sta argentum igne examina-
tum Bona autem possessio mentis
bona Denique possessio preciosa
homo mundus Sepi ergo hanc
possessionem aut eam vallato
cogitacionibus munito prius so-
licitudinibus ne eam irruant
aut captivam ducant irraciona-
biles corporis passiones ne incur-
sent motus graves Ne diripi-
ant vindemiam eius transeuntes
viam Custodi interiorem hominem
tuum noli eum quasi vilem ne-
gligere ac fastidire quia preciosa
possessio est Et multo preciosa
cuius fructus non caducus aut
temporalis sed stabilis atque eter-
ne salutis est Cole ergo possessio-
nem tuam ut sint tibi agri Alliga

sermonem tuum ne superuacue ne
lasciviet aut multiloquio peccata
sibi colligat. Sic restrictior et
ripis suis coerceatur. Cito lutum
colligit amnis exundans. Astrin-
ge sensum tuum non sit remissus
ac defluens, ne dicatur de te Non
est malagma apponere neque alli-
gaturam. Habet suas habenas
mentis sobrietas quibus regi-
tur et gubernatur. Sit ori tuo ostium
ut claudatur ubi oportet et
obseretur diligentius ne quis in
iracundiam excitet vocem tuam
et contumeliam rependas contu-
melie. Audisti hodie lectum Ira-
scimini et nolite peccare. Ergo et-
si irascimur quia effectus nature
est non potestatis, malum sermonem
non proferamus de ore nostro ne in cul-
pam ruamus. Sed iugum sit verbis
tuis et statera, hoc est humilitas
atque mensura ut lingua tua men-
ti subdita sit. Restringatur habene
[illegible] frenos habeat suos qui-
bus revocari possit ad mensuram.
Sermones proferat libra exami-
natos iustitie ut sit gravitas in
sensu, in sermone pondus atque
in verbis modus. Nec si custodierit
aliquis sit mitis mansuetus mo-
destus. Custodiendo enim os suum
et retinendo linguam nec prius
loquendo quam interroget et expen-
dat atque examinet verba sua
si dicendum. Hoc si dicendum ad-
versum hunc. Si tempus sermo-
nis huius est profecto exercet modestiam
ac mansuetudinem ac patien-
tiam ut non ex indignatione et
ira in sermonem erumpat. Non
aliquod passionis indicium det
in verbis suis. Non ardorem li-
bidinis flammare in sermone
suo indicet et inesse dictis suis
stimulos iracundie. Ne sermo
postremo qui emendare passiones

vitiosa debet intus aliquid esse
in moribus appareat et prodat. Tunc
enim maxime insidiatur adversarius
quando videt nobis passiones ali-
quas generari tunc fomites movet
laqueos parat. Unde non immeri-
to sicut audisti hodie legi propheta
dixit Quia ipse liberabit me de
laqueo venantium et a verbo aspero.
Symmachus irritationis verbum
dixit alii perturbationis. Laqueus
adversarii sermo noster est. Sed et ipse
non minus adversarius nobis. Lo-
quimur plerumque quod excipiat
inimicus et quasi nostro gladio
nos vulneret. Quanto tolerabilius
est alieno gladio quam nostro perire.
Explorat ergo adversarius arma nostra
et concutit sua tela. Si viderit
moveri me vibrat aculeos suos
ut seminaria iurgiorum excitet.
Si emisero verbum indecorum la-
queum suum stringit. Sunt dum
michi quasi escam proponit vin-
dicte possibilitatem ut dum vin-
dicari cupio ipse me inseram
laqueo et nodum mortis adstrin-
gatur michi. Si quis ergo adver-
sarium hunc sentit presentem
esse tunc magis custodiam adhi-
bere debet ori suo ne det locum
adversario. Sed non multi hunc
vident. Sed etiam ille cavendus
est qui nichil potest. Ceterumque
irritat quadam incitat quadam
exasperat quiadamque incentiva
luxurie aut libidinis suggerit.
Quando ergo aliquis nobis con-
viciatur lacessit ad violentiam
provocat ad iurgium vocat tunc
silentium exerceamus tunc muti
fieri non erubescamus. Peccator
est enim qui nos provocat qui
iniuriam facit et nos similes
sui fieri desiderat. Denique si ta-
ceas si dissimules solet dice-
re quid taces loquere si audes

Sed non audet. Mutus es. E-
linguem te fecit. Si ergo taceat
plus rumpitur. Despectum sese
putat irrisum, post habitum
atque illusum. Si respondeat in-
feriorem se factum arbitratur
quia parem invenit. Si enim
taceat dicitur: Ille conviciatus
hunc contempsit iste. Si referat
contumeliam dicitur: Ambo
conviciati sunt. Uterque con-
demnatur, nemo absolvitur.
Ergo illius est studium ut
vincat ut similia illi loquar
similia agam. Justi est autem
dissimulare nichil loqui te-
nere bone fructum conscientie
plus committere honoris iudicio
quam eminentis insolentie
contentum esse gravitate mo-
rum suorum. Non est enim silere
a bonis quem bene sibi con-
scius fuerit. Non debet moveri
nec estimare plus ponderis
in alieno esse convicio quam
in suo testimonio. Ita fit ut
et humilitatem custodiat. Si
autem nolit humilior videri
talia tractat et dicit ipse secum:
Hic ergo ut me contempnat et
in conspectu meo loquatur
talia adversus me quasi non
possim ego ei aperire os meum.
Cur non etiam ego dicam
in quibus eum mestificare
possim. Hic ergo ut michi in-
fecta iniurias faciat quasi vir
non sim quasi vindicare me
non possim. Hic ut me cri-
minetur quasi ego non pos-
sim graviora in eum compo-
nere. Qui talia dicit non est
mitis atque humilis. Non est

sine temptatione. Temptator
enim examinat. Ipse enim ta-
les opiniones instruit. Ple-
rumque adhibet homines atque
opponit nequam spiritus qui ei
illi dicat. Sed tu in petra
firmum vestigium tene. Et si
servus convicium dicat iustus
tacet. Et si infirmus contu-
meliam faciat iustus tacet.
Et si pauper criminetur iustus
non respondet. Hec sunt ar-
ma iusti ut cedendo vincat.
Sicut periti iaculandi cedentes
solent vincere et fugientes gra-
vioribus sequentem vulnerare
ictibus. Quid enim opus est
moveri cum audimus convicia.
Cur non imitamur dicentem:
Obmutui et humiliatus sum
et silui a bonis. An hoc dixit
tantummodo. Non etiam fecit
David unus et fecit. Nam
cum ei conviciaretur Semei
filius Gerusi tacebat David.
Et quamvis septus armatis non
retorquebat convicium non ultio-
nem querebat. Eo usque ut diceret
sibi filio Sarvie quod vindicare
in eum vellet non permise-
rit. Ibat ergo tanquam mutus et
humiliatus. Ibat tacens nec
movebatur cum vir appella-
retur sanguinis qui erat con-
scius sibi mansuetudinis. Non
ergo movebatur conviciis cui
habundat bonorum operum con-
sciencia. Itaque is qui cito in-
iuria movetur facit se dignum
videri contumelia dum vult
ea indignus probari. Melior
est utique qui contempnit in-
iuriam quam qui dolet. Qui
enim contempnit quasi non sen-
tiat ita despiciat. Qui autem

dolet quasi senserit neque
impudens ad vos filios meos
scribens huius psalmi primo
usus sim exordium psalmum
propheta David sancto Idithum
canendum dedit / et ego vobis
tenendum suadeo delectatus
eius sensus profundo et uti-
te sententiarum / Aduertimus enim
ex hiis que breuiter libauimus
et tacendi patientiam et oportu-
nitatem loquendi et in posteri-
oribus contemptum diuitiarum
que maxima virtutum funda-
menta sunt hoc psalmo doce-
ri. Cum igitur hunc psalmum con-
siderarem successit animo de offi-
ciis scribere. De quibus etiam
philosophie studentes scripserunt
ut Panecius et filius eius a-
pud Grecos / Tullius apud La-
tinos non alienum duxi nostro
muneri ut etiam ipse scriberem
Et sicut Tullius ad erudiendum
filium ego quoque ad vos infor-
mandos filios meos. Neque
enim minus vos diligo quos in
euangelio genui quam si
coniugio suscepissem. Non
enim violentior est natura ad
diligendum quam gratia.
Plus certe diligere debemus
quos perpetuos nobiscum pu-
tamus futuros quam quos in
hoc tantum seculo. Illi degene-
res nascuntur frequenter de-
decerant patrem. Vos autem
elegimus ut diligamus. Ita-
que illi necessitate diliguntur
que non satis ydonea atque
diuturna est ad perpetuitatem
diligendi magistra vos iudicio
et magnum caritati pondus
adiungitur diligendi ad iungitur
probare quos diligas et dili-
gere quos elegeris quam (?)

Margin (left): Natura; degeneres

persone conuenire videantur
librum res ipsa conueniat scri-
bere de officiis et utrum hoc no-
men philozophorum tantum scole
aptum sit / an etiam in scriptu-
ris reperiatur diuinis. Pulchre itaque
dum legimus hodie euange-
lium quasi adhortaretur ad scri-
bendum spiritus sanctus obtulit
nobis lectionem / qua confirmare-
mur etiam in nobis officium
dici posse. Nam cum Zacha-
rias sacerdos obmutuisset in
templo et loqui non posset
factum est inquit ut impleti
sunt dies officii eius abiit
in domum suam / Legimus igitur
officium dici a nobis posse. Nec
ratio ipsa abhorret quandoquidem
officium ab efficiendo dictum
putamus quasi efficium / Sed
propter decorem sermonis una
immutata litera officium
nuncupari vel certe ut ea a-
gas que nulli officiant prosint
omnibus. Officia autem
ab honesto et utili duci esti-
mauerunt / Et de hiis duobus
eligere quid prestet / Deinde in-
cidere ut duo concurrant ho-
nesta et duo utilia et queratur
quid honestius et quid utilius
Primo igitur in tres partes offi-
cium diuiditur honestum et
utile et quid prestantius / De-
inde hec tria in quinque genera
diuiserunt. In duo honesta
et duo utilia et eligendi iu-
dicium / Prima pertinere aiunt ad
decus honestatemque vite / Secunda
ad vite commoda copias opes
facultates. De hiis eligendi
subesse iudicium / Hec illi.
Nos autem nichil omnino nisi
quod deceat et honestum sit fu-
turorum magis quam presentium me-

Margin (right): Officia dicta ab omnibus prosint; Officium in 3 partes diuiditur

tinctur formula. Nichil enim utile
nisi quod ad vite illius eterne pro-
sit graciam definimus, non
quod ad delectacionem presentis.
Nec aliqua commoda in facul-
tatibus et copiis opum consti-
tuimus, sed incommoda hec putamus
si non reiciantur, eaque honeri ma-
gis cum sint estimari quam dispen-
dio cum erogantur. Non superfluum
igitur scribentibus nobis opus, quia
officium diversa estimamus regula
quam illi estimaverunt. Illi seculi com-
moda in bonis ducunt, nos
hec eciam in detrimentis. Quoniam
qui hic recipit bona, ut ille di-
ves, illic cruciatur, et Lazarus
qui mala istic pertulerat, illic
consolacionem invenit. Dein-
de qui illa non legunt, nostra
legent si volent, qui non ser-
monis supellectilem neque ar-
tem dicendi, sed simplicitatem
rerum requirunt graciam.
Decorum autem in nostris scripturis
primo constitui loco, quod grece
prepon dicitur, instruimur et doce-
mur legentes. Te decet ymnus
deus in syon, vel grece Prepon
ymnos o theos en Syon. Et
apostolus ait: Loquere que decent
sanam doctrinam. Et alibi:
Decebat autem eum per quem
omnia et propter quem omnia mul-
tos filios in gloriam adducturus du-
cem salutis eorum per passionem
consummari. Num quid prior
Panecius, num quid Aristote-
les, qui et ipse disputavit de
officio, quam David? Cum et
ipse Pythagoras, qui legitur
Socrate antiquior, prophetam
secutus David legem silencii
dederit suis. Sed ille ut per
quinquennium discipulis usum

Nota. Ut omnia per passionem debuit consumari

interdiceret loquendi, David autem
non ut nature munus imminu-
eret, sed ut custodiam proferendi ser-
monis doceret. Et Pythagoras
quidem ut non loquendo loqui
disceret, David ut loquendo magis
disceremus loqui. Etenim quomodo
sine exercitacio doctrina aut sine
usu profectus? Qui disciplinam
bellicam vult assequi, quotidie
exercetur armis et tamquam
in procinctu positus proludit
pugnam et velut coram positis
prendit hoste atque ad periciem
viresque iaculandi vel suos ex-
plorat lacertos vel adversariorum
declinat ictus et vigilanti cer-
nit obtutu. Qui navem in mari
regere gubernaculis studet vel
remis ducere, prius in flumine
proludit. Qui canendi suavitatem
et vocis affectant prestan-
ciam, prius sensim canendo
vocem excitat. Et qui viribus
corporis legittimoque certandi cer-
tamine coronam petunt, quo-
tidiano usu palestre duran-
tes membra, nutrientes paci-
enciam, laborem adsuescunt.
Nec minus ipsa mater natura
nos in parvulis docet, quod
prius sonos meditantur loquendi
ut loqui discant. Itaque sonus
exercitacio quedam et palestra
vocis est. Ita et qui volunt
discere cautionem loquendi, quod
nature est non negent, quod
custodie exerceant. Ut qui in
specula sunt speculando in-
tendant, non dormiendo.
Omnis enim res propriis et dome-
sticis exerciciis augetur. Er-
go David tacebat non sem-
per, sed pro tempore, non omni-
bus neque omnibus, sed inimico
adversanti provocanti peccatori

Sancte loquendi hoc est forma officio

non respondebat et sicut alibi
ait loquentes vanitatem et
cogitantes dolum non audie-
bat. Eram sicut surdus et quasi mu-
tus non aperiens illis os su-
um. Item et alibi habes:
Noli respondere imprudenti
ad imprudenciam eius ne si-
milis illis fiat. Primum igitur
officium est loquendi modus.
Hoc sacrificio laudis deo pen-
ditur, hoc reverentia exhibe-
tur scripture divine legimus.
Hoc ignorantur parentes.
Racio loqui plerosque cum ta-
cere nesciant. Rarum tacere
quemquam cum sibi non prosit
loqui. Sapiens locuturus
multa prius considerat quid
dicat et cui dicat quo in lo-
co vel tempore. Est ergo et ta-
cendi et loquendi modus.
Est eciam faciendi modus. Pulcrum
igitur tenere mensuram of-
ficij. Officium autem omne aut
medium aut perfectum, quod eque
scripturarum auctoritate proba-
re possumus. Habemus etenim
in evangelio dixisse dominum:
Si vis in vitam eternam veni-
re serva mandata. Dicit illi:
que? Ihesus autem dixit ei: Non
homicidium facies, non adul-
terabis, non facies furtum,
non falsum testimonium dices,
honora patrem et matrem,
et diliges proximum tuum sicut
teipsum. Hec sunt media of-
ficia quibus aliquid deest.
Denique dicit illi adolescens:
Omnia hec custodivi a iuven-
tute mea. Quid adhuc mi-
chi deest? Ait illi Ihesus: Si vis per-
fectus esse vade vende omnia
bona tua et da pauperibus et

habebis thesaurum in celo et
veni sequere me. Et supra habes
scriptum ubi habes diligendos
inimicos et orandum dicit pro
calumpniantibus et persequentibus
nos et benedicere maledicentes
nos. Hoc nos facere debere si volumus
perfecti esse sicut pater noster qui
in celo est, qui super bonos et
malos solem suum iubet radi-
are et pios fundere et pluvie rore
terras universorum sine ulla dis-
cretione pinguescere. Hoc est igitur
perfectum officium quod katortho-
ma dixerunt greci, quo cor-
riguntur omnia que aliquos
potuerint lapsus habere. Bo- mia de bo
na eciam misericordia que et ipsa per-
fectos facit quia imitatur per-
fectum patrem. Nichil tam
commendat christianam animam
quam misericordia, primo in pauperes ut
communes putes partus nature
que omnibus ad usum gene-
rat fructus terrarum, ut quod ha-
bes largire pauperi et consor-
tem et conformem tuum adiuves.
Tu nummum largiris, ille
vitam accipit. Tu pecuniam
das, ille substantiam suam esti-
mat. Tuus denarius census
illius est. Adhuc plus ille tibi
confert cum sit debitor salutis.
Si nudum vestias teipsum in-
duis iusticiam. Si peregrinum
sub tectum inducas tuum et
suscipias egentem, ille tibi ac-
quirit sanctorum amicicias et
eterna tabernacula. Non me-
diocris ista gracia. Corporalia
seminas et recipis spiritualia. Mi-
raris iudicium domini de sancto
Iob? Mirare virtutem eius qui
poterat dicere: Oculus eram
cecorum et pes claudorum. Ego
eram infirmorum pater

Velleribus agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum. foris non habitabat peregrinus. Ostium autem meum omni venienti patebat. Beatius denique domo nunquam vacuosum pauper exibat. Nemo enim quisquam magis beatus erat qui intelligit super pauperis necessitatem. Et infirmi atque inopes erunt. Nam in die iudicii habebit salutem a domino que habebit sive debitorem misericordie. Sed plerique revocantur ab officio dispensatricis misericordie dum putant hominis actus non curare deum aut nescire eum quid in occultis geramus quid teneat nostra conscientia. Aut iudicium eius nequaquam iustum videri quando peccatores divitiis habundare vident gaudere honoribus sanitate liberis. Contra autem sanctos inopes degere. In honores sine liberis. infirmo corpore luctu frequenti. Nec mediocris ea questio. Quando quidem tres illi reges amici Iob propterea eum peccatorem pronuntiabant quem inopem factum ex divite orbatum liberis ex fecundo parente perfusum ulceribus inhorrentem vibicibus exaratum vulneribus a capite usque ad pedes videbant. Quibus hanc sanctus Iob proponit assertionem. Si ego propter peccata mea hec patior cur impii vivunt. Inveteraverunt autem et in divitiis semen eorum secundum voluntatem filii eorum in oculis. Domus ipsorum habundant. Timor autem nusquam flagellum autem a domino non est in ipsis. Hec videns infirmus corde exagitatur et studium avertit suum. Cuius dicturus sermones ante

sanctus premisit Iob dicens: Portate me ut ego loquar deinde videte me. Nam etsi arguor non homo arguor. Portate ergo onus sermonum meorum. Dicturus enim sum quod non probo sed ad vos redarguendos proferam sermones iniquos. Aut certe quia ita est [illegible]. Quid autem nunquam ab homine arguar. hoc est homo me non potest redarguere quia peccavi. Et si arguit deus arguit sum quia non ex precedenti culpa me arguit sed ex iniuriis estimatis merita delictorum. Videns ergo infirmus habundare iniustos successibus prosperis clamantes Iacob dicent domino: Recede a me vias tuas scire nolo. Quid prodest quia servimus ipsi. Aut que utilitas quia occurrimus ipsi. In manibus eorum autem bona. Opera autem impiorum non videt. Laudatur in peroratione quod in politica sua posuit is qui contra iustitiam disputandi partes recepisset postulare veniam dictorum que non probaret et veri inveniendi atque examinandi disputationis gratia. Illam sibi impositam personam diceret. Quod eo usque Tullius probavit ut ipse in libris quos ipse scripsit de re publica meam sententiam dicendum putaverit. Quanto antiquior illis Iob qui hec primus repperit nec eloquentie falerande gratia sed veritatis probande premittenda estimavit. Statim igitur ipse questionem enodandam reddidit subiciens

ciens

de trib(ulati)o(n)e et c(on)s(olati)o(n)e

q(uo)d ceteru(m) patuit litt(er)a impior(um)
et futura sit eoru(m) visio. Non
falli du(m) doctorem sapiencie
et discipline s(cimus) esse veritatis
iudicem. Et ideo non secundu(m)
forense habundancia(m) estiman-
dam beatitudinem singulor(um)
s(ed) secundu(m) meliorem consciencia(m)
que innocenciam et flagitio-
rum merita discernit. Vera
itaq(ue) incorrupta penar(um) pre-
miorumq(ue) arbitra. Moritur in-
nocens in potestate simplicitatis
sue in habundancia et volu-
tatis sicut adipe repletam
animam gerens. At vero pecca-
tor qui in vita forte habundet et
deliciis defluat moritur flagret
in amaritudine anime exigit
vitam et ultimum diem claudit
nichil eorum que epulatus fu-
erit referens boni. Nichil secu(m)
auferens n(is)i pena(m) scelerum suoru(m).
Hec cogitantes nega si potes
divini esse iudicii retribucionem.
Ille pro effectu beatus hic miser
ille pro iudicio absolutus hic
reus. Ille in exitu letus hic
merens. Qui absolui potest
qui nec sibi innocens est. Di-
cite inquit michi ubi est
p(ro)fecto tabernaculum eius
signum eius non invenitur.
Vita etenim facinorosi ut
somnium aperiunt oculos. Tu-
rbavit requies eius evanuit
delectatio. Licet ipsa que videt(ur)
etiam dum vivit impior(um)
requies in inferno sit. Viven-
tes enim in inferna descendunt.
Videns compunxio peccatoris
interrogo eius conscienciam
nonne gravius omnibus
ferat sepulcris. Intuearis leti-
ciam eius et salubritatem
iunctoris corporis filiorum
atq(ue) opum abundanciam. Intro-
spice vero et vibices eius a-
nime cordis inquietudinem. Sed
de opibus quid loquar. Cum
elegerit quia non in abunda(n)-
cia vita eius. Cum sciat quia
et si tibi videatur dives sibi
pauper ~~erit~~ sit et tuum iudici-
um suo repellat. De multitudi(n)e
quoque filior(um) et de indolentia
quid loquar. Cum se ipse luge-
at et sine herede futurum iudi-
cet. Cum imitatores sui suc-
cessores suos esse nolit. Nul-
la enim hereditas peccator(um) quo
impius ipse sibi pena. Iustus
aut(em) ipse sibi gracia. Et utro-
q(ue) aut bonorum aut malorum
opum merces ex se ipsis solvitur.
S(ed) revocamur ad propositum ne di-
gressionem factam protraxisse vi-
deamur. Retinua. Destruximus
opinionem eorum qui videntes
sceleratos quosque divites letos
honoratos potentes. Cum ple-
rique iusti egeant atque in-
firmi sint putent vel nichil
de nobis deum curare ut Epi-
curei dicunt vel nostre actus
hominis ut flagiciaque putant.
Vel si scit divina iniquum es-
se iudicem ut bonos egere
paciatur abundare improbos.
Hec supplicius velut quidam
recursus fuit ut opinioni
eius huiusmodi ipsorum affectus
responderet quos beatos iu-
dicant cum ipsi se miseros
putent. Verbi gratia enim sed
q(uia) ipsi sibi fateantur tum nobis
credunt. Primo decursu prolixe
estimo ut repellam cetera. Et
primo eorum assertionem qui

Deum putant curam mundi ne-
quaquam habere | velut Aristo-
teles asserit usque ad lunam eius
descendere providenciam et quasi o-
perator negligat operis sui cu-
ram | Prius deserat ut destituat
quod ipse condiderunt putant
Si iniuria est regere nolle et
maior iniuria fecisse | Prius
aliquid non fecisse nulla in-
iusticia sit | Non curare quod
fecerit summa inclemencia
Sed si aut deum creatorem
suum abnegant aut ferarum
et bestiarum se habere ma-
cero censent | Prius de illis
dicamus qui hac se condem-
nant iniuria | Ponamus ergo
deum ipsi asserunt et omnia
in virtute eius consistere | cum
et maiestatem eius omnia
elementa penetrare terras
celum maria | Et putant di-
vinitatem eius per mentem ho-
minis qua nichil nobis ipse
prestancius dedit penetrare et
divine maiestatis ingredi
sentencia sciencia | Sed homo

Deus in opere et mundo propter respecte volati

magistra velut ebrius et vo-
luptatis patronus ipsi qui pu-
tantur philozophi | Nam de
Aristotilis opinione quid lo-
quar | Prius putat deum suis
contentum esse finibus et
pro scripto regni modo degerent
poetarum loquuntur fabule
deum mundum ferunt inter
esse divisum | ut alii celum
alii mare | alii inferna co-
hercenda imperia sorte ob-
venerint cum tollere ne
usurpata aliarum parti-
um sollicitudine inter se bel-
lum gererent | Similiter hoc
asserere qui curam eidem

non habeat sicut mente
vel infirmi non habet et
quomodo ipsi excludunt que
sequitur poetas | Sequitur
Seed rusio oculum deus si o-
peris sui curam non | Peccare
peccant sciencia | Ergo qui
plantavit aurem non au-
diet | Qui finxit oculum
non videt | Non potuit ex-
pavia opinio sanctos patres
Deinde David inducat eos lo-
quentes | quos superbia asserit
inflatos | Primo enim tamen
superbum esse cum ipsi sub
peccato sint alios indigne
ferunt peccatores vivere | Di-
centes | Usquequo peccato-
res domine usquequo pec-
catores gloriabuntur | Et
infra et dixerunt | Non vi-
debit nec intelliget deus
Jacob | Quibus propheta respon-
det dicens | Intelligite insi-
pientes in populo et
stulti aliquando sapite | Qui pla-
tavit aurem non audit | Et
qui finxit oculum non consi-
derat | Qui corripit gentes
non arguit | Qui docet ho-
minem scienciam | Dominus scit
cogitaciones hominum quoniam va-
ne sunt | Qui ea que va-
na sunt deprehendit ea que
sancta sunt nesciet et igno-
rat quod ipse fecit | Potest
opus suum ignorare artifex
Non est et in opere suo cu-
sentencia deprehendit et deus
opus suum nesciat | Alcius pro-
fundius in opere quam in auc-
tore | Et fecit aliquid quod
supra se esset | Cuius meritum
ignoraret auctor | Cuius asse-

nesciret arbiter hereticis. Ceterum
nobis satis est ipsius testimonium
qui ait Ego sum scrutans
corda et renes. Et in ewangelio
quod ait dominus yhesus Quid co-
gitatis mala in cordibus ve-
stris. Sciebat enim quod cogitarent
mala. Deinde ewangelista
testatur dicens Sciebat enim
yhesus cogitaciones eorum. Errorem
non poterit satis movere opi-
nio si facta eorum considerentur.
Nolunt supra se esse iudicem
qui nesciens fallat. Nolunt enim
dare occultorum scienciam qui
metuunt occulta sua cludi. Sed
eorum dominus sciens opera eorum
tradidit eos in tenebras. Et no-
cte inquit erit fur et oculus adulteri
servabit tenebras dicens Non
considerabit me oculus et lati-
bulo personam posuit suam. Omnis
enim qui lucem odit fugit idem
diligit tenebras. Studentes latere
~~cum latere~~ cum deum latere
non possit. Cum intra profundum
abyssi et intra hominum mentes
non solum tractatum sed eciam vo-
lunda cognoscat. Deinde et ille
qui dicit in ecclesiastico Quis
videt. Et tenebre operiunt me
et parietes que vero. Cumvis
in lecto suo positus hec cogi-
tet ubi. Non putavit compre-
henditur. Et erit inquit dedecus
quod non intellexerit timorem domini.
Quid aut tam stolidum est
putare quod deum quicquam preter-
eat. Cum sol qui minister luminis est
eciam abdita penetret et in
fundamenta domus vel secreta
conclavia vis caloris eius
irrumpatur. Cuius neget una
tempore tepefieri interiora terrarum
quas glacies hiberna constrinxerat hore

C

go arborum ~~occulta~~ vim caloris
vel frigoris adeo ut radices arborum
aut urantur frigore aut fervore solis
virescant. Deinde ubi clemencia
celi viserit varios terra se fundit
in fructus. Si igitur radius solis
fundit lumen suum super omnem terram
autem in ea clausa sunt inserit
Nec vectibus ferreis aut gravium
valvarum obicibus quominus
penetret impeditur. Quanto non
vel intellegibilis dei splendor
in cogitacionibus hominum ~~aut~~ et cor-
da servet que in se trahunt in
secreto. Et ea que ipse fecit non vi-
det. Cum fecit ut meliora sint
que facta sunt et potenciora
cum ipse est qui ea fecit ut pos-
sint quando volunt cogitaciones
sui auctoris latere. Tantam ergo
virtutem et potestatem instruit men-
tibus nostris ut eam comprehende-
tam velit ipse non possit. Duo
absolvimus et ut arbitramur
non incongrue nobis huiusmodi
cecidit disputacio. Tercium genus
disputacionis questionis residet.
Huiusmodi ~~cur~~ cur peccatores habun- cur peccatores habundant opibus
dent opibus et diviciis epulentur
vigent sine merore sine luctu
Iusti autem egeant et afficiun-
tur aut coniugum amissione aut
liberorum. Quibus satisfacere de-
buit illa ewangelii parabola de
divite bisso et purpura indue-
batur et epulatur copiosas exhi-
bebat quotidie. Pauper autem
plenus ulcerum de mensa eius
colligebat reliquias. Post obi-
tum vero utriusque Pauper erat
in sinu Abrahe requiem po-
ssidens. dives in suppliciis. Nonne
evidens est ut meritorum aut premia
aut supplicia post mortem maneant

Et recte quia in certamine labor est post certamen aliis victoria aliis ignominia. Non enim prius quam cursus consumatur palma cuiquam datur aut defertur corona. Asserit Paulus: Certamen inquit bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita michi est iustitie corona quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi sed et hiis qui diligunt adventum eius. In illa inquit die reddet, non hic. Hic autem in laboribus, in periculis, in naufragiis quasi athleta bonus decertabat et sciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ergo non potest quis premium accipere nisi legitime certaverit. Nec enim gloriosa victoria nisi fuerint laboriosa certamina. Nonne iniustus est qui ante dat premium quam certamen fuerit absolutum. Ideo que dominus in evangelio:

Beati pauperes

Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Non dixit beati divites sed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio divino ubi erumna estimatur humano. Beati qui esuriunt quia ipsi saturabuntur. Beati qui lugent quoniam ipsi consolationem habebunt. Beati misericordes quoniam ipsorum miserebitur deus. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati cum vobis maledixerint et persequentur et dixerint omne malum adversum vos propter iustitiam. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est

in celo futuram non putem in celo inquam non in terra mercedem promisit esse reddendam. Quid alibi postulas quod alibi debetur. Quid prius coronam exigis antequam vincas. Quid detergis pulverem; quid requiescere cupis. Quid epulari gestis antequam stadium solvatur. Adhuc populus spectat, adhuc athlete in stammate sunt et tu ocium petis.

Cur impii letantur

Sed forte dicas: Cur impii letantur, cur luxuriantur. Cur etiam ipsi non mecum laborant. Quoniam qui non subscripserint ad coronam nec tenentur ad laborem certaminis; qui in stadium non descenderint non se perfundunt. Ideo non oblinunt pulvere quos manet gloria spectat iniuria. Unguentati spectare solent non certare, non solem estus pulveris imbresque pati. Dicant ergo et ipsi athlete: Venite nobiscum laborate. Sed respondebunt spectatores: Nos hic interim de vobis iudicamus. Vos autem sine nostro certamine si viceritis gloriam vindicabitis. Isti igitur qui in deliciis, qui in luxuria, rapinis, questibus, honoribus studia posuerunt sua, spectatores magis sunt quam preliatores. Habent lucrum laboris, fructum vel virtutis non habent. Fovent otium, astutia et improbitate aggerant divitias, acervos quos evolvant servant, licet nequitie sue penam. Horum requies in infernis, tua in celis. Horum domus in sepulcro

Eorum

tera in paradiso. Unde prelate vi-
gilare eos in tumulto. Job dicit
Cum soporem quietis habere non
possunt que ille dormiunt qui
resurrexit. Noli igitur ut parvulus
sapere ut parvulus loqui, ut par-
vulus ergo cogitare, ut parvulus
vindicare ea que sunt posterioris
etatis. perfectorum est corona. exspe-
cta ut veniat quod perfectum est
quando non per speciem in enigmate
sed facie ad faciem formam
ipsam redempte veritatis possis
cognoscere. Tunc qua causa ille
dives fuerit qui erat impro-
bus et raptor alieni, qua cau-
sa potens alius, qua causa
ille habundaverit liberis, ille
fultus honoribus cernebatur.
fortasse ut dicatur raptori. Di-
ves eras qua causa aliena
rapiebas egestas non compu-
lit inopia non coegit. Nonne
ideo te divitem feci ut excu-
sationem habere non posses. Di-
catur etiam potenti. Cur non
adiuvisti vidue pupillis quoque
iniuriam patientibus. Numquid
tu infirmus eras numquid non
poteras subvenire. Ideo te feci
potentem ut non inferretur violen-
tiam sed ut repelleres. Non tibi scrip-
tum est eripe iniuriam accipien-
tem. Non scriptum est eripite pau-
perem et egenum de manu pecca-
toris liberate. Dicatur etiam liberis
habundanti honoribus salu-
britate cerpis. Cur non servivi-
sti prophetis meis famulis meis
quid feci tibi aut quid contri-
stavi te. Nonne ego tibi liberos
dedi honores dedi cantuli sa-
lutem donavi. Cur me nega-
bas. Cur estimabas quod ad scien-
tiam meam quod non perveniret.
Cur tenebas dona mea, despici-
ebas mandata mea. Denique de
Juda proditore hoc intelligere licet
qui et apostolus inter duodecim ele-
ctus est et loculos pecuniarum
quas pauperibus erogaret com-
missos habebat ne videretur
aut quasi inhonoratus aut quasi
egenus dominum prodidisse. Et
ideo ut iustificaretur in eo dominus
hoc ei contulit ut non quasi iniu-
ria exasperatus sed quasi prevari-
catus gratia maiori esset offen-
se obnoxius. Cum igitur et penam
impietati et virtuti fore premia
satis claruit de officiis aggredia-
mur dicere que nobis ab adoles-
centia spectanda sunt ut cum
etate adolescant. Simul est igitur
bonorum adolescentum timorem dei
habere deferre parentibus hono- adolescens.
rem exhibere senioribus castitatem verecundus
tueri non aspernari humilitatem
diligere clementiam ac verecun-
diam que ornamento sunt
minori etati. Sicut enim in senibus
gravitas in iuvenibus ala-
critas ita in adolescentibus
verecundia velut quadam do-
te commendatur nature. Erat
Ysaac dominum timens utpote Ab-
rahe indoles deferens patri
usque eo ut adversus paternam
voluntatem nec mortem re-
cusaret. Joseph cum sompnias-
set quod sol et luna et stelle ado-
rarent eum sedulo tamen ob-
sequio deferebat patri castus
ita ut ne sermonem quidem
audire vellet nisi pudicum hu-
milis usque ad servitutem verecundus
usque ad fugam patiens usque
ad carcerem remissor iniurie
usque ad remunerationem. Cuius
tanta verecundia fuit ut comprehen-
sus a muliere vestem in manibus

cuius fugiens mallet relinquere quam
verecundiam deponere. Moyses quoque
et Hieremias electi a domino ut
oracula dei predicarent populo quod
poterant per graciam, excusabant
per verecundiam. Pulchra igitur virtus
verecundia et suavis gracia, que
non solum in factis sed eciam in
ipsis spectatur sermonibus, ne mo-
dum progrediaris loquendi, ne
quid indecorum sermo resonet tuus.
Speculum enim mentis plerumque
in verbis refulget. Ipsum vocis so-
num librat modestia, ne cuius offen-
dat aurem vox forcior. Denique
in ipso canendi genere prima di-
sciplina verecundia est, sermo eciam
in omni usu loquendi ut sen-
sim quis aut psallere aut ca-
nere aut postremo loqui inci-
piat, ut verecunda principia comme-
dent processum. Silencium quo-
que ipsum, in quo est reliquarum
virtutum ocium, maximus actus

Silencium maximus actus verecundie

verecundie est. Denique si aut in-
fancie putatur aut superbie
probro datur, si verecundie lau-
di ducitur. Tacebat in periculis
Susanna et gravius verecundie
quam vite dampnum putabat. Nec
arbitrabatur periculo pudoris
tuendam salutem. Non soli pu-
loquebatur cui poterat casta
verecundie loqui. Refugiebat o-
ra intueri virorum. Est enim et
in oculis verecundia, nec videre
viros femina nec videri ve-
lit. Neque hanc quisquam solius hac
laudem castitatis putet. Est e-



nim verecundia pudicicie comes cuius
societate castitas ipsa tucior est.
Bonus enim regende castitatis pu-
dor est comes. Qui si pretendat
et que prima pericula sunt pudi-
ciciam temptari non sinat. Hic
primus in ipso cognicionis ingressu
domini matrem legentibus commen-
dat et tamquam testis locuples

verecundia

dignam que ad tale munus
eligeretur astruit, quod in cu-
biculo, quod sola, quod salutata
ab angelo tacet et mota est in
introitu eius, quod ad virilis
sexus speciem peregrinatur
aspectus virginis. Itaque quamvis
esset humilis, pre verecundia tamen
non resalutavit nec ullum
responsum retulit nisi ubi de
suscipienda domini generacione
cognovit, ut qualitatem effectus
disceret, non ut sermonem refer-
ret. In ipsa oracione quam multum
verecundia placet, multum
conciliat gracie apud deum. Nonne
hec pretulit publicanum et comme-
davit. Qui nec oculos suos
audebat ad celum levare.
Ideo iustificatur magis domini
iudicio quam ille phariseus quem
deformavit presumpcio. Ideo quoque
oremus in incorrupcione qui-
eti et modesti spiritus qui est
ante deum locuples, ut ait
Petrus. Magna igitur mo-
destia que cum sit eciam sui
iuris remissior nichil sibi u-
surpans nichil vendicans et
quodammodo intra vires suas con-
traccior dives est apud deum
aput quem nemo dives. Dives
est modestia que dei porcio est.
Paulus quoque oracionem de-
ferre precepit cum verecundia
et sobrietate. Primam hanc et
quasi previam vult esse oracionis
future ut non glorietur pec-
catoris oracio sed quasi pudore
coloris abducta quo plus
defert verecundie de recordacione
delicti hoc uberiorem mereatur
graciam. Est eciam in ipso mo-
tu gestu incessu tenenda ve-
recundia. Habitus enim mentis

in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus aut levior aut iactantior aut turbidior, aut contra gravior et constantior et purior estimatur. Itaque vox quedam est animi corporis motus. Meministis filii quendam amicum, cum sedulis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen in clerum non receptum, quod gestus eius plurimum dedeceret. Alterum quoque cum in clero repperissem, iubere ne umquam preiret michi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi cum redderetur post offensam muneri: hoc solum excepi. Nec fefellit sententia; uterque enim ab ecclesia recessit, ut qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arriane infestationis tempore fidem deseruit, alter pecunie studio, ne iudicium subiret sacerdotale, se nostrum negavit. Lucebat in illorum incessu ymago levitatis, species quedam scurrarum percursantium. Sunt etiam qui sensim ambulando imitentur histrionicos gestus et quasi quedam fercula pompe et statuarum motus nutantium, ut quotienscumque gradum transferunt, modulos quosdam servare videantur. Nec cursitare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi vel iusta necessitas. Nam plerumque festinantes videmus anhelos torquere ora. Quibus si causa desit festinationis necessarie, fit iniuria iusta offensionis. Sed non de hiis dico quibus rara ex causa nascitur, sed quibus iugis et continua in naturam vertit. Nec in illis ergo tamquam simulatorum effigies probo, nec in istis tamquam excussorum ruinas. Est etiam gressus probabilis, in quo sit species auctoritatis gravitatisque pondus, tranquillitatis vestigium; ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nichil enim fucatum placet. Motum natura informet; si quid sane in natura vitii est, industria emendet, ut ars desit, non desit correctio. Quod si etiam ista spectantur altius, quanto magis cavendum ne quid turpe ore exeatur! Hoc enim graviter coinquinat hominem. Non enim cibus coinquinat, sed iniusta obtrectatio, sed verborum obscenitas. Hec etiam vulgo pudori sunt. In nostro vero officio nullum verbum quod inhoneste cadat non incutit verecundiam. Sed non solum nichil ipsi indecorum loqui, sed ne aurem quidem debemus huiusmodi prebere dictis, sicut Joseph ne incongrua sue audiret verecundie veste fugit relicta; quoniam qui delectatur audire, alterum loqui provocat. Intelligere quoque quod turpe sit, pudori maximo est. Spectare vero si quid huiusmodi fortuitu accidat, quanti horroris est! Quod ergo in aliis displicet, id quod potest in se ipso placere? Nec ipsa natura nos docet, que perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicavit, ut et necessitati consuleret et gratiam venustaret? Sed tamen eas que decore ad aspectum forent, in quibus forme

Gressus probabilis

Nichil fucatum placet

Et ore nil turpe dicere

speciem quasi in arce quadam locatam et figure suavitatem et vultus speciem eminentem proponendam usui ac si paratiorem obviam atque aptam reliquit. Eas vero in quibus certe naturalis obsequium necessitatis ne deforme sui preberet spectaculum partim tamquam in ipso celavit atque abscondit corpore partim docuit et suasit tegendas.

Natura verecundie est magistra

Nonne igitur ipsa natura est magistra verecundie? Cuius exemplo modestia hominum quam a modo scientie quid deceret appellatam arbitror, id quod in hac nostri corporis fabrica abditum repperit operuit et texit, ut ostium illud quod ex transverso faciendum in archa illa Noe iusto dictum est, in qua vel ecclesie vel nostri figura est corporis, per quod ostium emittuntur reliquie ciborum. Ergo nature opifex sic nostre studuit verecundie, sic decorem illud et honestum in nostro custodivit corpore ut ductibus quosdam atque anfractibus cuniculorum nostrorum post tergum reliquaret, et ab aspectu averteret ne purgatio ventris visum oculorum offenderet. De quo pulchre apostolus ait: Que videntur inquit membra corporis infirmiora necessaria sunt; et que putamus ignobiliora esse membra corporis his abundantiorem honorem circumdamus; et que inhonesta sunt nostra honestatem abundantiorem habent. Etenim imitatione nature industria auxit gratiam. Quod alio loco etiam altius interpretati sumus ut non solum abscondamus ab oculis verum etiam que abscondita accepimus corum indicia usque membrorum suis

appellationibus indecorum putemus. Denique si casu aperiantur he partes confunditur verecundia; si studio, impudentia estimatur. Unde et filius Noe Cham offensam retulit quia nudatum videns patrem risit. Qui autem operuerunt patrem acceperunt benedictionis gratiam. Ex quo mos vetus et in urbe Roma et in plerisque civitatibus fuit ut filii cum parentibus puberes vel generi cum soceris non lavarent, ne paterne reverentie auctoritas minueretur; licet plerique se et in lavacro quantum possint tegant, ne vel illic ubi nudum totum corpus est huiusmodi intecta portio sit. Sacerdotes quoque veteri more sicut in Exodo legimus bracas accipiebant, sicut ad Moysen dictum est a Domino: Et facies illis bracas lineas ut tegatur turpitudo pudoris, a lumbis usque ad femora erunt. Et habebit ea Aaron et filii eius cum intrabunt in tabernaculum testimonii et cum accedent sacrificare ad aram sancti, et non inducent super se peccatum ne moriantur. Quod nonnulli nostrorum servare adhuc feruntur; plerique spirituali interpretatione ad cautelam verecundie et custodiam castitatis dictum arbitrantur. Delectavit me diutius in partibus demorari verecundie, quia ad vos loquebar qui aut bona eius ex vobis recognoscitis aut damna ignoratis. Que cum sit omnibus etatibus personis temporibus et locis apta, tamen adolescentes iuvenilesque annos maxime decet

In omni autem servando etate ut de-
ceat quod agas et conveniat et
quadret sibi ordo vite tue. Un-
de Tullius etiam ordinem putat in
illo decore servari oportere. Quod
positum dicit in formositate or-
dine ~~et statu~~ ornatu ad actionem
apto. que difficile ait loquendo
explicare posse et ideo satis esse
intelligi. Formositatem autem
cur posuerit non intelligo.
Quamvis ille etiam vires corporis
laudet. nos certe in pulchritudi-
ne corporis locum virtutis non
ponimus. gratiam tamen non
excludimus. Quia verecundia et
vultus ipsos solet pudore offun-
dere gratioresque reddere. Ut enim ar-
tifex in materia commodiore me-
lius operari solet. Sic verecundia
in ipso quoque corporis decore plus
eminet. Ita tamen ut etiam ipse non
sit affectatus decor corporis. Sed naturalis
simplex neglectus magis quam
expetitus. Non albentibus pre-
tiosis et albentibus adiutus ve-
stimentis sed communibus ut ho-
nestati vel necessitati nichil de-
sit. nichil accedat nitori. Vox
ipsa non remissa non fracta.
nichil femineum sonans. qua-
lem multi gravitatis specie si-
mulare consueverunt. Sed formam
quandam et regulam ac sucum
virilem reservans. Hoc est enim pul-
chritudinem vivendi tenere conve-
nientia cuique sexui et persone
reddere. Hic ordo gestorum optimus.
Hic ornatus ad omnem actionem
accommodus. Sed ut mollicullum
et infractum vocis sonum aut
gestum corporis non probo. Ita
neque agrestem ac rusticum na-
turam imitemur. Naturam effigies

formula discipline forma hone-
statis est. Habet sane suos scopu-
los verecundia. non quos ipsa in-
vehit sed quos sepe incurrit. Si
intemperantium incidamus consor-
tia. qui specie iocunditatis ve-
nenum infundunt bonis. Hii
si assidui sint et maxime in
convivio ludo ac ioco ener-
vant gravitatem illam virilem.
Caveamus itaque ne dum relaxare
animum volumus solvamus om-
nem armoniam quasi concen-
tum quendam boni operis.
Usus enim cito inflectit naturam.
Unde quod prudenter facitis con-
venire ecclesiasticis et maxime
ministrorum officiis arbitror de-
clinare extraneorum convivia. Vel
ut ipsi hospitales sitis pere-
grinantibus vel ut ea cautione
nullus sit obprobrio locus. Con- Convivia extraneorum
vivia quippe extraneorum occu-
pationes habent. Tamen etiam
epulandi produnt cupiditatem.
Subrepunt etiam fabule de seculo
ac voluptatibus. claudere aures
non potes prohibere putatur super-
bie. Subrepunt etiam preter volun-
tatem pocula. Melius est ut
tue domui semel excuses quam
aliene frequenter. ut et ipse so-
brius surgat. Tamen ex ali-
ena insolentia condempnari non
debet presentia tua. Viduarum
ac virginum domos nisi visitandi
gratia iuniores adire non est
opus. Et hoc cum senioribus
hoc est vel cum episcopo. Vel si gravior
est causa cum presbiteris. Quid ne-
cesse est ut demus secularibus
obtrectandi locum. Quid opus est

ut ille quoque visitaciones crebre ac-
cipiant auctoritatem. Quid si ali-
qua illarum forte habetur. Cur ali-
eni lapsus subeas invidiam. Quia
multos etiam fortes illecebra
decipitur. Quanti non dederunt
errori locum et dederunt suppli-
cium. Cur non illa tempora quibus
ab ecclesia vacas leccioni impendis.
Cur non Christum revisas. Christum allo-
quaris. Christum audias. Illum allo-
quimur cum oramus. Illum au-
dimus dum divina legimus
oracula. Quid nobis cum alie-
nis domibus. Una domus que
omnes capit. Illi pocius ad nos
veniant qui nos requirunt. Quid
nobis cum fabulis. Ministerium
altaribus Christi. Non obsequium
deferendum hominibus recepimus.
Spectat humiles — Humiles decet esse mites et
mansuetos graves pacientes
modum tenere in omnibus ut
nullum vicium esse in moribus
vel tacitus vultus vel sermo an-
nunciet. Caveatur iracundia aut
Iracundia — si precaveri non potest cohibeatur.
Mala enim illex peccati indignacio
est que ita animum perturbat ut (pax)
racioni non relinquat locum.
Primum igitur si fieri potest ut mo-
rum tranquillitas usu quodam affec-
cionem compositi in naturam vertat.
Deinde cum ita plerumque motus
infixus est nature ac moribus
ut evelli atque evitari non que-
at si previderi poterit racione
reprimatur. Aut si prius occupatus
fuerit animus ab indignacione
quam consilio prospicit aut provide-
ri potuerit ne occuparetur medi-
tare quo modo motum animi
tui vincas. Iracundiam tempera.
Resiste ire si potes. Cede si non
potes quia scriptum est: Date locum

ire. Jacob indignanti fratri suo
cessisset et Rebecce a paciencie in-
structus consilio abesse mallu-
it et peregrinari quam excitari fratris
sui indignacionem et tunc redire
cum fratrem mitigatum putaret.
Et ideo tantam apud deum invenit
graciam. Quibus deinde obse-
quiis quantis muneribus fra-
trem ipsum reconciliavit sibi ut
ille prerepte benediccionis non
meminisset. Meminisset
delate satisfaccionis. Ergo si
prevenerit et occupaverit men-
tem tuam iracundia et ascen-
derit in te non relinquas lo-
cum tuum. Locus tuus paci-
encia est. Locus tuus sapien-
cia est. Locus tuus racio. Lo-
cus tuus est sedacio indigna-
cionis est. Aut si contumacia
respondentis moverit et per-
versitas impulerit ad indigna-
cionem si non potueris mitigare
mentem reprime linguam tuam
a malo et labia tua non loquan-
tur dolum. Deinde inquire pa-
cem et sequere eam. Pacien-
ciam Jacob sancti vide quan-
ta primum sedato animo si non
prevaluerit frenos lingwe tue
impone. Deinde reconciliacionis
studium non pretermittas. Hec
oratores seculi de nostris usurpa-
ta in suis posuere libris sed
ille sensus huius habet graciam
qui prior dixit. Vitemus ergo ac
temperemus iracundiam ne sit ex-
cessus aut in laudibus excepto
aut in vicijs exageracio. Nec
mediocre est mitigare iracun-
diam nec inferius quam omnino
non commoveri. Hoc nostrum nature
illud. Deinde commociones in
pueris innoxie sunt et plus

puer

habent gratie nihil amaritudinis
Et si cito pueri inter se moueantur
facile sedantur et maiori sua-
uitate in se recurrunt. Nesci-
unt se subdole artificioseque tra-
ctare. Nolite hos contempnere
pueros de quibus dominus ait ni-
si conuersi fueritis et efficiamini
sicut puer iste non introibitis
in regnum celorum. Itaque ipse
dominus dei virtus sicut puer
cum malediceretur non remale-
dixit cum percuteretur non reper-
cussit. Ita ergo te compara ut
quasi puer iniuriam non tene-
as malitiam non exerceas. Via
a te innocenter procedant. Non
consideres quid ab aliis in te red-
datur. Locum tuum serua sinceri-
tatem et puritatem tui pectoris
custodi. Noli respondere irato ad
iracundiam eius vel imprudenti ad imprudentiam. Cito
culpa culpam excitat. Si la-
pides teras nonne ignis erum-
pit. Ferunt gentiles ut in ma-
ius omnia verbis extollere solent
archite tarentini dictum philoso-
phi quod ad villicum suum dixe-
rit. O te infelicem quem afflic-
tarem nisi iratus essem. Sed iam
dauid et armatam dexteram
indignatione compresserat. Et quanto
plus est non remaledicere quam
non vindicare. Et bellatores
aduersus Nabal ad vltionem
paratos Abigee deprecatione re-
uocauerat. Unde aduertimus
tempestiuis quoque intercessioni-
bus non solum cedere nos sed etiam
delectari oportere. Eo usque autem
delectatus est ut benediceret inter-
uenientem quod a studio vin-
dicte reuocatus foret. Nam di-
xerat de inimicis suis Quoniam de-

clinauerunt in me iniquitatem
et in ira molesti erant michi. Audi-
amus turbatus iniuria quid di-
xerit. Quis dabit michi pennas
sicut columbe et volabo et requi-
escam. Illi ad iracundiam pro-
uocabant hic eligebat tranqui-
litatem. Iam dixerat irascimini et
nolite peccare. Moralis magister
qui naturalem affectum inflecten-
dum magis ratione doctrine quam
extirpandum nouit moralia do-
cet. Hoc est irascimini vbi culpa
est cui irasci debeatis. Non po-
test enim fieri ut non rerum indig-
nitate moueamur. Alioquin non
virtus sed lentitudo et remissio iu-
dicatur. Irascimini ergo ita ut
a culpa abstineatis. Vel sic
si irascimini nolite peccare sed
inveteratione iracundia vel
certe sic. Si irascimini vobis ira-
scimini quia commoti estis et non
peccabitis. Qui enim sibi irascitur
quia cito motus est desinit ira-
sci alteri. Qui autem volt iram
suam iustam probare plus in-
flamatur et cito in culpam cadit.
Melior est autem secundum salomo-
nem qui iracundiam continet
quam qui vrbem capit quia
ira etiam fortes decipit. Cauere
igitur debemus ne in perturbationes
prius incidamus quam animos
nostros ratio componat. Exani-
mat enim mentem plerumque
aut ira aut dolor aut formi-
do mortis et improuiso perculit
ictu. Ideo preuenire pulcrum est
cogitationem que voluendo
mentem exercitat ne repenti-
nis excitetur commotionibus sed
iugo quodam rationis et ha-
benis adstricta mitescat. Sunt
autem gemini motus hoc est cogitationum

[illegible]

et appetitus. Alteri cogitacionum alteri appetitus. Non confusi sed discreti et dispares. Cogitaciones verum exquirere et quasi subtiliter terere et molere muneris habent. Appetitus ad aliquid agendum impellit atque excitat. Itaque ipso genere nature sue et cogitaciones tranquillitatem sedacionis infundunt et appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati sumus ut bonarum rerum subeat animum cogitacio, appetitus racioni obtemperet. Si vere ut illud decorum custodiamus animum volumus intendere, ne racionem excludat rei alicuius affectus, sed racio quid honestati conveniat examinet. Et quoniam ad conservacionem decori spectare diximus ut sciamus in factis dictisque qui modus, prior autem ordo loquendi quam faciendi est. Sermo in duo dividitur: in colloquium familiare et in tractatum disceptacionemque fidei atque iusticie. In utroque servandum ne sit aliqua perturbacio, sed tamquam mitis et placidus benivolencie plenus et gracie sine ulla sermo ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contencio; questiones enim magis excitare inanes quam utilitatis aliquid afferre solet. Disceptacio sine ira, suavitas sine amaritudine sit, monicio sine asperitate, hortacio sine offensione. Et sicut in omni actu vite id cavere debemus ne racionem nimius motus animi excludat, sed teneamus consilii locum, ita eciam in sermone formulam eam teneri convenit, ne aut ira excitetur aut odium aut cupiditatis nostre aut ignavie aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo huiusmodi de scripturis maxime. Quid enim magis nos oportet loqui quam de conversacione optima, adhortacione observacionis, discipline custodia. Habeat caput eius racionem et finis modum. Sermo enim tediosus iram excitat. Quam vero indecorum ut cum omnis confabulacio habere soleat incrementum gracie, habeat nevum i. maculam offensionis. Tractatus quoque de doctrina fidei, de magisterio continencie, de disceptacione iusticie, adortacione diligencie non unus semper sed ut se dederit leccio nobis et arripiendus et prout possumus persequendus. Neque nimium prolixus neque cito interruptus ne vel fastidium derelinquat vel desidiam prodat atque incuriam. Oracio pura simplex dilucida atque manifesta plena gravitatis et ponderis. Non affectata elegancia sed non intermissa gracia. Multa preterea de racione dicendi dant precepta seculares viri que nobis pretereunda arbitror ut de iocandi disciplina. Nam licet interdum honesta ioca ac suavia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula. Que enim in scripturis non reperimus ea quemadmodum usurpare possumus. Cavenda enim in fabulis ne inflectant gravitatem severioris propositi. Ve vobis qui ridetis quia flebitis, dominus ait, et nos ridendi materiam requirimus ut hic ridentes illic fleamus.

Sermo tediosus iram excitat

[illegible]

Non solum confusos sed omnes
etiam vocos declamandos arbitror
plenam tamen suavitatis et gra-
tie sermonem esse non indecorum
Nam de voce quid loquar. Eam
simplicem et puram esse satis
arbitror. Canoram autem esse
nature est non industrie. Si tamen
distincta pronunciacionis modo et
plena suci virilis ut agrestem ac
subrusticam fugiat sonum. Non
ut rithmum affectet scenicum
sed misticum servet. De racione
dicendi satis dictum puto. Nunc
de actione vite quid congru-
at consideremus. Tria autem in hoc
genere spectanda cernimus. Unum
ut racioni appetitus non relu-
ctentur. Hoc enim solummodo pos-
sunt officia nostra illi decoro convenire.
Si enim appetitus racioni obediat
obediat facile id quod decet in
omnibus officiis conservari potest.
Deinde ne maiore studio quam
res ipsa est que suscipitur vel mi-
nore aut parvam magno ani-
mo suscepisse aut magnam
inferiore destituisse videamur.
Tercium de moderacione studiorum
operumque nostrorum. De ordine quoque
rerum et de opportunitate tempo-
rum non dissimulandum puto. Sed
primum illud quasi fundamentum est o-
mnium ut appetitus racioni pa-
reat. Secundum et tercium idem est hoc
est in utroque moderatio. Vacat
enim apud nos speciei liberalis
que pulchritudo habetur et digni-
tatis contemplatio. Sequitur
de ordine rerum et de opportuni-
tate temporum. Sunt per hoc tria
sunt que videamus utrum in ali-
quo sanctorum consummata pos-
simus docere. Primus ipse pater
Abraham qui ad magisterium

future successionis informatus
et institutus et iussus de terra sua
exire et de cognacione sua et de
domo patris sui nonne multi-
plicate necessitudinis constrictus
affectu. Et tamen appetitum racioni
obedientem prebuit. Cui enim non
terre sue cognacionis domus quoque
sue gratia non delectaret. Et quem
non mulceret suorum suavitas. Sed
imperii celestis et remuneracionis
eterne consideracio movebat amplius.
Nonne considerabat uxorem in-
firmam ad labores teneram ad
iniurias decoram ad incentiva im-
probitatis sine summo non posse
duci periculo. Et tamen subire
omnia quam excusare consultius
iudicavit. Deinde cum descenderet
in Egiptum monuit ut diceret se
sororem esse non uxorem. Accipe
quanti appetitus. Timebat
uxoris pudori timebat proprie
saluti suspectas habebat Egi-
ptiorum libidines. Et tamen pre-
valuit apud eum racio exse-
quende devocionis. Considera-
vit enim quod dei favore ubique tutus
esse posset offenso autem domino
etiam domi non posset illesus
manere. Vicit igitur appetitum
racio et obedientem esse sibi pre-
stitit. Capto nepote non perter-
ritus nec tot regum turbatus populis
bellum repetit. Victoria poti-
tus prede partem cuius ipse
fuit auctor recusavit. Pro-
misso quoque sibi filio cum con-
sideraret emortuum corporis sui
vigorem depositam sterilitatem
coniugis et supremam senectutem
etiam contra usum nature deo credidit.
Adverte convenire omnia. Appe-
titus non defuit sed repressus est

animo equalis gerendis quin et
magna pro vilibus nec minora
pro magnis ducat Moderatio
pro negotiis ordo rerum opportu-
nitas temporum mensura verbo-
rum fide primus iustitia precipuus in
prelio strenuus in victoria non e-
latus domi hospitalis uxori
De Iacob sedulus Sed et quoque eius nepo-
tem iacob delectabat domi se-
curum degere Sed mater voluit
peregrinari ut daret fratri ira-
cundie locum vicit affectum
consilii salubritas Exul domo
profugus a parentibus ubique
tamen convenientem mensuram
negotiis tenuit et temporibus oppor-
tunitatem reservavit Acceptus
domi parentibus ut alter matu-
ritate provocatus obsequii be-
nedictionem daret altera a-
more pio preponderet fraterno quoque
iudicio prelatus cum cibum suum
fratri cedendum putasset Delec-
tabatur utique alimento secundum
naturam sed secundum pietatem
cessit petito Pastor domino gregis
fidus socero gener sedulus
in labore impiger in convi-
vio parcus in satisfactione pre-
vius in remuneratione largus
Denique sic fraternam mitigavit
iracundiam ut cuius verebatur
inimicitias adipisceretur gratiam
De Ioseph Quid de Ioseph loquar qui utique
habebat cupiditatem liber-
tatis et suscepit servitii necessi-
tatem quam subditus in servitu-
te quam in virtute constans quam
benignus in carcere sapiens in
interpretatione in potestate mo-
deratus in ubertate providus in
fame iustus ordinem laudis
rebus adiungens et opportuni-
tatem temporibus equitatem populis
officii sui moderatione dispe-

Job Sanctus Iob quoque iuxta sedit
atque adversis rebus irreprehen-
sibilis patiens gratus deo at-
que acceptus vexabatur dolo-
ribus sed se consolabatur Da-
David vid quoque fortis in bello pa-
tiens in adversis in Ierusalem pa-
cificus in victoria mansuetus
in peccato dolens in senectute
providus rerum modos vices
temporum per singularum modos so-
nos servavit etatum ut mihi
videatur non minus vivendi
genere quam canendi suavitate
predulcem immortalem deo suo
fudisse meriti cantilenam
Quod igitur munus virtutum prin-
cipalium officium defuit illi enim
primo loco constituerunt prudentiam
que in veri investigatione versatur
et scientie plenioris infundit
cupiditatem Secundo iustitiam
que suum cuique tribuit alienum
non vindicat utilitatem pro-
priam negligit ut communem
equitatem custodiat Tertio
fortitudinem que et in rebus
bellicis excelsi animi ma-
gnitudinem et domi eminet
corporisque prestat viribus quar-
to temperantiam que modum
ordinemque servat omnium que vel
agenda vel dicenda arbi-
tramur Nec forsitan ali-
quis dicat primo loco poni
oportuisse quia ab his quattuor
virtutibus nascuntur officiorum
genera sed hoc artis est ut primo
officium diffiniatur postea
ea certa in genera di-
vidatur Nos autem artem
fugimus exempla maiorum
proponimus que neque obscu-
ritatem affert ad intelligendum

neque a

neque ad tractandum conficiat. Sit igitur vita maiorum disciplinae speculum non calliditatis commentarium, imitandi reverentia, non disputandi astucia. Fuit igitur in sancto Abraham primo loco prudentia, de quo dicit scriptura: Credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam. Nemo enim prudens qui deum nescit. Denique insipiens dixit quia non est deus. Nam sapiens non diceret. Quomodo sapiens qui non requirit auctorem suum, qui dicit lapidi: pater meus es tu. Quomodo sapiens ut Manicheus qui mavult imperfectum auctorem habere atque degenerem quam verum atque perfectum. Quomodo sapiens ut Marcion atque Ebionitus qui mavult deum malum quam bonum habere. Quomodo sapiens qui deum suum non timet. Initium enim sapientie timor domini. Et alibi: Labiis sapientis non declinat de ore domini. Sed tractant in confessionibus suis. Simul quoque dicendo scriptura reputatum est ei ad iusticiam aliarum virtutum ei gratiam detulit. Primum igitur nostri definierunt prudentiam in veri consistere cognitione. Quis enim illorum ante Abraham, David, Salomonem? Deinde iusticiam spectare ad societatem generis humani. Denique David dicit: Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in eternum. Iustus miseretur, iustus commodat. Sapienti et iusto totus mundus divitiarum est. Iustus communia pro suis habet, sua pro communibus. Iustus se ipsum prius quam alios accusat. Ille enim iustus qui nec sibi parcit et occulta sua latere non patitur. Vide quam iustus Abraham: susceperat in senectute filium per

Iustus

repromissionem. Reposcenti domino negandum ad sacrificium genitum unicum non putavit. Advertite hic omnes virtutes quattuor in uno facto. Fuit sapientie deo credere, nec filii gratiam anteferre auctoris precepto. Fuit iusticie acceptum reddere. Fuit fortitudinis appetitum racione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius. Temptabatur affectus patrius sed non vincebatur. Repetebat filius appellacionem paternam. Compungebat paterna viscera, sed non minuebat devocionem. Accedit et quarta virtus temperancia. Tenebat iustus et pietatis modum et execucionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria vehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit ut filium reservaret. Quid sapientius sancto Iacob qui deum vidit facie ad faciem et benedictionem meruit. Quid iustius qui ea que acquisierat oblatis muneribus cum fratre divisit. Quid fortius qui cum deo luctatus. Quid modestius qui modestiam ita et locis et temporibus deferebat ut filie iniuriam mallet pretexere coniugio quam vindicare, eo quod inter alienos positus amori potius consulendum quam odia colligenda censebatur. Noe quam sapiens qui tantam fabricavit archam. Noe
Quam iustus qui ad semen omnium reservatus solus ex omnibus et preterite generacionis superstes est factus et auctor future. Quomodo potius et universis magis quam sibi natus. Quam fortis ut diluvium vinceret. Quam temperans ut diluvium toleraverit. Cum intraret quam moderacione

degeret · quando totum · quando solum·
bam dimitteret · quando recipet redeun-
tem · quando excludendi opportunita-
tem repperiret agnosceret. Itaque
tractantes inveniri investigatione
tenendum illud decorum ut summo
studio requiratur · quid verum sit
non falsum pro vero ducere · non
obscuritate vera involvere · non su-
perfluitate vel misteriis atque ambi-
guitatibus occupare animum. Quid
tam indecorum quam venerari sin-
gula · quid ipsi fatiunt · quid tam
decorum obscurum quam de astro-
nomia et geometria tractare quod
probant et profundi aeris spacium
inctivi. Celum quoque et mare
numeris includere, relinquere cau-
sas salutis erudere querere. Et
non ille eruditus in omni sapientia
egiptiorum moyses probavit ista
sed illam sapientiam detrimentum
et stultitiam iudicavit et adversus
ab ea intimo deum quesivit af-
fectu. Deorum vidit interrogavit
audivit loquentem. Quis magis
sapiens quam ille quem docuit deus
qui omnem egiptiorum sapientiam acts
et artium potentiam operis sui virtute
vacuavit. Non hic incognita
pro cognitis habebat hisque te-
mere adsentiebatur. Quae duo in
hoc maxime naturali atque ho-
nesto loco vitanda dicunt. Qui
sibi nec contra naturam esse
nec turpe iudicant saxa adorare
et a simulacris auxilium petere
que nichil sentiunt. Quanto igitur
Sapia excelsior virtus sapientia tanto magis
contendum arbitror ut assequi
eam possimus. Itaque ne quid contra
naturam neque turpe atque in-
decorum sentiamus duo haec id est et
tempus et diligentiam ad consi-
derationem rerum examinandi

gratiam conferre debemus. Nichil
est magis quod homo ceteris ani-
mantibus prestet quam quod rationis
est particeps. Causas rerum inqui-
rit generis sui auctorem inve-
stigandum putat. In cuius potestate
vitae necisque nostrae potestas sit.
Qui mundum hunc suo nutu
regat cui sciamus rationem
esse reddendam nostrorum actuum.
Nichil est enim quod magis proficiat
ad vitam honestam quam
ut credamus eum iudicem fu-
turum quem et occulta non
fallant et indecora offendant
et honesta delectent. Omnibus
igitur hominibus inest secundum na-
turam humanam verum inve-
stigare que nos ad studium co-
gnitionis et scientie trahit et
inquirendi infudit cupiditatem.
In quo excellere universis pulcrum
videtur sed pauci sunt qui id consequi
runt volendo cogitationes con-
silia examinando. Non medio-
crem impendunt laborem ut
ad illud beate honesteque viven-
dum premium possint citius ope-
bus appropinquare. Non enim
dicentibus? mihi domine domine
intrabit regnum celorum sed qui
fecerit ea que dico. Nam stu-
dia scientie sunt factis hau-
stie an inflent an etiam in-
solvent magis. Primus igitur
officii fons prudentia est. Quid
enim tam plenum officii quam
deferre auctori studium atque re-
verentiam. Qui tamen fons
et in virtute divinatur ceteras.
Neque enim potest iustitia sine pru-
dentia esse · cum examinare
quid iustum quid ve iniustum sit
non mediocris prudentie sit. Sum-
mus in utroque error. Qui iustum
iudicat iniustum iniustum aut

prudentia est primus fons officii

iustum execrabilis apud deum
Vt quid habundant iustitie in-
prudenti Salomon ait nec igitur
prudencia sine iusticia est pietas
enim in deum inicium intellectus
Vnde aduertimus illud ab huius se-
culi translatum magis esse inuen-
tum sapientibus Verum pietas
fundamentum est virtutum omnium
Iusticie autem pietas est prima in
deum secunda in patriam tertia in
parentes Item in omnes que
et ipsa in omnes secundum nature est
magisterium Siquidem ab ineunte
etate vbi primum sensus infundi
cepit vitam amamus tamquam dei
munus patriam parentesque di-
ligimus deinde equales quibus
sociari cupimus Hinc nascitur
caritas que alios sibi prefert
non querens que sua sunt in
quibus est principatus iusticie
Omnibus quoque animantibus in-
nascitur primo salutem tueri ca-
uere que nociua sunt expetere que
prosint ut pastum ut latibula qui-
bus se a periculo imbribus sole
defendant quod est prudentie
Succedit quoque ut omnia genera
animancium congregabilia na-
tura sint primo generis sui et
forte consortibus tum etiam ceteris
ut boues armentis equi
gregibus et maxime pares
paribus delectari ceruos quoque
ceruis et plerumque hominibus
adiungi Iam de procreandi studio
et sobolis uel etiam generantium
amore quid loquar in quo
est iusticie forma precipua liquet
igitur et has et reliquas cogna-
tas sibi esse virtutes Siquidem
et fortitudo que uel in bello
tuetur a barbaris patriam
ut domi defendit infirmos uel a
latronibus socios plena iusticie
sit et scire quo consilio defendat
atque adiuuet captare etiam
temporum et locorum opportunitates pru-
dencie ac modestie sit Et tempe-
rancia ipsa sine prudencia modum
scire non possit opportunitatem
noscere et secundum mensuram redde-
re iusticie Et in omnibus istis
magnanimitas necessaria sit et
quedam fortitudo mentis plerum-
que et corporis ut quis quod velit
imple possit Iusticia igitur ad so-
cietatem generis humani et ad
communitatem refertur Societatis ratio
diuiditur in partes duas iusti-
ciam et beneficienciam quam
eandem liberalitatem et benigni-
tatem vocant Iusticia michi
excelsior videtur liberalitas
gracior Illa censuram tenet ista
bonitatem Sed primum ipsum quod
putant philozophi iusticie mu-
nus apud nos excluditur Di-
cunt enim illi eam primam esse iu-
sticie formam ut nemini quis no-
ceat nisi lacessitus iniuria quod
ewangelii auctoritate vacuatur
Volt enim scriptura ut sit in nobis
spiritus filii hominis qui venit
conferre graciam non inferre
iniuriam Deinde formam iu-
sticie putauerunt ut quis co-
munia id est publica pro publicis
habeat que priuata pro suis Nec
hoc quidem secundum naturam Natura
enim omnia omnibus in commune
profudit Sic enim deus generari
iussit omnia ut pastus omnibus
communis esset Et terra ergo foret
omnium quedam communis possessio
Natura igitur ius commune generauit
usurpacio ius fecit priuatum

Nullo in loco aiunt placuisse Stoycis quae in terris gignantur omnia ad usus hominum creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent. Unde hoc nisi de scripturis nostris dicendum adsumpserunt? Moyses enim scripsit quia dixit deus: Faciamus hominem ad ymaginem nostram et secundum similitudinem, et habeat potestatem piscium maris et volatilium celi et pecorum omnium repentium super terram. Et David ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves et boves universas, insuper et pecora campi, volucres celi et pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerunt. Et ideo censent propter hominem esse generata. Hominem quoque hominis causa generatum esse in libris Moysi reperimus dicente deo: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Ad adiumentum ergo mulier data est viro, quae generaret, ut homo homini adiumento foret. Denique antequam mulier formaretur dictum est de Adam: Non inventus est adiutor similis illi. Adiumentum enim homo nisi de homine habere non poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullum erat simile et ut absolute dicamus nullus adiutor homini inventus est. Mulieris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo secundum dei voluntatem vel nature copulam invicem nobis esse auxilio debemus, certare officiis, velut in medio omnes utilitates ponere, et ut verbo scripture utar adiumentum ferre alter alteri vel studio vel officio vel pecunia

vel opibus vel quolibet modo, ut inter nos societatis augeatur gratia. Nec quisquam ab officio vel periculi terrore revocetur, sed omnia sua ducat vel adversa vel prospera. Denique sanctus Moyses pro populo patrie bella suscipere gravia non reformidavit, nec regis potentissimi trepidavit arma, nec barbarice immanitatis expavit feritatem, sed obiecit salutem suam ut plebi libertatem redderet. Magnus itaque iusticie splendor, que aliis potius nata quam sibi communitatem et societatem nostram adiuvat. Excelsitatem tenet, ut suo iudicio omnia subiecta habeat, opem aliis ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, nisi prima avaricia infirmaret atque inflecteret tante virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, prestare diviciis, iusticie formam exuimus, beneficenciam communem amisimus. Quomodo enim potest iustus esse qui studet eripere alteri quod sibi querat? Potentie quoque cupiditas formam iusticie virilem effeminat. Quomodo enim potest pro aliis intervenire qui alios sibi subicere conatur, et infirmo adversus potentes opem ferre qui ipse gravem libertati affectat potenciam? Quanta autem iusticia sit ex hoc intelligi potest, quod nec locis nec personis nec temporibus excipitur

Nunc etiam hostibus reservat
ut si constitutum sit cum hoste
aut locus aut dies prelio adver-
sum iusticiam pervertitur aut loco
prevenire aut tempore. Unde est enim ut
aliqui pugna aliqua et con-
flictu gravi capiantur an su-
periore gratia vel aliquo eventu.
Siquidem vehementioribus hostibus
et insidiis et hiis qui amplius
leserint vehementior refertur ulcio
ut de Madianitis qui per mulieres
suas plerosque peccare fecerant
ex plebe iudeorum unde et dicitur in
populo patrum iracundia effu-
sa. Excidio factum est ut nullum
evasisset victor superesse pateretur.
Gabaonitas autem qui magis
fraude quam bello temptaverant
plebem patrum non expugna-
vit illos. Sed conditionis imposi-
te affecit iniuria. Syros vero
heliseus quos obsidentes in ci-
vitatem induxerat momenta-
nea cecitate percussos cum quo
ingrederentur videre non possent
volenti regi israel percutere non
acquiescere dicens. Non percuties
quos non captivasti in gladio
et lancea tua. Pone eis panem
et aquam et manducent et
bibant et remittantur ut eant
ad dominum suum ut humanita-
te provocati gratiam repensarent.
Denique postea in terram israel ve-
nire predatores Syrie destiterunt. Si
ergo etiam in bello iusticia valet
quanto magis in pace servanda.
Et quam gratiam propheta his
detulit quia ad eum corripiendum
venerant. Sic enim legimus quod
in obsidione eius miserat rex
Syrie exercitum suum cognito quod
Helizeus esset qui consiliis et
argumentationibus eius obviaret
omnibus. Exercitum videns eximie
Giezi puer prophete de salutis periclo
trepidare cepit. Cui dixit propheta
Noli timere quia plures nobis-
cum sunt quam cum illis. Et ro-
gante propheta ut aperiret oculos
puero suo aperti sunt. Et vidit
itaque Giezi totum montem equi-
tibus repletum et curribus in circuitu
Helizei. Quibus descendentibus
ait propheta Percute deus cecitate
exercitum Syrie. Quo impetra-
to ad Syros dixit Venite post
me et ducam vos ad hominem
quem queritis. Et viderunt Heli-
zeum quem tenere gestiebant et
videntes tenere non poterant.
Liquet igitur etiam in bello
fidem et iusticiam servari opor-
tere nec illud decorum esse pos-
se si violetur fides. Denique et
adversarios molli veteres appella-
tione nominabant ut peregri-
nos vocarent. Hostes enim an-
tiquo ritu peregrinos dicebant
quod etiam ipsum de nostris
ad sumptum dicere possumus.
Adversarios etiam suos allophi-
los Hebrei hoc est alienigenas
latino appellabant vocabulo.
De quibus in libro regnorum
sic legimus. Et factum est
in diebus illis convenerunt
alienigene in pugnam ad
israel. Fundamentum ergo est iusti- *(margin: fides fundamentum est iusticie)*
cie fides. Iustorum enim corda
meditantur fidem et qui se
iustus accusat iusticiam supra
fidem collocat. Nam tunc
iusticia eius apparet si vera
fateatur. Denique et dominus per
Ysayam Ecce inquit mitto
lapidem in fundamenta Syon
id est Christum in fundamenta ecclesie

fides enim omnium operum. Iusticia autem
quedam forma iusticie est que
iuvat omnes. In commune operatur
in commune temptatur. Denique
qui seipsum abnegat ipse iustus
ipse dignus est Christo. Ideo et
paulus fundamentum posuit Christum
ut supra eum opera iusticie lo-
caremus quia fides fundamen-
tum in operibus aut aut ma-
lis iniquitas aut bonis iusti-
cia est. Sed iam de beneficencia
loquamur que dividitur etiam
ipsa in benivolenciam et libe-
ralitatem. Ex hiis igitur duo-
bus constat beneficencia ut
sit perfecta. Non enim satis est
velle sed etiam bene facere nec
satis est bene facere nisi id
ex bono fonte hoc est bona
voluntate proficiscatur. Hila-
rem enim datorem diligit deus.
Nam si invitus facias que
tibi merces est. Unde apostolus
generaliter: Si volens hoc ago
mercedem habeo. Si invitus
dispensacio inquit michi cre-
dita est. In ewangelio quoque
multas disciplinas accepimus
iuste liberalitatis. Preclarum
est igitur bene velle et eo lar-
giri consilio ut prosis non ut
noceas. Nam si luxurioso ad
luxuriandum effusionem, adultero
ad mercedem adulterii largi-
endum putes non est beneficencia
ista ubi nulla est benivolencia.
i. nocere Officere enim istud est non prodesse
alteri si largiaris ei qui conspi-
ret adversus patriam qui conge-
gare cupiat tuo sumptu perditos
qui impugnent ecclesiam. Non
est enim hec probabilis liberalitas
si adiuves eum qui adversus vi-
duam et pupillos graviter decernit
iurgio aut in aliqua possessione et

eas eripere conatur. Non probat
largitatem si quod alteri largitur
alteri quis extorqueat. Si nimi-
rum querat iuste dispensandum
putet nisi forte ut ille zacheus
reddat ei prius quadruplum
quem fraudaverit et gentilita-
tis vicia fidei studio et credentis
operatione compenset. Fundamen-
tum igitur habeat liberalitas
tua. Hoc primum queritur ut cum
fide conferas fraudem non facias
oblatis. Non dicas te plus con-
ferre et minus conferas. Quid
enim opus dicere? Fraus promissi
est. In tua potestate est largiri quod
velis. Fraus fundamentum solvit
et opus corruit. Numquid pe-
trus ita indignatione efferbuit
ut ananiam extinguere vellet
vel uxorem eius sed exemplo
eorum noluit perire ceteros. Nec
illa perfecta est liberalitas si iac-
tancie causa magis quam misericordie
largiaris. Affectus tuus nomen
imponit operi tuo. Quomodo
a te proficiscitur sic estimatur.
Vides quam moralem iudicem
habeas. Te consulit quomodo
opus suscipiat tuum; mentem
tuam prius interrogat. Nesciat
inquit dextera tua quid faciat
sinistra tua. Non de corpore
loquitur. Sed etiam unanimis
tuus frater tuus quod facis ne-
sciat. Ne dum hic mercedem
queras iactancie illic remu-
neracionis fructum amittas.
Perfecta autem est liberalitas ubi
silencio quis tegit opus suum
et necessitatibus singulorum
occulte subvenerit. Quem lau-
dat os pauperis et non la-
bia sua. Deinde perfectam libera-
litatem fide causa loco tempore com-
mendat ut primum operis

circa domesticos fidei. Grandis culpa si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, famem tollerare, erumnam perpeti, qui presertim egere erubescat, si in casum ceciderit aut captivitatis suorum aut calumpnie et non adiuves. Si sit in carcere et penis et suppliciis propter debitum aliquod iustus excruciatur. Nam et si omnibus debetur misericordia tamen iusto amplius. Si tempore afflictionis sue nichil a te impetret. Si tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri. De quo pulcre Iob dicit: Benedictio perituri in me veniat. Personarum quidem deus acceptor non est qui novit omnia. Nos autem omnibus quidem debemus misericordiam. Sed quia plerique fraude eam querunt et affingunt erumnam, ideo ubi causa manifestatur, persona cognoscitur, tempus urget, largius se debet profundere misericordia. Non enim avarus est dominus ut plurimum querat. Beatus quidem qui dimittit omnia et sequitur eum. Sed et ille beatus est qui quod habet ex affectu facit. Denique duo aera vidue illius divitum muneribus pretulit, quia illa totum quod habuit contulit. Illi autem ex habundanti partem exiguam contulerunt. Affectus igitur divitem collationem aut pauperem facit et precium rebus imponit. Ceterum dominus non vult simul effundi opes sed dispensari. Nisi forte ut Elizeus boves suos occidit et pavit pauperes ex eo quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam

daret. Est etiam illa probanda liberalitas ut proximos seminis tui non despicias si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subvenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere aut alicui postulare subsidium necessitati. Non tamen ut illi ditiores eo fieri velint quod tu potes conferre inopibus. Causa enim prestat non gratia. Neque enim propterea te dominus ditavit ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras et precio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere, precium tuum querunt, vite tue fructum adimere contendunt. Et accusat quod eum divitem non feceris, cum te ille velit eterne vite fraudare mercede. Consilium posuimus, auctoritatem petamus. Primum neminem decet pudere si ex divite pauper fiat dum largitur pauperi, quia et Christus pauper factus est cum dives esset, ut omnes sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, ut bona ratio sit exinaniti patrimonii si quis pauperum famem repulit, inopiam sublevavit. Unde et consilium in hoc do, apostolus dicit: Hoc enim vobis utile est ut opus imitemini. Consilium bonis datur, correptio errantes cohercet. Denique quasi bonis dicit, qui non tantum facere sed et velle cepistis ab anno preterito. Perfectorum utrumque est non partis. Itaque docet et liberalitatem sine benivolentia et benivolentiam sine liberalitate non esse perfectam. Unde ad perfectionem hortatur dicens: Nunc vero et facere consummate, ut quemadmodum promptus est in vobis voluntas faciendi ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas

promtia e secundum id quod habet ac
ceptum e non secundum quod non habet
Non enim ut aliis refectio sit vobis
autem angustia sed ex equitate
in hoc tempore vestra habundancia
ad illorum inopiam ut et illorum
habundancia sit ad vestram inopiam
ut fiat equalitas sicut scriptum est
qui multum non habundauit et
qui modicum non minorauit Ad
versum quemadmodum et beniuo
lencia et liberalitatem et modum
comprehendit et fructum atque perso
nas Ideo modum quia imperfectis
dabat consilium Non enim patiuntur
angustiam nisi imperfecti Sed et
siquis ecclesiam nolens grauare
in sacerdocio aliquo constitutus
aut ministerio Non totum quod
habet conferat sed operetur cum ho
nestate cuius officio satis est non
michi imperfectum videtur Et pu
to quod angustia non animi sed
rei familiaris dixerit Hec porro
autem puto dictum ut vestra habun
dancia sit ad illorum inopiam et
illorum habundancia ad vestram
inopiam Id est ut populi abundan
cia sit bone operacionis ad illorum
subleuandam alendi inopiam et
illorum abundancia spiritualis adiu
uet in plebe inopiam meriti spiri
talis et conferat ei graciam Vnde
exemplum optimum posuit qui
multum non abundauit et qui
modicum non minuit Bene hor
tatur ad officium misericordie ad
omnes homines istud exemplum
Cum et qui plurimum auri possidet
non abundat quia nichil quic
quid in seculo est et qui exiguum
habet non minuit quia nichil
est quod amittit Res sine dispen
dio est que tota dispendium est
Est eciam sic intelligere bonum qui

plurimum habet et si non donat
non abundat quia quicquid quis
adquirat eget semper quia plus
concupiscit Et qui exiguum habet
non minuit quia non multum
est quo pauperem pascat Similiter
ergo et ille pauper qui confert
spiritualia pro pecuniariis et si plu
rimum habeat gracie non abun
dat Non enim honerat graciam
sed adleuiat mentem Sed eciam per
hoc potest intelligi Non abundat o homo
quicquid est enim quod accepisti et si
tibi multum est Iohannes quo ne
mo maior est inter natos mulierum
inferior tamen erat eo qui minor
est in regno celorum potest et sic
Non abundat diuina gracia corpo
raliter quia spiritualis est Quis eam
potest aut magnitudinem aut la
titudinem comprehendere quam non
videt Fides si fuerit sicut granum
sinapis montes transferre potest
Et non tibi datur vltra granum
sinapis si abundet in te gracia
Non est verendum ne mens tua
tanto munere incipiat extolli
Quia multi sunt qui ab alti
tudine cordis sui grauius cor
ruerunt quam si nullam habu
issent dei graciam Et qui parum
habet non minuit quia non
est corporeum ut diuidatur et quod
paruum videtur habenti pluri
mum est cui nichil deest Consi
deranda eciam in largiendo etas
atque debilitas non numquam eciam
verecundia que ingenuos prodit
natales Vt senibus plus lar
giaris qui sibi labore iam non
queunt victum querere Similiter
et debilitas corporis et hec iu
uanda promcius Cum si quis ex
diuite ceciderit in egestatem et
maxime si non vicio suo sed aut

latrocinijs aut pscripcione aut talib:
nijs que habebat amisit / Sz forte di-
cit aliquis / Certus vno loco sedet
et ptereitur et inuenis validius fre:
quent accipit / verum e quia ob-
repit p importunitatem ſz non z
illud iudiciu ſz tedij / Nam ait dns
in Ewangelio de eo quia iam clau-
serat ostium suum / Siquis ostium
eius peatus pulset quia surgit
et dat illi ppt importunitatem pul-
tium quoq e prestiorem habere
racionem qui tibi aut beneficium
aliquod aut munus contulit si ipse
in necessitatem incidit / Quid enim
tam contra officium qm non red-
der quod accipis / nec mensura pari
ſz vberiore reddendum arbitror
et vsum pensare beneficij ut ce-
tu subveniat quo eius comminus
repellat / Et enim superiorem non
esse in referendo qm in conferendo
beneficio hoc e minorem esse
Cum qui prior contulit tpe su-
perior e humanitate prior / Vnde
imitanda nobis e in hoc quoq
natura terre que susceptum seme
multiplicati ore solent numero
reddere quam acceperint / Ideo tibi
scriptum / Sicut agricultura est
homo insipiens et tamqm vinea
homo egens sensu / Si relinqueris
eum desolabitur / Sicut agricul-
tura go etiam sapiens vitam
qm fenerata sibi maiore men-
sura / semina suscepta restituat
Terra go aut spontaneos fru-
ctus germinat aut creditus vbe-
riore cumulo refundit aut red-
dit / Vtrumq debes quodam he-
reditario vsu parentis nec relin-
quaris sicut infecundus ager
Esto tamen ut aliquis excusa-
re possit aliquod non dederit
Quo excusare pt qd no reddidit

Non dare cuiquam viro licet / Non
reddere vero non licet / Ideo pulchre
Salomon / Si sederis cenare ad
mensam potentis sapienter intel-
lige ea que apponuntur tibi et
mitte manum tuam / sciens qr o-
portet te talia preparare / Si aut
insaciabilis es noli concupisce-
re escas eius / Hec enim optinet vitam
falsam / Quas nos imitari cupie-
tes sententias scripsimus / Conferre
graciam bonum est / At qui re-
ferre nescit durissimus / Huma-
nitatis exemplum ipsa terra sug-
gerit / Spontaneos fructus mini-
strat quos non severis / Multi-
plicatum quoq reddit quod acceperit
Negare tibi pecuniam numeratam non
licet / quomodo licet acceptam non referre g-
raciam / In prouerbijs quoq habes copiam
plurimum redhibende gracie apud
deum consuevit valere ut eciam in
die ruine inveniat graciam quando
possint preponderare peccata / Et
quid aliis utar exemplis / cum
dns ipse remuneracionem vberiorem
sanctorum meritis in Ewangelio
pollicetur / atque hortetur / ut ope-
remur bonum opus dicens / Dimit-
tite et dimittemini / Date et dabitur
vobis / mensuram bonam coagitatam
et supereffluentem dabunt in si-
num vestrum / Itaq et illud convi-
vium Salomonis non de cibis ſz
de operibus e bonis / Quo enim me- ſuditas
lius epulentur animi qm bonis
factis / Aut quid aliud tam facile
pt iustorum explere mentem / qm
boni operis consciencia / Quam ad-
mirabilior cibus qm facere volun-
tatem dei / Quem cibum sibi solum
dns abundare memorabat / Sic
scriptum e in Ewangelio / Meus

cibus est ut faciam voluntatem
patris mei qui in celo est | Hoc
cibo delectemur | de quo ait propheta
delectare in domino | Hoc cibo
delectantur qui superiores dele-
ctationes in animo ingenio com-
prehenderunt ut qui possunt scire
qualis sit munda vita et intel-
ligibilis mentis delectacio | Ede-
damus ergo panes sapiencie et sa-
turemur in verbo dei | quia non
in solo pane sed in omni verbo
dei vita est hominis facti ad
ymaginem dei | De poculo vero
satis expresse dicit sanctus Iob
Sicut terra expectant pluviam
sic et isti sermones meos · Opus
enim est ergo ut divinarum scrip-
turarum humectamur alloquio
et quasi vos se in nos verba
dei descendant | Cum igitur
sederis ad illam mensam po-
tentis | Intellige quis iste po-
tens sit | Et in paradiso de-
lectacionis positus atque in
convivio sapiencie locatus
considera que apponuntur tibi
Scriptura divina convivium
sapiencie est | singuli libri
singula sunt tibi fercula |
Intellige ergo que habeant
ferculorum dapes | et tunc mit-
te manum tuam ut ea que legis
vel que accepit a domino deo
deo tuo opibus exequaris
et conlacione vite gracie officijs
representes | Ut Petrus et Paulus
qui ewangelizando | Votum
quandam largioris muneris
reddiderunt ut possent singuli
dicere | Gracia autem dei sum id
quod sum et gracia eius vacu-
a in me non fuit | Sed habun-

dancius illis omnibus laboravi
Alius ergo fructum accepti beneficij
ut aurum auro argentum argento
rependit | Plus laborem alius
haud scio an eum locupletans
solum restituit affectum | Quando cum
si reddendi nulla est facultas sup-
petit in beneficio referendo plus
animus quam census operatur | Magis
enim ponderat benivolencia quam
possibilitas reffundi muneris
Gratia enim in eo ipso quod habetur
refertur | Magna igitur benivolen-
cia que eciam si nichil conferat
plus exhibet | Etiam in patrimo-
nio nichil habeat largitur plu-
ribus | Idque facit sine ullo dis-
pendio et lucro suo | Et ideo prestat
benivolencia supra ipsam libe-
ralitatem | Dicior hec moribus
quam illa muneribus | Plures enim
sunt qui indigent beneficio | quam
qui habundant | Est autem benivo-
lencia coniuncta liberalitati a qua
ipsa liberalitas proficiscitur | cum
largitatis affectum sequitur lar-
giendi usus | et separata atque di-
screta | Ubi enim deest liberali-
tas · benivolencia manet | omni-
bus quidam parens cum | que
amiciciam conectit et copulat | In
consilijs fidelis | In prosperis leta | In
tristibus mesta ut unusquisque
benivolentis se magis quam sapientis
credat consilio | Ut alter David
cum esset prudentior | Ionathe
tamen iunioris consilijs ac-
quiescebat | Tolle ex usu hominum
benivolenciam tamquam solem e mundo
tuleris | Ita erit quia sine ea usus
hominum esse non potest | Ut peregri-
nanti monstrare viam | revocare
errantem | deferre hospicium | Non

De benivolencia

igitur meditantis virtus de qua
sibi plaudebat Iob dicens / foris
autem non habitabat hospes ia-
nua mea omni venienti patebat
aquam de aqua effluenti dare
lumen de lumine accendere / Benivo-
lencia itaque ignis et omnibus tan-
quam fons aque reficiens sitientes
tamquam lumen quod etiam in aliis
luceat nec illi desit qui de suo lu-
mine / aliis lumen accenderit
Est etiam illa benivolencie
liberalitas / ut si quod habes
debitoris cyrographum scindas
restituas nichil a debitore con-
secutus debiti quod exemplo
sui fieri nos debere Iob sanctus
admonet / Nam qui habet non
mutuatur / Qui non habet
liberat sinographam / Quid igitur
est etiam si ipse non exigas
quantis heredibus fuerit quod po-
tes cum benivolencie tue laude
sine damno pecunie representare
Atque ut plenius disseramus beni-
volencia a domesticis primo pro-
fecta personis id est a filiis parentibus
patribus fratribus per continuum
gradus in civitatis pervenit am-
bitum / de paradiso egressa mundum
replevit / Denique cum in viro et
femina benivolenciam deus posuisset
affectum dixit / Erunt ambo
in una carne et in uno spiritu
Unde se Eva serpenti credidit quia
que benivolenciam acceperat / ma-
livolenciam esse non opinabatur
Augetur benivolencia cetu ec-
clesie fidei consortio cunctis ini-
ciandi societate percipiendi gracie
necessitudine / misteriorum commu-
nione / Hec enim etiam appella-
tiones necessitudinum vendicant
filiorum auctoritatem et pietatem
patrum germanitatem fratrum
sibi vendicant / Multum igitur
ad cumulandam spectant beni-
volenciam necessitudo gracie / Ad-
iuvant eciam parium studia vir-
tutum / Siquidem benivolencia etiam
mores facit similitudinem / Deni-
que Ionathas filius regis imita-
batur sancti David mansuetudinem
propter quod diligebat eum / Unde
et illud / Cum sancto sanctus eris
Non solum ad conversacionem sed
etiam ad benivolenciam derivan-
dum videtur / Nam utique et
filii Noe simul habitabant et
non erat in hiis morum concor-
dia / Habitabant etiam in domo
patria Esau et Iacob / sed dissi-
debant / Non erat enim beni-
volencia inter eos que sibi pre-
ferret alterum / sed magis con-
tencio que propter benedictionem
Nam cum alter perdurus / alter
mansuetus esset inter dispares
mores et studia compugnancia
benivolencia esse non poterat
Adde quia sanctus Iacob paterne
degenerem domus virtutis preferre non
poterat / Nichil autem tam con-
ciliabile quam cum equitate iu-
sticia / que velut compar et so-
cia benivolencie facit ut eos
quos pares nobis credimus dili-
gamus / Habet autem in se beni-
volencia etiam fortitudinem
Nam cum amicicia ex beni-
volencie fonte procedat / Non
dubitat pro amico gravia vite
sustinere pericula / Et si mala mi-
chi inquit evenerint per illum susti-
neo / Benivolencia etiam gladium
iratum die ex torquere / consuet
Benivolencia facit ut amici
vulnera utiliora quam voluntaria
inimici oscula sint / Benivolencia

Iacob Esau

faciat utrumque fiat ex pluribus. Nam
si plures amici sint unus fiunt
in quibus unus spiritus et una sen-
tencia est. Simul adiungit etiam
correpciones in amicicia gratas
esse que aculeos habent dolo-
rem non habent. Compungimur
enim censoriis sermonibus. Sed
benivolentie delectamur sed
utilitate. Ad summam non omnibus
eadem semper officia debentur
nec personarum semper sed plerumque
causarum et temporum ammoni-
ciones sunt ut aliquando plus
vicinum magis quam fratrem ad-
iuverit. Unde et Salomon dicit
melior est amicus in proximo
quam frater longe habitans.
Et ideo plerumque amici se be-
nivolentie quisque committit quam
fratris necessitudini. Tantum
valet benivolentia ut plerum-
que pignora vincat nature.
Satis copiose in hoc loco ho-
nesti naturam et in tracta-
vimus. Nunc de fortitudine
tractemus que velut excelsior
ceteris dividitur in res bellicas
et domesticas. Sed bellicarum rerum
studium a nostro officio iam ali-
enum videtur. Quia animi magis
quam corporis officio intendi-
mus. Nec ad arma iam spectat
opus nostrum. Sed ad pacis negocia.
Maiores autem nostri ut Ihesus Na-
ve Jerobaal Sampson David
summam rebus quoque bellicis re-
tulerunt gloriam. Est utique for-
titudo velut excelsior ceterisque
sed numquam incomitata virtus.
Non enim se ipsam committit
sibi. Alioquin fortitudo sine
iusticia iniquitatis materia est.
Quo enim validior est eo promptior
ut inferiorem opprimat ...

David in lacessitus bella adiit

in ipsis rebus bellicis iusta bel-
la an iniusta sint spectandum
putetur. Numquam David nisi
lacessitus bellum intulit. Itaque
prudenciam fortitudinis comitem
habuit in prelio. Nam et ad-
versus Goliam inmanem
mole corporis virum singulare
certamine dimicaturus arma
quibus honerabatur respuit.
Virtus enim suis lacertis magis
quam alienis integumentis inte-
gimentis nititur. Deinde eminus
quo gravius feriret ictu lapi-
de hostem interemit. Postea numquam
nisi consulto domino bellum
adorsus. Ideo in omnibus victor
plus usque ad summam senectutem
manu promptus bello adversus
titanas suscepto ferocibus bel-
lator miscebatur agminibus
glorie cupidus incuriosus sa-
lutis. Sed non hec sola preclara
fortitudo est. Sed etiam illorum
gloriosam fortitudinem accipi-
mus qui per fidem magnitudine
animi obstruxerunt leonum
ora extinxerunt virtutem ignis
effugerunt aciem gladii conva-
luerunt de infirmitate fortes
facti non comitatu et legioni-
bus succincti communem de multis
victoriam sed nuda virtute animi
singularem de perfidis retulerunt
triumphum. Quam insuperabilis
Daniel qui circa latera sua
rugientes non expavit leones.
Fremebant bestie et ille epu-
labatur. Non igitur in viribus
corporis et lacertis tantummodo
fortitudinis gloria est. Sed magis
in virtute animi. Neque in infe-
renda sed depellenda iniuria lex
virtutis est. Qui enim non repellit

Qui iniuriam a proximo non repellit
si potest tam est in vicio quam ille qui
facit

a socio iniuriam si potest tamen est in viciis cum ille qui facit. Unde Moyses sanctus hinc primo orsus est temptamenta bellice fortitudinis. Nam cum vidisset hebreum ab egypcio iniuriam accipientem defendit ita ut egypcium sterneret atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: Eripe eum qui ducitur ad mortem. Unde igitur hoc vel Tulius vel etiam Panecius aut ipse Aristotiles transtulerunt apud nos satis. Et ante hos etiam hic duobus antiquior dixerat Job: Salvum feci pauperem de manu potentis et pupillo cui non erat adiutor adiuvi. Benedictio perituri in me veniat. Nonne hic fortissimus qui tam fortiter pertulit impetus dyaboli et vicit eum virtute mentis sue. Neque vero de eius dubitandum fortitudine cui dicit dominus: Accinge sicut vir lumbos tuos. Sume fortitudinem et virtutem, omnem autem iniuriosum humilia. Apostolus quoque ait: Habetis fortissimam consolacionem. Est ergo fortis qui se in dolore aliquo consolatur. Et revera iure ea fortitudo vocatur quando unusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adversis perturbatur, non extollitur secundis et quasi vento quodam variarum rerum circumfertur mutacione. Quid autem excelsius et magnificencius quam exercere mentem, adficere carnem, in servitutem redigere ut obediat imperio, consiliis obtemperet, ut in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animi ac voluntatem. Hec igitur prima vis fortitudinis quoniam in duobus generibus fortitudo spectatur animi: primo ut externa corporis pro minimis

habeat et quasi superflua et despicienda magis putet quam expetenda ducat. Secundo ut ea que summa sunt omnesque res in quibus honestas et illud prepon cernitur preclara animi intencione usque ad effectum persequatur. Quid enim tam preclarum quam ita informes animum tuum ut neque divicias nec voluptates nec honores in maximis constituas neque in hiis studium omne conferas. Quod cum ita affectus animo fueris necesse est ut illud honestum ac decorum preponendum putes, illique mentem intendas tuam ut quicquid acciderit quo frangi animi solent aut patrimonii amissio aut honoris imminucio aut obtrectacio infidelium quasi superior non sentias. Deinde ut te salutis ipsius pericula pro iusticia suscepta non moveant. Hec vera fortitudo est quam habet Christi athleta qui nisi legittime certaverit non coronatur. An mediocre tibi videtur preceptum fortitudinis: Tribulacio pacienciam operatur, paciencia probacionem, probacio autem spem. Vide quot certamina et una corona. Quod preceptum non dat nisi qui confortatus in Christo Ihesu fuit cuius caro requiem non habebat. Afflictio undique, foris pugne, intus timores. Et quamvis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus animo tamen non frangebatur sed preliabatur, ideo ut potencior suis fieret infirmitatibus. Itaque considera quemadmodum eos qui ad officia ecclesie

accedunt

Nota clausulam quomodo vitam moribus informare

Despiciencia terre humanarum
habere debere doceat. Si ergo mortui
estis cum Christo ab elementis huius
mundi quid adhuc velut viventes
de hoc mundo decernitis. Ne tetigeritis
ne attaminaveritis ne gustave-
ritis que sunt omnia ad corru-
ptelam ipso usu. Et infra. Si ergo
consurrexistis cum Christo que sur-
sum sunt querite. Et iterum. Mor-
tificate ergo membra vestra que
sunt super terram. Et hec quidem
adhuc omnibus fidelibus. Tibi
autem fili contemptum diviciarum
Ananiarum quoque et anilium fa-
bularum suadet declinacionem.
Nichil permittens inquit quod te ex-
erceat ad pietatem quia corpora-
lis exercitacio nulli rei usui est
pietas autem utilis ad omnia. Ex-
erceat ergo te pietas ad iusticiam
continenciam mansuetudinem ut
fugias iuvenilia opera confirma-
tus et radicatus in gracia. Bonum
fidei subeat certamen. Non te
implices negociis secularibus
cum deo militas. Item si hiis qui
imperatori militat a susceptioni-
bus litium actu negociorum foren-
sium vendicione mercium prohi-
betur humanis legibus. Quanto
magis qui fidei exercet mili-
ciam ab omni usu negociacionis
abstinere debet agelluli sui con-
tentus fructibus si habet si non
habet stipendiorum fructu suorum.
Siquidem bonus testis est qui dicat
Iuvenis fui et senui et non vi-
di iustum derelictum neque semen
eius querens panem. Ea est
enim tranquillitas animi et con-
pectacia que neque studio conqui-
rendi afficitur neque egestatis
metu angitur. Ea est etiam que
dicit vacuitas animi ab angus-
tiis ut neque in doloribus mol-

pietas est utilis ad omnia

liores sint neque in spe in prosperis
elatiores. Quod si hii qui ad ca-
pessendam rem publicam ab
hortantur aliquos. Hec precipie-
bant. Quanto magis nos qui ad ec-
clesie officium vocamur talia debemus
agere que placeant deo ut splen-
deat in nobis virtus Christi et ita sumus
nostro probati imperatori ut membra
nostra arma iusticie sint. Arma
non carnalia in quibus peccatum
regnet sed arma fortia deo qui-
bus peccatum destruatur. Mortifica-
tur caro nostra ut in ea omnis cul-
pa moriatur. Et quasi ex mortu-
is viventes novis resurgamus
operibus ac moribus. Hec sunt ple-
na honesti et decori officii sti-
pendia fortitudinis. Sed quia in
omnibus que agimus non solum
quid honestum sed etiam quid possibile
sit querimus ne forte aggredia-
mur aliquid quod non possimus
adsequi. Unde nos tempore persecucionis
de civitate in civitatem con-
cedere immo ut verbo ipso utar fu-
gere vult dominus ne temere
aliquis dum martirum deside-
rat gloriam offerat se periculis
que fortasse caro infirmior aut
remissior animus ferre ac
tolerare non queat. Nec rur-
sus propter ignaviam cedere quis
ac deserere fidem debet metu
periculi. Qua gracia preparandus est ani-
mus exercenda mens stabilien-
da ad constanciam ut nullis
perturbari animus possit terrori-
bus nullis frangi molestiis
nullis suppliciis cedere. Que
difficile quidem sustinentur. Sed quia
omnia supplicia graviorum sup-
pliciorum vincuntur fortitudine
Ideo si consilio firmet animum
suum nec tractatione differendum

putat

Et proponat diuinum iudicium metuendum
perpetui supplicij tormenta potest
animi subire tollerantia. Hoc g(ra)
diligentie est ut quis ita se tem-
peret illud ingenium. Siquis p(ro)
uigore mentis prouidet que fu-
tura sunt et tamquam ante ocu-
los locare ex possit accidere et
quid agere debeat si ita accide-
rit definire. Sentiens duo et tria
simul voluere animo que con-
stat aut singula aut coniuncta
accidere posse. Et aut singulis
aut coniunctis disponere actus quos
intelligat profuturos. Fortis ergo
est viri non dissimulare cum
aliquid immineat sed perpendere
et tamquam explorare dispecula
quadam mentis. Et obuiare co-
gitatione prouida rebus futuris
Ne forte dicat postea Non ideo ista
uideri que non arbitrabar
posse euenire. Demumque inex-
plorata aduersa cito occupant
ut in bello impulsus hostis
vix sustinetur. Et si imperator
imperauit fatale obstinate. Ita
animum mala inexplorata plus
frangunt. In his igitur duobus
sola est animi excellentia ut primum
animum tuum bonis excitus co-
gitationibus mundo corde quod
parum et honestum est videlicet
Beati enim mundo corde quoniam ipsi
etiam deum videbunt. Certum
quod honestum est solum deum
bonum iudicet. Deinde nullis
perturbetur occupationibus nullis
cupiditatibus fluctuet. Neque vero
id facile quisquam facit. Quid
enim tam difficile quam despicere
tamquam ex arte aliqua sapie(n)-
tie. Preclaraque omnia que plerisque
videntur magna et excelsa. Deni-
que iudicem tuum stabili ratione

contemnes et que videantur pre-
cia tamquam nichil profutura
contempnas. Deinde ut si quid
acciderit aduersi quod ex graue et a-
cerbum putatur. Ita feras ut ni-
chil preter naturam accidisse putes
cum legeris Nudus sum natus
nudus exibo. Quod dominus dedit
dominus abstulit. Et utique filios a-
miserat et facultates. Veruntamen
in omnibus personam sapientis
et iusti. Sicut ille seruauit et ait
Sicut domino placuit ita factum est
Sit nomen domini benedictum. Et
infra dicit Una insipientium
mulierum locuta es. Si bona
suscepimus de manu domini quare
mala non sustineamus. Non
igitur mediocris nec districta a
ceteris animi fortitudo que bella ad-
uersitatibus gerat. Sed que sola defen-
dat ornamenta virtutum omnium et
iudicia custodiat et que inexpugna-
bili prelio aduersus omnia vicia
decertat. Inuicta ad labores
fortis ad pericula rigidior adver-
sus voluptates. Dura aduersus
illecebras. Sordibus aurem de-
ferre nesciat nec ut dicitur accidiat
pecuniam negligat. Auariciam
fugiat tamquam labem quandam
que virtutem effeminet. Nichil
est tam contrarium fortitudini quam
lucro vinci. Frequenter pulsis ho-
stibus inclinata in fugam ad-
uersariorum acie dum exuuijs ce-
sorum capitur preliator aut ipsos
quos strauit interfectus occu-
buit. Et triumphus fuit de-
iecte legiones dum spolijs
occupantur hostem in se reuo-
cauerunt qui fugerat. Fortitudo
igitur tam inmanem pestem
repellat et extirpet. Nec temptetur
cupiditatibus nec frangitur
metu. Cum in se ipso constat

Iracundia omne tol-
lit consilium

sit fortitudo omnia persequatur vitia tan-
quam virtutis venena. Iracundiam
velut quibusdam prius sit armis
que tollat consilium et tanquam
egritudinem vitet. Glorie quo-
que caveat appetentiam que fre-
quenter nocuit inmoderatius
expetita semper autem usurpa-
ta. Quid horum sancto Job
vel in virtute defuit vel in vitio
obrepsit. Quo modo laborem
egritudinis frigoris famis pertulit
quo despexit salutis periculum.
Numquid rapinis divitie coa-
cervate de quibus tantis inopibus
affluebant. Numquid avari-
ciam cursus aut voluptatis
studia cupiditatesque excitavit.
Numquid trium regum iniuriosa
contentio vel servorum contume-
lia in iram excussit. Numquid
gloria ut levem extulit qui im-
precabatur gravia sibi. Si umquam
vel non voluntaria celavit cul-
pam vel veritus esse multi-
tudinem plebis quominus annun-
ciaret eam in conspectu omni-
um. Neque enim consentanee sunt
vitiis virtutes sed sibi constant.
Quis igitur tam fortis quam
iste sanctus Job. Cui se deum ad-
iudicari potest. Cuius parem
vix reperit. Sed fortasse ali-
quos bella bellica defixos
gloria tenet ut putent solam
esse bellicam fortitudinem et
ideo me ad hec deflexisse
quia illa nobis deesset. Quam
fortis Jhesus Nave ut uno prelio
quinque reges captos sterneret
cum populis suis. Deinde cum
adversum Gabaonitas surgeret
prelium et vereretur ne nox impe-
diret victoriam magnitudine men-
tis et fidei clamavit Stet sol
et stetit donec victoria consu-

maretur. Gedeon in trecentis
viris de ingenti populo et acerbo
hoste revexit triumphum. Jona-
tha adolescens virtutem fecit
in magno prelio. Quid de Ma-
chabeis loquar. Sed prius dicam
de populo patrum. Qui cum essent
parati ad repugnandum pro tem-
plo dei et pro legittimis suis
dolo hostium die lacessiti sabbati
maluerunt vulneribus offerre
nuda corpora quam repugnare ne
violarent sabbatum. Itaque omnes
morti se obtulerunt. Sed Ma-
chabei considerantes quod hoc exem-
plo gens omnis posset perire
sabbato. Etiam ipsi cum in
bellum provocarentur ulti sunt
innocentium necem fratrum suorum.
Unde postea stimulatus rex An-
tiochus cum bellum accenderet
per duces suos Lisiam Nicano-
rem Gorgiam. Ita cum orien-
talibus aliis suis et Assyriis
attritus est copiis ut xl octo
milia in medio campi a tribus
milibus prosternerentur. Virtutem
ducis Jude Machabei de uno
eius milite considerate. Nam-
que Eleazarus cum supereminentem
ceteris elefantum lorica ve-
stitum regia adverteret arbitratus
quod in eo rex esset cursu con-
citus in medium legionis se pro-
ripuit et abiecto clipeo utraque
manu interficiebat bestiam. Atque
intravit sub eam et subiecto
gladio interemit eam. Itaque
cadens bestia oppressit Eleazarum
atque ita mortuus est. Quanta igitur
virtus animi primo ut mortem
non timeret. Deinde ut circumfusus
legionibus inimicorum in confertos

rapitur hostis medium penetrat
agmen. Et contempta morte fero-
cior abiecto clipeo utraque manu
vulneratae molem bestiae subiret
ac sustineret. Post intra ipsam suc-
cidit quo pre mole ferit ictu.
Cumque ruina inclusus magis quam
oppressus suo sepultus triumpho
est fefellit opinio virum
quemvis regium fefellerat habi-
tus. Tanto enim virtutis spectaculo
defixi hostes inermem occupa-
tum incursare non ausi post-
ea tamen ruentis bestie sic trepida-
verunt ut impares se omnes
omnibus virtutibus arbitrarentur. De-
inde rex Antiochus Epiphanes filius
qui centum viginti hominum
milibus armatus veniebat et
propter duo elephantes. Ita ut ad
ortum solis per singulas bestias
velut montes quidam eminus
cum corusco tamquam lampa-
dibus ardentibus refulgerent
omnis territus fortitudine patrum
rogaret. Itaque Eleazarus here-
dem virtutis sue patrem reliquit
sed quam triumphare fuit. Verum
propria fortitudo non solum secundis
rebus sed etiam adversis probatur
spectatum. Unde Machabei exi-
tum. Nam cum per cottidie Nicano-
rem regis Demetrii ducem se-
curior adversus viginti milia
exercitus regii cum de CC viris
bellum adorsus volentibus hiis
cedere ne multitudine opprimerentur
gloriosam magis mortem quam
turpem fugam suasit. Ne cri-
men inquit relinquamus
glorie. Itaque commisso prelio cum se ab

ortu diei in vesperam dimi-
caretur dextrum cornu in quo
validissimam manum aduertit hosti-
um aggressus facile avertit. Sed
dum fugientes sequitur a tergo
vulneri locum prebuit. Ita glorio-
siorem triumphis mortem inve-
nit. Quid Ionathan fratrem
eius ad referam qui cum parva
manu adversum exercitus regios
pugnans desertus a suis et cum
duobus relictus reparavit bel-
lum avertit hostem suos ad
suos ad societatem fugientes
revocavit triumphi. Habes for-
titudinem bellicam in qua non
mediocris honesti et decori for-
ma est quod mortem servituti
preferat et turpitudini. Quid
aliter de martirum dicam pas-
sionibus. Et ne longius vage-
mur non minore de superbo
rege Antiocho Machabei pu-
eri revexerunt triumphum quam
parentes proprii. Siquidem illi ar-
mati isti sine armis vicerunt.
Stetit invicta septem puero-
rum chorus regiis cincta legioni-
bus. Defecerunt supplicia, cessa-
verunt tortores non defecerunt
martires. Alius corium capitis
exutus speciem mutaverat. Vir-
tutem auxerat. Alius linguam
iussus amputandam promere re-
spondit. Non solos dominus
audit loquentes qui audiebat
Moysen tacentem. Plus audit
tacitas cogitationes meorum quam
voces omnium linguas flagella
timet flagellum sanguinem
non timet. Habet enim sanguis
vocem suam qua clamat ad deum

De martirum passionibus

Sicut clamavit in Abel. Quid
de matre loquar que spectabat le-
ta filiorum quot funera tot trophea
et morientium vocibus tamquam
psallentibus cantibus delectabatur
pulcherrimam pietatis ventris cytharam in
filiis cernens et pietatis armo-
niam omni lire sono numeris
dulciorem. Quid de bimulis lo-
quar qui ante palmam victorie
acceperunt quam sensum nature. Quid
de sancta Agne que in duarum
maximarum rerum posita periculo — Agnes
castitatis et salutis castitatem
protexit salutem pro immortalita-
te commutavit. Non pretereamus
etiam sanctum laurencium qui cum — S laurencius
videret Sixtum episcopum suum ad mar-
tirium duci flere cepit non pas-
sionem illius sed suam remansi-
onem. Itaque hiis verbis appellare
cepit: Quo progrederis sine filio
pater. Quo sacerdos sancte sine
dyacono properas. Tu nunquam
sine ministro sacrificium offerre con-
sueveras. Quid ergo in me displi-
cuit pater. Num degenerem probasti.
Experire certe utrum ydoneum
ministrum elegeris. Cui commi-
sisti dominici sanguinis consecracionem
cui consummandorum consorcium
sacramentorum huic sanguinis tui
consorcium negas. Vide ne pericli-
tetur iudicium tuum dum fortitu-
do laudatur. Abiectio discipuli
detrimentum est magisterii. Quid quod — [illegible]
illustres atque prestantes viri disciplorum
certaminibus quam suis vincunt.
Denique Abraham filium obtulit
Petrus Stephanum premisit. Et tu
pater ostende in filio virtutem tuam
offer quem in filio erudisti ut
securus iudicio tuo comitatu nobili
pervenias ad coronam. Tunc Sixtus:

Non ego fili te relinquo ac
desero sed maiora tibi debentur
certamina. Nos quasi senes le-
vioris pugne cursum recipimus
te quasi iuvenem manet glo-
riosior de tyranno triumphus.
Mox venies flere desiste post
triduum me sequeris. Sacerdotem et
levita hic medius numerus decet.
Non erat tuum sub magistro
vincere quasi adiutorem que-
reres. Quid consorcium passionis
mee expetis. Totam tibi here-
ditatem eius dimitto. Quid presenciam
meam requiris. Infir-
mi discipuli magistrum precedant
fortes sequantur ut vincant
sine magistro qui iam non
indigent magisterio. Sic et
~~Helizeus~~ Helias Elizeum re-
liquit. Tibi ergo mando nostre
virtutis successionem. Talis erat
contencio digna sane de qua
certarent sacerdos et minister
quis prior pateretur pro Christi
nomine. In fabulis ferunt
tragicis excitatos theatri ma-
gnos esse plausus cum se Py-
lades Orestem diceret. Orestes
ut erat Orestem se esse adseve-
raret. Ille ut pro Oreste ne-
caretur Orestes ne Pyladem pro se
pateretur necari. Sed illis non
licebat vivere quod uterque esset
parricidii reus. Alter qui fecisset
alter qui adiuvisset. Hic laurenci-
um sanctum adhuc nullus
urgebat nisi amor devocionis.
Tamen et ipse post triduum cum
illuso tyranno impositus su-
per craticulam exureretur: Assum
est inquit versa et manduca.
Ita virtute animi vincebat ignis
naturam. Laudandum etiam vero

Nedum aliqui nimia glorie ducuntur cupiditate insolenter abutuntur potestatibus. Et plerumque adversus nobis animos gentilium studia persecutionis excitent atque inflamment ad iracundiam. Itaque ut illi persecutare possint et supplicia vincere quod petere fecimus. Prospiciendum etiam ne adulantium aperiamus aurem. Emolliri enim adulatione non solum fortitudinis non esse sed etiam ignavie videtur. Quoniam de tribus virtutibus diximus, restat ut de quattuor virtutibus dicamus. Que temperancia et modestia vocatur, in qua maxime tranquillitas animi, studium mansuetudinis, moderationis gratia, honesti cura, considerationis decoris spectatur et queritur. Ordo igitur quidam vite nobis tenendus est, ut a verecundia prima quedam fundamenta ducantur, que socia ac familiaris est mentis placiditati, protervie malum fugitans, ab omni aliena luxu, sobrietatem diligit, honestatem fovet, decorum illud requirit. Sequatur conversationis electio, ut adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Nam sicut equalium usus dulcior, ita senum tutior, qui magisterio quodam et ductu vite colorat mores adolescentium et velut murice probitatis inficit. Nam si hi qui sunt ignari locorum cum sollertibus viam iterare gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent novum sibi iter vite aggredi, quo minus errare possint et a vero tramite virtutis deflectere. Nichil pulcrius quam eosdem et magistros vite et testes habere. Considerandum etiam in omni actu quid personis temporibus conveniat atque etatibus, quid etiam singulorum ingeniis sit accomodum. Sepe enim quod alterum decet alterum non decet. Aliud iuveni aptum, aliud seni, aliud in periculis, aliud rebus secundis. Saltavit ante archam domini David. Non saltavit Samuel, nec ideo ille reprehensus. Sed magis iste laudatus. Mutavit vultum coram rege cui nomen Achis. Quod si remota fecisset formidine, quando cognosceretur, nequaquam levitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoque vallatus choro prophetarum etiam ipse prophetavit et de solo quasi indigno memoratum est: Et Saul inter prophetas? Unusquisque igitur suum ingenium noverit et ad id se applicet quod ipse sibi aptum elegerit. Itaque prius quid sequatur consideret. Noverit bona sua, sed etiam vicia cognoscat. Equalemque se iudicem sui prebeat, ut bonis intendat, vicia declinet. Alius distinguende lectioni aptior, alius psalmo gratior, alius exorcizandis qui malo laborant spiritu sollicitior, alius sacrario opportunior habetur. Hec omnia spectet sacerdos et quid cuique congruat id officii deputet. *Officium sacerdotis* Quo enim unumquemque suum ducit ingenium aut quod officium decet, id maiore impletur gratia. Sed id cum in omni vita difficile, tamen in nostro actu difficillimum. Amat enim unusquisque sequi vitam parentum. Denique plerique

ad militiam feruntur quorum mili-
taverunt parentes. Alii ad actiones
ducuntur. In ecclesiastico vero officio ni-
chil rarius invenias quam eum qui
sequatur institutum patris vel quia
gravius deterret actus vel quia in
lubrica etate difficilior abstinen-
cia vel quia alacri adolescencie
videtur vita obscurior. Et ideo
ad ea convertuntur studia que plau-
sibiliora arbitrantur. Presencia quia
plures quam futura preferunt. Illi
autem presentibus, nos futuris mi-
litamus. Unde quo prestancior ca
eo debet esse cura attencior. Re-
neamus igitur verecundiam et eam
que totius vite ornatum attollit
modestiam. Non enim mediocre
est rebus singulis modum servare
atque impertire ordinem. In quo vero
splendet illud quod decorum dicitur
quod ita cum honesto iungitur ut
separari non queat. Siquidem et
quod decet honestum est et quod
honestum decet est, ut magis in ser-
mone distinccio sit quam in vir-
tute discrecio. Differre enim ea in-
ter se intelligi potest, explicari
non potest. Et ut conemur ali-
quid eruere distinccionis, ho-
nestas velud bona valitudo est
et quedam salubritas corporis,
decus i. decorum autem tamquam venu-
stas et pulcritudo. Sicut ergo pul-
critudo supra salubritatem et va-
litudinem videtur excellere et
tamen sine his esse non potest
neque ullo separari modo quoniam nisi bo-
na valitudo sit pulcritudo esse
et venustas non potest, sic ho-
nestas decorum illud in se conti-
net ut ab ea profectum videatur
et sine ea esse non possit. Velut
salubritas igitur totius operis atque

nostri honestas est. Et sicut species
est decorum quod tamen cum honestate
confusum opinione distinguitur.
Nam et si in aliquo videatur excel-
lere, tamen in radice est honesta-
tis. Ut flore proprio ut similius
decidat in ea floreat. Itaque
honestas nisi que turpitudi-
nem quasi mortem fugiat.
Itaque vero inhonestum nisi quod
aviditatem ac mortem afferat
viventi. Igitur substancia
virtutis decorum illud tamquam
flos emicat quia radix sal-
va est. Est vero proprii nostri
radice viciosa nichil germinat.
Habet hoc in nobis aliquando
expressus. Dicit enim David: Do-
minus regnavit decorem in-
duit. Et apostolus ait: Sicut
in die honeste ambulate.
Quod greci dicunt eusche-
mos. Hoc autem proprie significat
bono habitu bona specie.
Deus ergo primum cum hominem
conderet bona habitudine
bona membrorum composicione
formavit et optimam ei spe-
ciem dedit. Remissionem non
dederat peccatorum. Sed postea
quam renovavit eum spiritu et
infudit ei graciam qui no-
verat in servi forma et in
hominis specie, assumpsit decorem
redempcionis humane. Et ideo
dixit propheta: Dominus regna-
vit decorem induit. Deinde
alibi dicit: Te decet ymnus
Deus in syon. Hoc est dicere
honestum est ut te timeamus
te diligamus te precemur te
honorificemus. Scriptum est enim
Omnia vestra honeste fiant

Sed possumus et hominem timere
diligere cognoscere honorare. Hinc
specialiter decor dicitur hoc tamquam
excellencius ceteris est decorum
quod deferimus deo. Mulierem
quoque in habitu ornato orare
convenit. Sed specialiter eam decet
orare velatam et orare promitte-
tem castitatem ad bona conversacione
Est igitur decorum quod preminet
cuius divisio gemina est. Nam
est decorum quasi generale quod per
universitatem funditur honestatis
et quasi in toto spectatur corpore.
Est etiam speciale quod in parte
aliqua enitet. Illud generale ita
est ac si equabilem formam atque
universitatem honestatis in omni
actu suo habeat concinentem. Cum
omnis sibi eius vita consentit
nec in ullo aliquo discre-
pat. Hoc speciale cum aliquam
actionem in suis habet virtutibus
preminentem. Simul illud adverte
et quia decorum est secundum naturam
vivere secundum naturam degere et
est turpe quod sit contra na-
turam. Dicit enim apostolus quasi
interrogans: Decet mulierem non
velatam orare deum nec ipsa
natura docet vos quod vir quidem
si comam habeat ignominia
est illi quia contra naturam est.
Et iterum dicit: Mulier vero si
capillos habeat gloria est illi est
enim secundum naturam. Quia quidem
capilli pro velamine sunt. Hoc
est enim naturale velamen. Perso-
nam igitur et speciem nobis na-
tura ipsa dispensat quam servare de-
bemus utinamque et innocenciam
eius custodire possemus nec acce-
ptam nostra malicia mutaremus.
Habet hoc decorum generale quia
fecit deus mundi istius pulchritu-
dinem. Habet et per partes quia
cum faceret deus lucem et diem
noctemque distingueret. Cum con-
deret celum vel terras et maria
separaret. Cum solem et lunam
et stellas constitueret lucere super
terram probavit singula. Ergo de-
corum hoc quod in singulis
mundi partibus emittebat in uni-
versitate resplenduit. Sicut probat
sapiencia dicens: Ego eram cui
applaudebam cum letaretur orbe
perfecto. Similiter ergo et in fabrica
humani grata unicuique membri
porcio. Sed plus in commune com-
posicio membrorum apta delectat
quod ita sibi quadrare et convenire
videantur. Siquis igitur equabili-
tatem universe vite et singularum
accionum modos servet ordinemque
et constanciam dictorum atque operum
moderacionemque custodiat in eius
vita decorum illud excellit et qua-
si in quodam speculo elucet.
Accedat tamen suavis sermo ut con-
ciliet sibi affectum audiencium
graciaque se vel familiaribus vel
civibus vel si fieri potest omnibus
probat. Neque adulantem se
neque adulandum cuiquam exhibeat
alterum enim calliditatis est vani-
tatis alterum. Non despiciat quid
de se unusquisque et maxime
vir optimus senciat. Hoc enim
modo discit bonis referre reve-
renciam. Nam negligere bo-
norum iudicia vel arrogan-
cie vel dissolucionis est. Quo-
rum alterum superbie adscribitur
alterum negligencie. Caveat
etiam motus animi sui. Ipse enim
sibi et observandus et circumspicien-
dus et ut adversum se caveat
Ita etiam destruendus. Sunt enim
destruendus

motus in quibus est appetitus ille
qui quasi quodam prorumpit
impetu / unde grece hormie dicitur
quod ut quadam vi serpente proripiat
Non mediocris in his vis quae-
dam animi atque nature est / que
tamen vis gemina est una in
appetitu / altera in racione posi-
ta que appetitum refrenet / et sibi
obedientem prestet et ducat quo
velit et tamquam sedulo magisterio
edoceat / quid fieri quid evitari
oporteat ut bone domitrici ob-
temperet / Solliciti enim debemus esse
nequid temere aut incuriose ge-
ramus aut quicquam incuriose om-
nino cuius probabilem non possimus
racionem reddere / Actus enim nostri
causa / etsi non omnibus reddi-
tur tamen ab omnibus examinatur
Nec vero habemus in quo possimus
nos excusare / Nam etsi vis
quedam nature in omni appeti-
tu sit / tamen idem appetitus
racioni subiectus est / lege nature
ipsius et obedit ei / Unde boni
speculatoris est ita pretendere ani-
mo ut appetitus neque precurrat
racionem neque deserat / neque
precurrendo perturbet / atque exclu-
dit et eciam deserendo destitui-
at perturbacio tollit constanciam
destitucio prodit ignaviam / accusat
pigriciam / perturbata enim mente
lacius se ac longius fundit
appetitus / Et tamquam efferato
impetu frenos racionis non
suscipit nec ulla sentit aurige
moderamina quibus possit re-
flecti unde plerumque non solum
animus exagitatur / amittitur racio
sed etiam inflamatur vultus vel
iracundia vel libidine pallescit
timore voluptate se non capit

et nimia gestit leticia Hec cum
fiunt abicitur illa naturalis que-
dam censura / gravitasque morum
nec teneri potest / illa que in rebus
gerendis atque consiliis sola potest
auctoritatem suam atque illud
quod deceat tenere / constanciam
Gravior autem appetitus ex indi-
gnacione nimia nascitur quam ac-
cepte plerumque accendit iniu-
rie dolor / De quo satis nos psal-
mi quem in prefacione posui-
mus precepta instruunt / Sed illud ac-
cidit hac accidit ut scriberemus de
officiis ea prefacione uteremur
que etiam / que et ipsa ad
officii magisterium pertineret / Et
quia supra ut oportebat perstrin-
ximus quemadmodum unusquisque
cavere possit ne excitetur acce-
pta iniuria veremur ne prefacio
prolixior fieret. Nunc de eo uberius
disputandum arbitror / locus enim
opportunus est ut in partibus
temperancie / dicimus quemadmodum
reprimatur iracundia
Tria itaque genera esse hominum in-
iuriam accipiencium in superio-
ribus divinis demonstrare volumus
si possumus / Unum est eorum quibus
peccator insultat conviciatur
iniquitati his qui adest iusticie
pudor crescat / Augetur dolor
horum similes plurimi de
meo ordine / de meo numero
Nam ut iniusto quis iniuriam
faciat forsitan levius infirmus do-
lorem iniuriam meam / Si tamen
obiciat non sum tantus ut sim
contentus consciencia mea / et
si me eius obiecti alienum no-
verim / sed cupio abluere inge-
nui pudoris notam / tamquam in-
firmus ergo / oculum pro oculo / et

dentem pro dente porrigo et conui-
cium conuicio rependo Si vero hijs
sum h pfiam et si non dum per-
fectus non retorqueo contumeliam
Et si insultat ille conuicijs et in-
fudit aures meas contumelijs
Ergo taceo et non respondeo Si
vero perfectus sum ubi gracia loquor
Nam veritate insignis sum Si ergo
perfectus sum benedico maledicentem
sicut benedicebat Et paulus qui
ait maledicimur et benedicimus
Audierat enim dicentem Diligite
inimicos vestros Orate pro persequen-
tibus et calumniantibus vos
Ideo ergo paulus persecutionem patie-
batur et sustinebat quia vince-
bat et mitigabat humanum af-
fectum propter mercedis graciam
vt filius dei fieret si dilexisset
inimicum Tamen et sanctum
Dauid in hoc quoque genere virtutis
imparem paulo non fuisse osten-
dere possumus Qui primo quidem
cum malediceret ei filius Semei
et crimina obiectaret tacebat et hu-
miliabatur et silebat a bonis su-
is hoc est bonorum operum consci-
encia Deinde expetebat male-
dici sibi quia maledicto illo di-
uinam adquirebat misericordiam
Vide autem quomodo et humilita-
tem et iusticiam et prudenciam
emerende a domino gratie re-
~~fudit~~ vexit Primo dixit Ideo ma-
ledicit michi quia dominus
dixit illi ut malediceret Habes
humilitatem quia ea que divi-
nitus imperantur equanimiter tamquam
seruulus ferenda arbitrabatur
Iterum dixit Ecce filius meus
qui exiuit de ventre meo que-
rit animam meam Habes iu-
sticiam Si enim a nostris grauiora
patimur cur indigne ferimus

que inferuntur ab alienis
Tercio ait Dimitte illum ut
maledicat quia dixit illi dominus
vt videat humiliacionem meam
et retribuat michi dominus pro male-
dicto hoc Nec solum conuician-
tem pertulit sed etiam lapidan-
tem et sequentem illesum reli-
quit Quin etiam et post victo-
riam petenti veniam libenter i-
gnouit Quod eo inserui ut
euangelico spiritu sanctum dauid
non solum inoffensum sed etiam
gratum fuisse conuiciatori docerem
et delectatum postquam exasperatum
iniurijs pro quibus mercedem
sibi reddendam arbitrabatur
Sed tamen quamuis perfectus adhuc
perfectiora querebat Incalescebat
iniurie dolore quasi homo sed
vincebat quasi bonus miles tol-
lerabat quasi athleta fortis finis paciencie pro-
patiencie autem finis promis- missorum expectacio
sorum est expectacio Et ideo dice-
bat Notum michi fac domine
finem meum et numerum dierum
meorum quis est ut sciam quid
desit michi Finem illum que-
rit promissorum celestium vel il-
lum quando vnusquisque sur-
git in suo ordine Primicie christus
Deinde hij qui sunt christi qui
in aduentu eius crediderunt
Deinde finis tradito enim regno
dei et patri et euacuatis omni-
bus potestatibus ut apostolus di-
xit perfectio incipit Hic ergo im-
pedimentum hic infirmitas etiam
perfectorum illic plena perfectio
Ideo et dies illos requirit vi-
te eterne qui sunt non qui pre-
tereunt ut cognoscat quid sibi
desit que terra sit repromissionis
perpetuos fructus ferens que pri-
ma apud patrem mansio

que secunda que tercia in quibus
pro ratione meritorum uniuscuiusque
requiescit. Illa igitur nobis expe-
tenda in quibus perfectio in quibus
veritas est. Hic umbra hic imago
illic veritas. Umbra in lege. ima-
go in evangelio. veritas in cele-
stibus. Ante agnus offerebatur.
offerebatur vitulus. nunc Christus
offertur. Et offertur quasi homo
quasi recipiens passionem. Et
offert se ipse quasi sacerdos ut pec-
cata nostra dimittat. Hic in ima-
gine. ibi in veritate. Ubi apud
patrem pro nobis quasi advo-
catus intervenit. Hic ergo in ima-
gine ambulamus. in imagine
videmus. Illic facie ad faciem
ubi plena perfectio. quia perfectio
omnis in veritate est. Ergo dum
hic sumus fuciemus ymaginem
ut ibi perveniamus ad veritatem.
Sit in nobis imago iusticie. sit
ymago sapientie. Quia veniet
ad illud diem ut secundum ymagi-
nem estimabimur. Non inve-
niat in te adversarius yma-
ginem suam. non rabiem. non
furorem. In hiis enim ymago
nequicie est. Adversarius enim dy-
abolus sicut leo rugiens
querit quem occidat quem de-
voret. Non inveniat auri cupi-
ditatem. non argenti acervos.
non viciorum simulacra. ne au-
ferat tibi vocem libertatis. Vox
enim libertatis illa est ut dicas.
veniet huius mundi princeps et
in me inveniet nichil. Itaque
si securus es quod nichil in te in-
veniat cum venit perscrutari,
dices illud quod dixit ad laban
Jacob patriarcha. Cognosce si

quid tuorum est apud me.
Merito beatus Jacob apud quem
nichil laban sui potuit reperi-
re. Absconderat enim rachel si-
mulacra deorum eius aurea et
argentea. Itaque si sapientia
si fidem si contemptus seculi
si gracia tua abscondat omnem
perfidiam. Beatus eris quia non
respicias in vanitates et insani-
as falsas. Cum mediocre est tol-
lerare potentem adversario ut argu-
endi te habere non possit auc-
toritatem. Itaque qui non re-
spicit in vanitates non contur-
batur. Cum vero respicit con-
turbatur. Et vanissime quidem.
Quid est enim congregare opes
nisi vanum. quia caduca que-
rere vanum satis. Cum autem
congregaveris que scias an
possidere liceat tibi. Nonne
vanum ut mercator noctibus
ac diebus conficiat ut quo
aggregare possit thezauri
acervos exercens congreget
contrahat ad precium ne forte
minoris vendat emens cura-
rat aucupetur locorum pre-
cia. Et subito aut latrones
in se invidia famose nego-
ciacionis excitet aut navem
expectatus serenioribus fla-
tibus dum lucrum querit
naufragium inpaciens more
incidat. An non conturbatur
eciam ille vane qui pro la-
bore coacervat quod nesciat
cui heredi relinquat. Sepe
quod avarus summa congessit
sollicitudine prodigus heres effusione

De avar'

Dilaterat herens luxuriosus | Et
dum quesita helluum pscruato re-
rus | futuri impudius quadam
absorbet voragine | Sepe etia(m)
speratur successor in Indiam parte
adquirit hereditatis et relicti obi-
tu extraneis addite successionis
brisse(?)bet compendia | Quid go
...inie aranearum texis que ina-
nis et sine fructu est et tam...
...rum tasses suspendis inutiles
diuiciarum copias | que et si flu-
ant nichil prosunt | Immo exu-
unt te ymaginem dei et in-
duunt terrenam ymaginem | Si-
...tum aliquis ymaginem
habeat | nomine obnoxius est
dampnationi | Tu predonis yma-
ginem cum imperatoris eri-
git in te ymaginem mortis
Excute magis de ciuitate ani-
me tue ymaginem dyaboli
Et attolle ymaginem xpi. hec
in te fulgeat in tua ciuitate
hec id est anima resplendeat que
obliterat viciorum ymagines
De quibus ait | Dauid | Domine
in ciuitate tua ad nichilum
redactis ymagines eorum
Cum enim proiecerit dominus
...lum ad ymaginem suam tue
aduersariorum omnis ymago de-
letur | Quod si evangelio
domus etiam pluribus ipse ad
dispensationem operum instrua-
tus atque instituta est | Tanto
magis nos leuitas oportet
terrenis non teneri cupidita-
tibus | quorum deus portio
est | Nam cum diuideretur
a moyse possessio terrena po-
pulo patrum exceptis leuitas
...ius eterne possessionis consortio

Quod ipse illis esset funi-
culus hereditatis | Unde ait
Dauid | Dominus pars hereditatis
mee et calicis mei | Deni-
que sic appellatur leuita ipse
meus uel ipse pro me | Augu-
sto minus aut ut de eo dicis
Dicat ipse eius | hoc quemadmo-
dum petro dixit de statere in
ore piscis reperto dabis his
pro me et pro te | Unde et aposto-
lus cum dixisset debere
esse episcopum pudicum | orna-
tum hospitalem | docibilem | no(n)
auarum | non litigiosum | do-
mui sue bene propositum addi-
dit | Dyaconos similiter opor-
tere esse graues | non bilingues
non multo vino deditos | non
turpe lucrum sectantes | ha-
bentes misterium fidei in con-
sciencia pura | Et hii autem
probentur primum et sic mini-
strent | nullum crimen haben-
tes | Aduertimus quanta in nobis
requiruntur ut abstemius sit
...mino minister domini | ut
testimonio bono fulciatur non
solum fidelium sed etiam ab
hiis qui foris sunt | Decet
enim actuum operumque nostrorum
testem esse publicam existi-
mationem | non derogetur
muneri | ut qui videt mini-
strum altaris congruis or-
natum virtutibus auctorem
predicet et dominum veneretur
qui tales seruos habeat | Laus
enim domini ubi munda posses-
sio et innocens familie di-
sciplina | De castimonia autem
quid loquar | quando una tan-
tum nec repetita permittitur copula
Et in ipso ergo coniugio lex est
non iterare coniugium |

De officio le-
uitarum

abstinens

De castitate

Coniugii damno plures nuptiae

Nec secunde coniugis sortiri
conditionem. Quod plerisque mi-
rum videtur cur etiam ante ba-
ptismum iterati coniugii ad elec-
tionem muneris et ordinatio-
nis prerogativam impedimenta
generent. Cum etiam delicta
obesse non soleant si lavacri
remissa fuerint sacramento.
Sed intelligere debemus quia
baptismo culpa dimitti potest
lex aboleri non potest. In con-
iugio non culpa sed lex est. Quod
culpa est igitur in baptismate re-
laxatur. Quod legis est in con-
iugio non solvitur. Quomodo autem
potest esse hortator viduitatis qui
ipse coniugia frequentaverit. Sine
offensione autem exhibendum et im-
maculatum ministerium nec ullo
coniugali coitu violandum
cognoscitis qui integri corpore in-
corrupti pudore alieni etiam
ab ipso consortio coniugali sa-
cri ministerii gratiam accepistis.
Quod eo non preterii quia in ple-
risque abditioribus locis cum
ministerium gererent vel etiam
sacerdotium filios susceperunt.
Et id tamquam usu veteri defen-
dunt quando per intervalla dierum
sacrificium deferebatur. Et tamen
castificabatur etiam populus
per biduum aut triduum ut ad sac-
rificium purus accederet sicut in veteri
testamento legimus. Et lavabit ve-
stimenta sua. Si in figura tanta
observantia quanta in veritate. Dis-
cite sacerdos atque levita quid sit
lavare vestimenta tua ut mundum
corpus celebrandis exhibeas sa-
cramentis. Si populus sine ablu-
tione vestimentorum suorum prohibe-

Disce sacerdos et levita lavare vestimenta

batur accedere ad hostiam suam.
Tu illotus mente pariter et corpore
audes pro aliis supplicare audes
aliis ministrare. Non mediocre le-
vitarum officium de quibus dicit
dominus. Ecce elegi levitas de
medio filiorum israel pro omni pri-
mogenito aperiente vulvam
a filiis israel redemptiones eorum
erunt isti. Et erunt mihi levite
quia mihi est sanctificatum primoge-
nitum in terra egypti. Cognovimus
quia non inter ceteros levite com-
putantur sed omnibus preferuntur.
Qui eliguntur ex omnibus et
sanctificantur ut primogenita
fructuum atque primitie que domino
deputantur. In quibus est vo-
torum solutio et redemptio pecca-
torum. Non inquit eos accipi-
es inter filios israel. Et con-
stitue levitas super tabernacu-
lum testimonii et super omnia
vasa eius. Et ipsi ministrent
in eo et in circuitu taberna-
culi. Castra ipsi constituant
et promovendo tabernaculum
ipsi deponant levite et constitu-
endo castra rursum ipsi taber-
naculum ipsi statuant. Alienige-
na quicumque accesserit morte
moriatur. Tu ergo electus ex
omni numero filiorum israel
inter sacros fructus quasi pri-
mogenitus estimatus, prepositus
tabernaculo ut prendas in
castris sanctitatis et fidei atque
si alienigena accesserit mor-
te moriatur. Positus ut operias
archam testamenti. Non enim
omnes vident alta misteriorum
quia operiuntur a levitis ne vi-
deant qui videre non debent
et sumant quod servare non
possunt. Moyses denique cir-
cumcisionem vidit spiritualem

ad scuta et super ... tollat tabernaculum et omnia vasa eius

Sed operuit eum ut in signo
retardationem perscriberet. Vidit
azyma veritatis et sinceritatis
vidit passionem domini. Operuit
azymis corporalibus azyma veri-
tatis. Operuit passionem domini
agni uel vituli ymolatione. Et
boni leuite seruauerunt misterium
fidei sue tegmine. Et tu mediocre
putas quod commissum tibi
primo ut alta dei videas quod est
sapientie. Deinde ut excubias
pro populo non deferas quod est
iusticie. Castra defendas tha-
bernaculumque tuearis quod est forti-
tudinis. Te ipsum continentem ac
sobrium prestes quod est temperancie.
Hec virtutum genera principalia
constituerunt etiam hii qui foris
sunt. Sed communitatis supe-
riorem ordinem quam sapientie iudica-
uerunt. Cum sapiencia funda-
mentum sit iusticie opus sit quod
manere non potest nisi fundamentum
habeat. Fundamentum autem christus
est. Prima ergo fides que est sapientie
ut salomon dicit secutus patrem.
Inicium sapiencie timor domini.
Et lex dicit. Diliges dominum deum
tuum et diliges proximum tuum
sicut teipsum. Est enim ut gratiam tuam
atque officia in societatem humani
generis conferas. Sed primum illud de-
cernis ut quod habes possessionum
totum est ut quod habes in dicione
tua quo nichil prestancius habes deo deputes. Cum
soluens auctori debitum licet ut
opera tua in beneficentiam et ad
iumenta hominum conferas atque ip-
se feras necessitatibus aut pe-
cunia aut officio. Aut etiam
quocumque munere quod late pa-
tet in uno ministerio. Pecunia
ut subuenias debito obligatum
liberes officio. Vt fraudanda susci-
pias quam metuat amittere qui depone-

re tradidit. Officium igitur depositum
seruare ac reddere. Sed interdum com-
mutacio fit aut tempore aut neces-
sitate ut non sit officium reddere quod
acceperis. Vt si quis contra patriam
opem barbaris ferens pecuniam
raptus hostibus proponat. Aut si
illi reddas cum adsit qui extor-
queat. Si furenti restituas cum
seruare non queat. Si insanitati
gladium depositum non neges
quo se ille interimat. Nonne sol-
uisse contra officium est. Si furto
quesita sciens suscipias ut frau-
detur qui amiserat nonne con-
tra officium est. Est etiam contra
officium nonnumquam promissum
soluere sacramentum custodire. Vt
herodes qui iurauit quod quicquid
petitum esset daret filie hero-
diadis et necem Iohannis presti-
tit ne promissum negaret. Nam
de Iepte quid dicam qui immo-
lauit filiam que sibi victori
prima occurrerat ut quicquid si-
bi primum occurrisset offerret deo.
Melius fuerat nichil tale pro-
mittere quam promissum soluere
parricidio. Hec quanti sit con-
silii prospicere non ignoratis.
Et ideo eligitur leuita qui sa-
crarium custodiat ne fallatur con-
silio. Ne fidem deserat. Ne mor-
tem timeat. Ne quid intempe-
rancius gerat ut specie ipsam
grauitatem preferat. Nec solum
animum sed etiam oculos conti-
nentes habere quem deceat ne
uel ipse fontem sobrietatis for-
tuitus violet occursus. Qui enim
viderit mulierem ad concupi-
scendum eam adulterauit eam
in corde suo. Ita adulterium
non solum facti colluuione
sed etiam aspectus intentione committitur.

leuita non
tantum animum sed et
oculos debet
continentes

Magna hec videntur at-
tamen severa. Sed in magno mu-
nere non superflua quando tan-
ta est levitarum gratia ut de
his Moyses in benedictionibus
dicat. Date levi viros eius Da-
te levi manifestos eius Date
levi sortem suffragii sui et
veritatem eius viro sancto
quem temptaverunt in tempta-
tionibus. maledixerunt super
aquam contradictionis Qui
dicit patri suo et matri non
novi te et fratres suos non
cognovit et filios suos abdi-
cavit Hic custodit verba tua
et testamentum tuum observa-
bit Illi ergo veri eius et
manifesti eius qui nichil
in corde mali habeant ni-
chil fraudis occultant Sed ver-
ba eius custodiant et in cor-
de suo conservant sicut conser-
vabat et Maria Qui suos pare-
tes officio suo noverint pre-
ferendos qui violatores oderint
castitatis pudicitie vlciscantur
iniuriam noverint officiorum
tempora quod maius quod
minus sit quod cui aptum
tempori est Et ut id solum se-
quatur quod honestum est
Sane vbi duo honesta ibi id
honestius sed preferendum putet hii
iure benedicti Siquis ergo ma-
nifestet iusticias dei incensum in-
ponat benedic domine virtutem ipsius
opera manuum eius suscipe ut
graciam propheticae benedictio-
nis inveniat Primus explicit

Beate memorie Ambrosii confessoris
et Episcopi de Officiis
liber secundus Incipit



Superiore li-
bro de officiis
tractavimus
que convenire
honestati ar-
bitraremur
In qua vitam
beatam positam
esse nulli du-
bitaverunt
quam scriptura appellat vitam
eternam Tantus enim splendor ho-
nestatis est ut vitam beatam ef-
ficiat tranquillitas consciencie et
securitas innocencie Et ideo
sicut exortus sol lune globum
et ceterarum stellarum abscondit lu-
mina Ita fulgur honestatis
vbi vero et incorrupto vibrat
decore Cetera que putantur bona
secundum voluptatem corporis aut
secundum seculi claritatem clara et
illustria obumbrat Beata
plane que non alienis estima-
tur iudiciis sed domesticis percipi-
sentibus tamquam sui iudex
Nec enim populares opinio-
nes pro mercede aliqua requi-
rit nec pro supplicio pavet
Itaque dum minus sequitur gloriam
quo magis super eam emi-
net Nam qui gloriam requi-
runt his tanquam merces presencium
umbra futurorum est que impe-
dimentum vitam eternam Quod et
in Evangelio scriptum est
Amen dico vobis perceperunt
mercedem suam De his sed
qui velut tuba canenti vul-
gare liberalitatem suam quam fa-
ciunt circa pauperes gestiunt
Similiter et de ieiunio quod
ostentacionis causa faciunt
habent inquit mercedem suam
Honestatis igitur est et misericordiam facere

vita b(ea)ta

Vel ieiunium deserre in abscondi-
to ut mercedem videaris a deo
solo tuo querere / non etiam ab
hominibus / Nam qui ab hominibus
querit habet mercedem suam
Qui aut a deo habet vitam
eternam quam prestare non potest
nisi auctor ipse eternitatis / Vt
illud est / Amen amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso
Non expressit scriptura vitam eter-
nam appellauit eam que sit beata
vita et non hominum opinionibus
estimandum relinquetur / Sed diui-
no iudicio committetur / Itaque philo-
zophi vitam beatam / Alij in non
dolendo posuerunt ut Hieronimus
Alij in rerum sciencia ut Arillus
qui audiens ad Aristotile et
Theofrasto mirabiliter laudatur
esse rerum scienciam / Solam
eam quasi summum bonum posu-
it eo illi eam quasi bonum non
quasi solum bonum laudauerunt
Alij voluptatem dixerunt ut
Epicurus / Alij ut Callipho
et post eum Dyodorus ita mixtam
putauerunt ut alter ad volupta-
tem / Alij ad vacuitatem doloris
consorcium honestatis adiungerent
Quod sine ea non posset esse be-
ata vita / Zenon Stoycus solum
et summum bonum / quod honestum
est / Aristotiles aut vel Theofra-
stus et ceteri paripastetici in
virtute quidem hoc est honestum
vitam beatam esse sed completam
eius beatitudinem etiam corporis
atque exterius bonis adstruxerunt
Scriptura autem diuina vitam
eternam in cognitione posuit diui-
nitatis et fructu bone operacionis
Denique utriusque assercionis euuan-
gelium suppetit testimonium

Nam et de sciencia ita dixit
dominus ihesus / Hec est autem
vita eterna ut cognoscat te so-
lum verum deum et quem
misisti ihesum xpistum / Et de operibus
ita dicit / Omnis qui reliquerit
domum vel fratres aut sorores
aut matrem aut filios aut
agros propter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam possi-
debit / Sed ne estimet heretici
esse et plus tractatum a philo-
zophis quam in ewangelio predi-
catum / Antiores enim ewangelio
philozophi id est Aristotiles et
Theofrastus vel Zenon atque
Hieronimus / Sed posteriores prophetis
accipiant quam longe ante
philozophorum nomen audiretur
per os sancti Dauid / Primus
aperte id indicatur expressum
scriptum est enim / Beatus quem tu
erudieris domine et de lege tua
docueris eum / Habemus et ali-
bi / Beatus vir qui timet dominum
in mandatis eius cupiet ni-
mis / Dominus de cognitione
eius premium eternitatis fructum
esse memorauit adiciens per
prophetam / quia in domo huius ti-
mentis dominum vel eruditi in
lege et cupientis in mandatis
diuinis gloria et diuicie / Et iusti-
cia eius manet in seculum seculi
De opibus quoque in eodem psalmo
subiunxit vite eterne subpetere
premium viro iusto / Deinque alt
Beatus vir qui miseretur et com-
modat disponet sermones
suos in iudicio / quia in seculum
non commouebitur / In memoria
eterna erit iustus / Et infra
Dispersit dedit pauperibus iusticia
eius manet in seculum seculi

Diuina scriptura vita b(ea)ta aquit(?)

Habet ergo vitam eternam fides
quia fundamentum est bonum. Habet
et bona facta quia vir iustus
et dictis et rebus probatur. Nam
si exercitatus sit in sermonibus et
desidiosus in operibus prudenciam
suam factis refellit. Et quo-
niam est scire quid facias nisi fe-
cisse quod faciendum cognoscis.
Contra quoque strenuum esse in ope-
ribus affectu infidum. Itaque ac
si vicioso fundamento pulcra
culminum velit elevare fasti-
gia. Quo plus struxerit peius
corruit. quia sine munimento
fidei opera non possunt manere.
Infida statio in portu navem
perforat. Et harenosum solum
cito cedit. nec potest impositi
edificacionis sustinere honera.
Ibi ergo plenitudo premii ubi
virtutum perfectio. Et quedam in
factis atque dictis equalitas so-
brietatis. Et cum de sola rerum
sciencia explorata est vel quasi
inanis sedium philosophie dis-
putaciones superfluas vel quasi
semi perfecta sententia cum enarrare
de eo scriptura divina absolvat
sentenciam. De quo tam multi-
plices et implicatas atque con-
fusas videmus questiones esse
philosophie. Nichil enim bonum
scriptura nisi quod honestum asse-
rit. Virtutem quoque in omni rerum
statu beatam iudicat que neque
augeatur bonis corporalibus vel ex-
ternis neque minuatur adversis.
Nichil quoque tam beatum nisi quod
a peccato alienum sit plenum in-
nocencie repletum gracie dei. Scri-
ptum est enim. Beatus vir qui non
abiit in consilio impiorum et
in via peccatorum non stetit
et in kathedra pestilencie non

Sacra scriptura

sedit. Sed in lege domini fuit vo-
luntas eius. Et alibi. Beati
immaculati in via qui ambu-
lant in lege domini. Innocen-
cia igitur et sciencia beatum
faciunt. Bene quoque operacionis
mercedem esse beatitudinem
vite eterne superius adiuximus.
Restat igitur ut spreto patroci-
nio voluptatis aut doloris
metu quorum alterum quasi
infractum et mollitum alte-
rum quasi enervatum et infir-
mum despuit in ipsis doloribus
vitam beatam eminere de-
monstret quod facile doceri
potest cum legerimus. Beati
estis cum vobis maledixerint
et persequentur et dixerint omne
malum adversus vos propter iusticiam.
Gaudete et exultate quoniam mer-
ces vestra copiosa est in celo.
Sic enim persecuti sunt et pro-
phetas qui erant ante vos.
Et alibi. Qui vult post me
venire abneget semetipsum et
tollat crucem suam et sequatur
me. Est ergo beatitudo et in do-
loribus in quibus plena suavitatis
virtus comprimitur et exercetur
ipsa sibi domesticis opibus
habundans vel ad constanci-
am vel ad graciam. Neque enim
parum beatus Moyses cum
egipciorum vallatus populis
et mari clausus per fluctibus
et pio patrum pedestrem
viam piis meritis invenisset.
Unde aut fortior quam tunc
cum extremis incidens pe-
riculis non desperabat salutem
et exigebat triumphum. Quid
Aaron quam beatiorem se credi-
dit quam tunc cum medius stetit

inter vivos et mortuos et obiectu
sui statuit mortem ne ad ulteriore
transiret agmina a cadaveribus
mortuorum. Quid de puero Dam-
ele loquar qui cum sapiens aut
et inter leones fame exaspe-
ratos nulla bestialis sevicia fran-
gebatur fortitudine. Ita alienus
a metu ut possit epulas nec
vereretur ne ad pastum sui exem-
plo feras provocaret. Est ergo et
in dolore virtutis que sibi bone
suavitatem exhibeat conscientie
Et ideo indicio est quod non
minuat dolor virtutis volu-
ptatem. Sicut ergo nulla vir-
tuti discessio beatitudinis per
dolorem, ita etiam nulla
accessio per voluptatem cor-
poris aut commoditatem gratie
De quibus pulchre Apostolus: Que
michi lucra fuerunt hec du-
xi propter Christum detrimenta esse
Et addidit propter quem omnia
dampno duxi et estimo ster-
cora ut Christum lucrifaciam.
Denique Moyses dampnum
suum credidit thezauros esse E-
gipciorum et obprobrium dominice
crucis pretulit. Nec tunc dives
cum habundaret pecunia nec
postea pauper cum egeret ali-
mento. Nisi forte tunc alicui
minus videtur beatus fuisse
cum in deserto quotidiana ali-
monia sibi et populo suo
deforet. Sed quod summi boni ac
beatitudinis nemo negare au-
deat manna ei hoc est panis
angelorum ministrabat e celo
Carnis quoque quotidiana plu-
ti=

via totius plebis epulis re-
dundabat. Helie quoque sancto
panis ad victum deerat si
quereretur, sed non videbatur de-
esse quia non querebatur. Sta-
cionis diurno corvorum obsequio
mane panis, cena ad vesperam
deferebatur. Numquid ideo mi-
nus beatus quia erat pauper sibi
minime. Immo eo magis beatus
quia erat deo dives. Alien-
esse quem sibi divitem prestat. Vt
iste erat qui tempore famis
cibum a vidua petebat largi-
turus ut ydria farine per
triennium et sex menses
non deficeret et quotidianos
usus olei vas vidue inopi
sufficeret ac ministraret. Me-
rito ibi volebat Petrus esse
ubi istos videbat. Merito
in monte cum Christo in gloria
apparuerunt quia et ipse pau-
per factus est cum dives es-
set. Nullum ergo ad minuendum
prestandi vite ad vitam bea-
tam. Quod evidenter demon-
stravit in evangelio dicens
Beati pauperes quoniam vestrum est re-
gnum dei. Beati qui nunc esu-
riunt et sitiunt quia satura-
buntur. Beati qui nunc fletis
quia ridebitis. Itaque paupta-
tem famem dolorem que
putantur mala non solum im-
pedimento non esse ad vitam
beatam sed etiam adiumento
evidentissime pronunciatum est
Sed et illa que videntur bona di-
vicias saturitatem leticiam ex-
pertem doloris detrimento esse ad
fructum beatitudinis divino de-
claratum iudicio liquet cum di-
citur Ve vobis divitibus quia ha-
betis consolationem vestram

Ve vobis qui saturati estis
quia esurietis et illis qui ri-
dent quia lugebunt Ergo
non solum adminiculo non
sunt ad vitam beatam corporis
aut externa bona sed etiam
dispendio sunt Unde et ille be-
atus Nabuth qui etiam cum
lapidaretur a divite eo quod pau-
per et inops ad omnium o-
pes regias solo erat affectu
et religione dives ut peti-
cionem regali non commutaret
paterne vinee hereditatem
Eoque perfectus quia sangui-
ne proprio defendebat here-
ditates patrum Unde quoque
miser Achab suo iudicio
quia pauperem necari fece-
rat ut eius possideret vineam
Certum est solum et sum-
mum bonum virtutem esse

Vita beata

eamque habundare solam
ad vite fructum beate ne-
que externis aut corporis bonis
Sed virtute sola vitam prestari
beatam per quam vita
eterna acquiritur Vita enim
beata fructus presentium
vita autem eterna spes futurorum
Sunt tamen qui in
hoc corpore tam infirmo tam
fragili impossibilem vitam
beatam putent in quo ne-
cesse est angi dolere deplo-
rare egrescere Quasi vero ego
in corporis exultacione di-
cam vitam beatam con-
sistere et non in altitudine
sapientie suavitate consciencie
virtutis sublimitate Non enim
in passione non esse Sed
victorem esse passionis be-
atum est nec frangi temporalis
motu doloris Pone accide-
re hecque gravia ad vim do-
loris feruntur cecitatem exi-
lium famem stuprum filie
amissionem liberorum Quis
negat beatum Ysaac qui
non videbat in senectute
et beatitudines suis bene-
dictionibus conferebat An
non beatus Iacob qui pro-
fugus paterna domo mer-
cenarius pastor exilium
sustinuit filie quoque pudi-
citiam ingemuit esse teme-
ratam famem pertulit Non
ergo beati quorum fide deus ac-
cipit testimonium cum dicitur
Deus Abraham deus Ysaac
deus Iacob Misera est servitus
sed non miser Ioseph immo pla-
ne beatus cum domine libidi-
nes in servitute positus coher-
ceret Quid de sancto David lo-
quar qui trium filiorum deplo-
ravit obitum et quod his durius
incestum filie Quomodo non beatus
de cuius successione beatitu-
dinis auctor exortus est qui
plurimos fecit beatos Beati
enim qui non viderunt et cre-
diderunt fuerunt et ipsi in
sensu infirmitate Sed evalu-
erunt de infirmitate fortes
Quid laboriosius autem sancto
Iob vel in domus incendio
vel filiorum esse interitu momen-
taneo doloribus corporis Num-
quid minus beatus quam si
illa non pertulisset in qui-
bus magis probatus est
Esto tamen fuisse in illis ali-
quid acerbitatis quem virtus
animi non absconderit dolo-
rem Neque enim profundum maer

negaverim quia sunt vado-
sa littora. Neque celum luci-
dum quia medium obstruitur
nubibus. Neque terram fecun-
dam quia aliquibus locis
ieiuna glarea est aut letas
segetes quia inter immixtam
solent habere sterilem habe-
nam. Similiter picta beate
messe conscientie interpellari
aliquo acerbo doloris none
totius manipulis quasi beate
siquid forte adversi accidit
atque amaritudinis tanquam
sterilis habena absconditur
tanquam lolii amaritudo fru-
menti suavitate obduatur.
Sed iam ad proposita redeamus
superiore libro ita divisionem
fecimus ut primo loco esset ho-
nestum ac decorum a quo of-
ficia ducuntur. Secundo loco est
utile et quemadmodum in primo
diximus quia inter honestum
et decorum est quedam distinctio
que magis intelligi quam expli-
cari possit. Sic et cum utile
tractamus considerandum
videtur quod utilius. Utilitas
autem vel pecuniarii lucri esti-
matione subducitur vel ad que-
sitione pietatis sicut apostolus di-
cit. Pietas autem ad omnia
utilis est promissionem vite ha-
bens presentis et future. Itaque
in scripturis divinis si dili-
genter queramus sepe inve-
nimus quod honestum est utile
vocari. Omnia mihi licent sed
non omnia sunt utilia. Supe-
rius de vitiis loquebatur. Hoc ergo
dicit licet peccare sed non decet.
In potestate sunt peccata sed

non sunt honesta. Pecunia-
ri proprium sed non iustum. Non
enim decebat sed venti colligit.
Ergo quia quod utile id etiam
iustum iuste ut sumamus pro
qui nos redemerunt. Adeo iusti
qui pro eius nomine mortem
se obtulerunt. Iniusti qui decli-
naverunt. De quibus dicit: Que
utilitas in sanguine meo idest
iustitie mee profectus. Unde et
illi alligemus iustum quia inutilis
est nobis idest iniustus qui nos
arguit contemnunt corri-
pit. Licet hoc possit etiam
ad avaritiam impiorum homi-
num derivari. Sicut in Iuda proditore le-
gimus qui avaritie studio et
pecunie cupiditate laqueum
proditionis incurrit atque incidit.
De hac igitur tractandum est
utilitate que sit plena ho-
nestatis sicut ipsis verbis de-
finivit apostolus dicens: Hoc
autem ad utilitatem vestram dico
non ut laqueum iniciam vobis
sed ad id quod honestum est.
Liquet igitur quod honestum est uti-
le esse et quod utile honestum
et quod utile iustum et quod
iustum utile. Neque enim nunc
ad mercatores lucri cupidine
avaros sed ad filios sermo
est et sermo de officiis que vobis
quos elegi in ministerium domini
inculcare gestio atque insi-
nuare ut ea que mentibus ac
moribus vestris usu atque in-
stitutione inolita atque im-
pressa sunt etiam sermone ac
disciplina aperiantur. Itaque de
utilitate dicturus utar illo

versiculo prophetico | Declina cor
meum in testimonia tua et non
in avariciam | Ne utilitatis so-
nus excitet pecunie cupidi-
tatem | Denique alii habent | De-
clina cor meum in testimonia
tua et non ad utilitatem | hoc
est nullum questum nundinas
aucupantem | utilitatem illam
communem hominum ad pecunie studia
inflexum ac declinatum | Vulgo
enim hoc solum dicitur utile quod
questuosum | Nos autem de ea trac-
tamus utilitate que dampnis
queritur ut Christum lucretur | Unde questus
est pietas cum sufficiencia | Ma-
gnus profecto questus quo pieta-
tem acquirimus que apud deum
dives est non caducis faculta-
tibus sed muneribus eternis | In
quibus non temptacio lubrica
Sed constans et perpetua sit
gracia | Est igitur utilitas alia
corporis alia pietatis | sicut di-
xit Apostolus | Corporalis enim ex-
ercitacio ad modicum inquit uti-
lis est | pietas autem ad omnia
est utilitas | Quid autem tam
honestum quam integritas quid
tam decorum quam immaculatum
servare corpus et inviolatum
atque incontaminatum pudorem |
Quid etiam tam decorum quam ut
vidua uxor defuncto coniugi
fidem servet | Quid etiam hoc
utilius quo regnum celeste ac-
quiritur | Sunt enim qui se ca-
straverunt propter regnum celorum | Est
igitur non solum familie contuber-
nium honestatis et humilitatis
utilitatis | Sed eadem quoque utili-
tas que honestas | Nos et ille
qui regnum celorum volebat omnibus

aperire | non quod sibi utile que-
rebat sed quod omnibus | Primus
ordo quidam nobis et gradus
faciendus est etiam ab hiis
operacionibus et communibus ad ea
que sunt precellencia ut cum plu-
ribus utilitatis colligamus
effectum | Ac primum noverimus
utile quam diligi nichil tam
inutile quam non amari | Nam
odio haberi exitiale ac ni-
mis capitale arbitror | Ita
id agamus ut omni sedulita-
te commendemus existimacionem
opinionemque nostram | Ac primum
placiditate mentis et animi
benignitate insinuemus in af-
fectum hominum | Popularis
enim et grata est omnibus bo-
nitas | nichilque quod tam
facile humanis illabatur
sensibus | Eam si mansuetu-
dinis mores ac facilitatis
moderacione preceptum et affa-
bilitate sermonis verborum
honore patienti quoque sermo-
num vice modestie gracia ad-
iuvetur gratia incredibile
quantum procedit ad cumulum
dilectionis | Legimus non solum
in privatis sed etiam in ipsis
regibus quantum facilitas blan-
de affabilitatis profecerit | Quid
superbia verborum obfuerit tu-
mor ut regna ipsa labefac-
taret et potestatem solveret
Iam si quis consilio opera mi-
nisterio officiis populare
comprehendat gratiam | Aut si
quis periculo suo pro univer-
sa plebe offerat | Non est
dubium quod tantum caritatis

In plebe meum refundat ut
amplius salutem eius et gratiam
sibi prestaret. Caritas Moysis a-
populo illatas absorbebat con-
tumelias. Et cum dominus inso-
lentes vindicare vellet se
pro populo offerebat frequenter
ut indignacionem divine plebem
subduceret. Cum nulli sermone
pro iniurias appellabat, amplius
solabatur in laboribus. Declina-
bat oraculis plebem subducere
fovebat opibus. Et cum deo
constanter loqueretur homines
tamen humili et grata ap-
pellacione affari solebat. Me-
rito estimatus est super homines
ut et vultum eius nemo posset
intendere et sepulturam eius no-
ceptam traderent. Ceterum sic
sibi totius plebis mentes de-
vinxerat ut plus eum pro man-
suetudine diligerent quam pro
factis admirarentur. Cuius eius
imitator sanctus david electus
ex omnibus ad plebem regen-
dam. Cum mitis et blandus
humilis spiritu, sedulus corde,
facilis affectu. Ante regnum
se pro omnibus offerebat, rex cun-
ctis omnibus equabat suam mi-
liciam et partiebatur laborem.
Ferox in prelio, mansuetus in
imperio, paciens in convicio,
ferre magis promptus quam re-
ferre iniurias. Adeo tam ca-
rus erat omnibus ut iuvenis
ad regnum etiam invitus pete-
retur, resistens cogeretur. Senex ne
prelio interesset a suis rogaretur
et mallent omnes pro ipso peri-
clitari quam illud pro omnibus.
Ita sibi hiis officiis plebem ob-

ligaverat, primum ut in discordijs
populi exultare in Ebron mal-
let quam regnare in Israhel. Deni-
que etiam inhoneste positam
virtutem diligeret. Iusticia et
hijs qui etiam contra se tu-
lerant eque ac suis prestanda
putaret. Denique fortissimum
adverse partis propugnatorem Ab-
ner diligeret et insidiantem plura
emulatus est et orantem pacem
gratiam non aspernatus hono-
ravit convivio. Interemptum
insidijs doluit et flevit. Pro-
secutus exequias honestavit
mortem ex conscientie fide
prestitit quam filio suo. Cum he-
reditaria iura suscepit. Ma-
gis sollicitus ne innocentis inge-
rens militiam relinqueret quam
quo suam mortem deleret.
Non mediocre istud prestitit
in rege sic obire humilitatis
munia ut communem se exhi-
beret etiam infimis. Alieno
periculo cibum non querere,
pater recusare, peccatum fateri
seque ipsum pro populo offerre mor-
ti ut in se divina indignacio
converteretur. Ad ferientem angelum
offerens se dixit: Ecce sum ego
peccavi et ego pastor male
feci, et iste grex quid fecit.
Fiat manus tua in me. Iam
quid alia dicam, quod dolum
meditantibus non applicabat os
suum, et tanquam non audiens
nullum sermonem refundum puta-
bat. Non respondebat et vices
cum sibi derogaret orabat.
Cum malediceret benedicebat.
Ambulans in simplicitate super-
bos fugitans, sectator inno-
cuitatis. Verumtamen inserebat aliud de
suis

David

Cum peccata propria deploraret
et potius suum temperabat fletibus
Merito sic expetitus est ab uni-
verso populo ut venirent ad eum
omnes tribus israel dicentes Ecce
nos ossa tua et caro tua sumus
Heri et nudiustercius cum esset
Saul et regnaret super nos
tu eras qui educebas et in-
ducebas israel Et dixit tibi dominus
Tu pasces populum meum Et
quid plura de eo dicam de
quo huiusmodi dei processit
sententia ut de eo diceret In-
veni david secundum cor meum
Quis enim in sanctitate cordis
et iusticia processit ut iste ambula-
vit ut impleret voluntatem
dei Propter quem et delinquentibus
posteris eius venia data et
prerogativa reservata heredibus
Quis igitur non diligeret eum
quem videbat ita carum amicis
Ut quia ipse sinceriter amicos di-
ligebat ita diligi se a suis
amicis arbitraretur Denique
parentes cum filiis suis filii
preferebant parentibus Unde
gravius indignatus Saul petiit
Jonatham filium hasta voluit
Quia pluris apud eum vale-
re david amiciciam iudicabat quam
vel pietatem vel auctoritatem
paternam Etenim ad magisterium
caritatis communiter plurimum
proficit si quis vicem amantibus
reddat nec minus redamare
se probet quam ipse amatur Adeo
amicicie fidelis patet exem-
plis Quid enim tam populare
quam gratiam atque impressum af-
fectibus Quid tam insitum
nature quam ut diligentem di-
ligas Quid tam insitum atque

impressum affectibus huma-
nis quam ut eum amare inducas
in animum a quo te amari velis
Merito sapiens dicit Perde pecu-
niam propter fratrem et amicum
Et alibi Amicum salutare non
erubescam et a facie illius non
me abscondam Siquidem vite
et immortalitatis medicamen-
tum in amico esse Ecclesia-
sticus sermo testatur et summum
in caritate presidium nemo du-
bitaverit Cum Apostolus dicat
Omnia suffert omnia credit
omnia sperat omnia sustinet
Caritas numquam excidit Adeo
david numquam excidit quia karus
fuit omnibus et diligi a sub-
iectis quam timeri maluit Ti-
mor enim temporalis tutaminis
servat excubias nescit diutur-
nitatis custodiam Itaque ubi
timor decesserit audacia
obrepit quoniam fidem non timor
cogit sed affectus exhibet
Prima ergo ad commendationem
nostri est caritas Bonum est
testimonium habere de plurimorum
dilectione Hinc nascitur fides
ut committere se tuo affectui
non vereantur etiam alieni
quem pluribus carum adver-
terint Similiter etiam per
fidem ad caritatem pervenitur
ut qui uni aut duobus pre-
stiterit fidem tamquam influ-
at in animos universorum
et omnium acquirat gratiam Duo
igitur hec ad commendationem nostri
plurimum operantur caritas et fides

Duo sunt que ad nostri commendationem
operantur

Et tamen hoc si habeat quod in-
te admiratione dignum plerique exi-
stiment et vix honorandum pu-
tent. Et quia consiliorum usus ma-
xime consiliat homines. Ideo pru-
dencia et iusticia in uno que
desideratur et ea spectatur a
pluribus ut in quo ea sint illi
deferatur fides. quod possit utile
consilium ac fidele desideranti
dare. Verius enim ei se committat
quem non putet plus sapere
quam ipse sapiat qui querit con-
silium. Necesse est igitur ut prestan-
tior sit a quo consilium petitur
quam ille est qui petit. Verum non
consulat homini quem non arbi-
tratur posse melius aliquid
repperire quam intelligit. Sed
si eum invenerit qui vivaci-
tatem ingenii mentis vigore
atque auctoritate prestet ac atten-
dat. quo ut exemplis et usu
paratior sit periculum solvat pre-
sentia prospiciat futura denunciet
imminentia. argumentum expe-
diat. remedium ferat in tempore
paratus sit non solum ad con-
sulendum sed etiam ad subveni-
endum. Nunc ita fides habe-
tur ut dicat qui consilium petit. Et
si mala mihi evenerint per illum
sustineo. Huiusmodi igitur viro
salutem nostram et existimationem
committimus qui sit ut supra diximus
iustus et prudens. Efficit enim
iusticia ut nullus sit fraudis
metus. Efficit etiam pruden-
cia ut nulla erroris suspicio
sit. Promptius tamen nos iusto viro
quam prudenti committimus ut
secundum usum vulgi loquamur. Ce-
terum sapientium diffinitione in
quo una virtus est concurrunt
cetere. Precipue cum iusticia esse

prudencia. Quod etiam in-
venimus. Dicit enim David
Iustus miseretur et fenerat.
Quod fenerat iustus alibi dicit
Iocundus vir qui miseretur et fe-
nerat disponet sermones su-
os in iudicio. Ipsum illud no- De nobili iudicio Salomonis
bile Salomonis iudicium nonne
sapiencie ac iusticie plenum est. Spe-
ctemus illud si ita est.
Due inquit mulieres in conspectu
Regis Salomonis steterunt. Et
dixit una ad eum. Audi me domine
Ego et hec mulier in uno ha-
bitantes cubiculo ante diem
tercium partu edito singulos
filios suscepimus. Et eramus
una. Et alter nullus domi
nec ulla alia nobiscum feia
nisi nos sole. Et mortuus est
filius eius hac nocte. Et ut
cum obdormivit super eum
Et surrexit media nocte et
accepit filium meum de sinu
meo et collocavit eum in gre-
mio suo et filium suum mor-
tuum posuit in sinu meo. Et
Et surrexi mane ut lactarem
puerum parvulum. Et inveni
mortuum. Et consideravi illum
diluculo et non erat filius
meus. Et dixit altera. Non
sed filius meus est qui vivit.
filius autem tuus qui mortuus
est. Et hec erat contencio ea-
rum cum utraque sibi filium vendicaret
superstitem defunctum autem suum
negaret. Tamen rex iussit
afferri macheram et infan-
tem dividi ac singulis partes
dari singulis dimidiam uni et
dimidiam alteram. Exclamat
mulier que vero affectu pietatis
Nequaquam domine infantem dividas

Detur potius illi et vivat et non interficiatis eum. At illa dicit altera: Neque mihi neque huic sit infans, dividatur. Et statuit rex dari infantem ei mulieri que dixerat: Nolite interficere eum, sed date illi mulieri; quia mota sunt inquit viscera eius in filio suo. Itaque non immerito estimatum est intellectum dei in eo esse, quia que nobis occulta sunt deo manifesta sunt. Quid autem occultius internorum viscerum testimonio, in que intellectus sapientis velut quidam pietatis descendit arbiter et velut quandam genitalis alvi vocem eruit, qua materna patuit affectus, que elegit filium suum vel apud alienam vivere quam in conspectu matris necari. Sapientie igitur fuit latentes distinguere conscientias, ex occultis eruere veritatem, et velut quadam machera spiritus gladio penetrare non solum uteri sed anime et mentis viscera. Iusticie quoque ut que suum necaverat alienum non tolleret, sed vera mater reciperet suum. Denique etiam scriptura hoc pronunciavit: Audivit inquit Israel omnis iudicium quod iudicavit rex, et timuerunt a facie regis, eo quod intellectus dei in eo esset et ut faceret iusticiam. Denique et ipse Salomon ita poposcit sapienciam ut daretur sibi cor prudens audire et iudicare cum iusticia. Liquet igitur etiam secundum divinam scripturam que antiquior est sapienciam sine iusticia esse non posse, quia ubi una earum, ibi utraque est. Daniel

quoque quam sapienter alta interrogatione fraudulente accusationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum sibi responsio non conveniret. Prudencie igitur fuit voce sua testimonio reos prodere, iusticie quoque nocentes supplicio dare, innocentem subducere. Est ergo individua sapiencie atque iusticie contubernium, sed vulgi usu dividitur una quedam forma virtutum, ut temperancia sit in despiciendis voluptatibus, fortitudo spectetur in laboribus et periculis, prudencia in dilectu bonorum sciens commoda et adversa distinguere, iusticia que sit bona custos iuris alieni et vindex proprietatis suum cuique conservans. Sit ergo nobis communis opinionis gratia quadripartita hec facta divisio, ut ab illa subtili disputatione sapiencie que limande veritatis causa quasi ex adito quodam eruitur, trahentes pedem forensem usum ac popularem sensum sequamur. Hac igitur divisione servata ut revertamur ad propositum, prudentissimo cuique causam nostram committimus et ab eo consilium promimus, quia a ceteris potior. Prestat tamen fidele iusti consilium viri et sapientissimi ingenio frequenter preponderat: Utiliora enim vulnera amici quam aliorum oscula. Deinde quia iusti iudicium, sapientis autem argumentatio; in illo censura disceptationis, in hoc calliditatis invencionis. Quod si utrumque concurrat, erit magna consilio salubritas

Rue ab vniuersis petat
amiratione sapientie et amo-
re iustitie. Vt omnes quererant
audire sapientiam eius viri
in quo vtriusque virtutis copu-
la sit. Sicut querebant omnes
reges terre videre faciem salomonis
et audire sapientiam eius. Ita
vt et saba regina veniret ad
eum et temptaret eum in que-
stionibus. Et venit et omnia
loquuta est que habebat in
corde suo. Et audiuit omnem
sapientiam Salomonis nec vllum
verbum preteriit eam. Et vere
sit ista que nichil preteriit nec
fit aliquid quod ei adnuntia-
uerit verius salomon. Loq-
ta e ad regem et hys quam audi-
re loquentem. Verus est sermo
quem audiui in terra
mea de sermonibus tuis et de
prudencia tua. Et non credidi
hys qui dicebant michi donec
veni et viderunt oculi mei
Et inueni non esse nec dimidiam
quidam partem eorum que annun-
ciabant michi. Apposuisti in
bona super omnia que audi-
ui in terra mea. Beate mulieres
tue et pueri tui qui adsistunt
tibi qui audiunt omnes pru-
denciam tuam. Intellige con-
uiuium veri salomonis et quod
apponit in eo conuiuio nisi
esse sapientie. Et considera in
tota terra congregato nationum
quid audierit famam sapientie
vere atque iustitie et quibus
eum viderit oculis contem-
plantibus vtique que non videt
temporalia sunt cum que videntur
que autem non videntur eterna
sunt. Sunt beate mulieres ille
de quibus dicitur. Prima multe
verbum dei audiunt et pariunt
Et alibi. Quicumque enim fecerit
verbum dei ipse meus et frater et
soror et mater est. Pueri

etiam pueri beati qui assistunt
nisi paruuli qui dicebat. Vsque
in hunc diem sto contestans
minori ac maiori. Symeon
qui expectabat in templo vt
videret consolationem israel. Ideo
modo eum dimitti posset. Re-
quia assistens deo discede-
di habebat facultatem nisi po-
terat nisi voluntate dei ad-
ceptus esset. Exempli causa
positus nobis. Salomon est
aliquo tertium ut audiretur
cuius sapientia postulabatur. Ioseph
Ioseph quoque nec in carcere
seruatus erat eximius [illegible]
incertis consuleretur. Cum con-
filii egypto vniuerse sunt
et non sentiret septem annorum
sterilitatem. Alios ipse populos
misere famis leuauit ieiu- Daniel
nio. Daniel quoque captiuus
regalium consultorum arbiter factus
consiliis suis emendauit presentia
adnuntiauit futura. Ex hiis enim
que frequenter interpretatus omnes
fuerunt veri se esse admirantes
des ei in omnibus deferebatur
Sed etiam tantus locus de hiis
qui admiratione digni estima-
rentur. Ioseph et Salomonis
et Danielis exemplo de eis
videtur. Nam quid de moyse
loquar cum omnis israel coti-
die consilia postulabat. Quorum
vita fidem faciebat prudencie
admirationem que eius augebat
Quis se non committeret consilio
moysi cui seniores si qua super-
sunt intellectum et virtutem esse
arbitrarentur diiudicanda sub-
ibant. Cuius Danielis consilium
refugeret de quo deus ipse dixit
Quis Daniele sapientior. Aut
quomodo homines de eorum dubi-
tare mentibus possent quibus
deus tantam conferebat gratiam

Cui Moysi consilio bella con-
ficiebantur / Moysi mentis de celo
effluebat elimosina · potu[?]erne-
tra / Rem purus David hostes im-
mo ut mulceret barbaros mo-
res · mitigaret leones / Cui illa
temperancia · cuncta animi et
corporis continencia / Nec imme-
rito mirabilis factus omnibus
cum quod vehementer admirantur
homines regalibus fultus amici-
ciis aurum non requirebat
Nec delatum sibi honorem plu-
ris faciebat quam fidem / Crucem
pietati malebat pro lege domini
quam pro gracia hominis infecti / Nam
de sancti Joseph quem pene pre-
terieram castimonia et iusticia
Quid dicam / Quarum altera
illecebras herilis despuit re-
futavit prima / Altera mortem
contempsit metum repulit car-
cerem postavit / Cuius huius
privatae cause ad consiliandum
ydoneum non iudicaret cuius
fertur animus et mens fer-
tilis corporis sterilitatem quodam
consiliorum et cordis ubere fecun-
dabat / Adultimo igitur quod in
adquirendo consilio plurimum
adiungit vite probitas / Virtutum
prerogativa benivolencie usus
facilitatis gracia / Quis enim
in ceno fontem requirat
Quis e turbida aqua potum
petat / Itaque ubi luxuria est
ubi intemperancia ubi viciorum
confusio quis inde sibi ali-
quid hauriendum existimet
Quis non despiciat morum
colluvionem / Quis utilem
cause aliene iudicet quem
videt inutilem sue vite / Quis
iterum improbum malivolum
contumeliosum non fugiat

de Joseph castite

degeneres animos arguit vita

Et ad nocendum paratum / Quis
non omni studio declinet / Quis
ergo quamvis instructum ad consili-
orum difficilem tam acerbum
ambiat / In quo fit illud tan-
quam siquis aque fontem pre-
cludat / Quid enim prodest habe-
re sapienciam si consilium neges
Si consulendi intercludas copiam
clausisti fontem ut nec aliis
influat nec tibi prosit / Pul-
cre autem et de illo convenit qui
habens prudenciam commaculat eam
viciorum sordibus eo quod aque fon-
tem contaminet / Degeneres
animos vita arguit / Quo enim
potes eum iudicare consilio
superiorem / quem videas infe-
riorem moribus / Super me de-
bet esse cui me committere paro
An vero eum ydoneum puta-
bo qui michi det consilium
quod non det sibi / Et michi
eum vacare credam qui sibi
non vacet / Cuius animum vo-
luptates occupent / libido de-
vinciat avaricia subiuget
cupiditas perturbet / quatiat
metus / Quomodo hic consilii
locus ubi nullus quieti / Am-
mirandus mihi et suscipiendus
consiliarius quem spiritus do-
mini patribus dedit offen-
sus abstulit / Huius imitator
debet esse qui potest consilium da-
re et aliena a viciis custo-
dire prudenciam / Cum nichil
angulatum in illa incurrerit
Quis igitur tamquam vultu speciem
preferat pulcritudinis et belu-
inis posterioribus ac ferinis
unguibus forme superioris de-
honestet gratiam / Cum tam
admirabilis et preclara figura
virtutum sit et specialis pulcritudo

sapiencie sicut ferres scripture
indicat. Est enim hec speciosior
sole et super omnem stellarum dispo-
sicionem luci comparata invenitur
prior. Lucem etenim hanc susci-
pit nox. Sapienciam non vincit
malicia. Divinam de eius pul-
critudine et scripture testimonio
comprobavimus. Superest ut eo-
rundem scripture auctoritate.
Nullum ei contubernium cum vi-
ciis esse individuam cum ceteris
virtutibus comitem. Nunquam enim
est disertus sine inquinamento
certus suavis amans bonum
acutus quem nichil vetat bene-
facere benignus stabilis certus
securus omnem habens virtutem
omnia prospiciens. Sobrietatem
enim docet et iusticiam et virtutem.
Omnia igitur spectat prudencia
cum omnibus bonis habet con-
sorcium. Nam quomodo potest utile
consilium dare nisi habeat iu-
sticiam ut induat constanciam
mortem non reformidet nullo
terrore nullo revocetur metu nulla
adulatione a vero deflectendum
putet que noverit sapienti
patriam mundum esse. Egesta-
tem non timeat que nichil de-
esse sapienti sciat cui totus
mundus diviciarum est. Quid enim u-
precipuus eo viro qui auro non mo-
veri nesciat contemptum habe-
at pecuniarum et velut ex arce
quadam despiciat hominum cupi-
ditates. Quod qui faciat hunc
homines supra hominem esse
arbitrantur. Quis est iste
et laudabimus eum? fecit enim
mirabilia in vita sua. Vere
enim non admirandus qui divi-
tias spernat quas plerique salu-
ti sue pretulerunt. Decet igitur
omnes censura frugalitatis

Continentie auctoritas et maxime
eum qui honore prestet ut nume-
rum eorum thezauri possideant
sui et pecuniis serviat qui prest li-
beris. Illud magis decet ut supra
thesaurum sit animo infra a-
micum obsequio. Humilitas enim
auget graciam. Hec plena lau-
dis et digna primario viro.
Non cum Tyriis negocia-
toribus et Galatheis merca-
toribus habere turpis lucri cu-
piditatem nec omne bonum locare
in pecunia et tamquam mercen-
nario munere quotidianos nu-
merare questus calculari compen-
dia. Quod si ab his sobrium
gerere animum laudabile quanto
illud prestancius si dilectionem
multitudinis liberalitate acqui-
ras. Neque superflua circa impor-
tunos neque restricta circa indigen-
tes. Plurima autem genera liberali-
tatis sunt non solum quotidiano
sumptu egentibus quo vitam
sustinere suam possint dispo-
nere ac dispensare alimoni-
am verum etiam hiis qui publi-
ce egere verecundantur consulere
ac subvenire. Communis egentium
alimonia non exhauriatur.
De quo enim loquor qui preest
alicui muneri ut si officium
sacerdotis gerat aut dispensatoris
ut de his suggerat episcopo nec
reprimat si quem positum in neces-
sitatem aliquam cognoverit aut
deiectum opibus ad inopie neces-
sitatem redactum maxime si
non effusione adolescentie sed
direpcione alicuius et amissione
patrimonii in eam recidat iniuriam
ut sumptum exercere diurnum non queat.
Summa etiam liberalitas captivos re-
dimere

De liberalitate

eripere ex hostium manibus subtrahere neci homines et maxime feminas turpitudini reddere parentibus liberos parentes liberis cives patrie Nota sunt hec nimis Illirici vastitate et Tracie quanti ubique venales erant de toto captivi orbe quos si revoces unius provincie numerum explere non possint Fuerunt tamen qui eos quos ecclesia redemerit in servitutem revocare vellent ipsa graviores captivitate qui inviderent aliene misericordie Ipsi si in captivitatem venissent servirent liberi Si venditi forent servitutis ministerium non recusarent Et nolunt alienam libertatem rescindere qui suam servitutem non possent rescindere Nisi forte precium recipere emptori placeat In quo tamen non rescinditur servitus sed redimitur Precipua igitur liberalitas redimere captivos et maxime ab hoste barbaro qui nichil deferat humanitatis ad misericordiam nisi quod avaricia reservavit ad redempcionem Et alienum subire si debitor solvendo non est atque artetur ad solucionem que sit iure debita Et inopia nutrire destitutos parvulos pupillos tueri Sunt etiam qui virgines orbatas parentibus tuende pudicicie gracia connubio locent Nec solum studio sed etiam sumptu adiuvent Est etiam illud genus liberalitatis quod Apostolus docet Ut si quis fidelis habet viduas subministret illis quo eorum elemosine ecclesia non gravetur Ut his que vere vidue sunt sufficiat Utilis igitur huiusmodi liberalitas sed non communis omnibus Sunt enim plerique

etiam viri boni qui tenues sunt censu contenti exiguo ad usum suum proprium sed non idonei ad subsidium relevande paupertatis aliene Tamen suppetit aliud beneficencie genus quo iuvare possint inferiorem Est enim duplex liberalitas una que subsidio rei adiuvat id est usu pecunie Altera que operum collatione impenditur multo splendidior multoque clarior Quanto illustrius Abraham captivum armis victricibus recepit nepotem quam si redimisset Quanto utilius regem Pharao sanctus Joseph consilio providencie iuvit quam si contulisset pecuniam Pecunia enim unius civitatis non redemit ubertatem providencia tocius Egipti quinquennio famem repulit Facile autem pecunia consumitur consilia exhauriri nesciunt Hec usu augentur pecunia minuitur et cito deficit atque ipsam destituit benignitatem ut quo pluribus largiri volueris eo pauciores adiuves Et sepe tibi desit quod aliis conferendum putaveris Consilii autem collatio quo in plures diffunditur eo redundancior manet et in suum fontem recurrit In se enim refluit ubertas prudencie et quo pluribus fluxerit eo exercitatius fit omne quod remanet Liquet igitur debere esse liberalitatis modum ne fiat inutilis largitas Cuius sobrietas tenenda maxime sacerdotibus ut non pro iactancia sed pro iusticia dispensent Nusquam enim maior aviditas peticionis veniunt validi veniunt

De sacerdotum [illegible]

in illam causam nisi vagan-
di habentes et volunt sub-
sidia evacuare pauperum, exi-
nanire sumptum. Nec exiguo
contenti maiora querunt, ambi-
tu vestium captantes petitio-
nis suffragium et natalium
simulatione licitantes incre-
menta questuum. His si quis
facile fidem deferat, cito ex-
hauriet pauperum alimoniis
profutura compendia. Modus
largiendi adsit ut nec illi
inanes recedant nec transcriba-
tur vita pauperum in spolia frau-
dulentorum. Ea ergo mensura
sit ut nec humanitas de-
seratur nec destituatur necessitas.
Plerique simulant debita. Sit
veri examen. Exutos se
per latrocinia deplorant. Aut
iniuria fidem faciat aut
cognitio persone quo propensius
iuvetur. Ab ecclesia relegatis sub-
veniendum est si desit eis
alendi copia. Itaque qui modum
servat avarus nulli sed largus
omnibus est. Nec enim solas au-
res prebere debemus audiendis
precantium vocibus sed etiam
oculos considerandis necessi-
tatibus. Plus clamat bono
operatori debilitas quam vox
pauperis. Neque vero fieri potest
ut non extorqueat amplius
importunitas vociferantium.
Sed non semper impudentie
locus sit. Videndus est ille qui
te non videt. Requirendus ille
qui erubescit videri. Ille etiam
clausus in carcere occurrat
tibi. Ille affectus egritudine
mentem tuam personet qui
aures non potest. Quo plus
operari viderit populus tuus, ma-
gis diliget. Scio plerosque sa-

cerdotes quo plus contulerunt
plus habundasse, quoniam quicumque
bonum operarium videt ipsi confert
quod ille suo officio dispenset
securus quod ad pauperem sua
perveniat misericordia. Nemo enim vult
nisi pauperi proficere suam colla-
tionem. Nam si quem aut im-
moderatum aut nimis tenacem
dispensatorem viderit, utrumque
despicit, si aut superfluis eroga-
tionibus dissipet alienos fruc-
tus laboris aut recondat sa-
culis. Ut igitur modus libe-
ralitatis tenendus est, ita etiam
calcar plerumque adhibendum videtur.
Modus ideo ut quod benefeceris
id quotidie facere possis, ne sub-
trahas necessitati quod indul-
seris effusioni. Calcar propter
hoc quia melius operatur pecunia in
pauperis cibo quam in divitis sacu-
lo. Cave ne intra loculos tuos inclu-
das salutem inopum et tamquam
in tumulis sepelias vitam
pauperum. Potuit donare Ioseph
totas Egipti opes et effundere
thesauros regios. Noluit tamen
de alieno effusus videri. Maluit
frumenta vendere quam donare
esurientibus, quia si paucis
donasset, pluribus defuisset. Eam
liberalitatem probavit qua habun-
daret omnibus. Patefecit horrea
ut omnes emerent subsidium fru-
mentarium, ne gratis accipiendo
cultus terrarum relinquerent, quia
qui alieno utitur suum negligit.
Itaque primo omnium acervavit
pecunias, deinde instrumenta
cetera, ad postremum iura terre
acquisivit. Non ut omnes ad-
fligeret censu suo sed fulciret
publico, tributum constitueret quo

sua tuciut habe(re) possint. Sed
ita fuit gratus omnibus quibus
tritas adeinciat ut non venditore
sui iuris sed redemptorem salutis
putarent. Demum dixerunt
Sanasti nos inveniamus gratiam
in conspectu domini nostri. Nam
et de proprietate nichil amiserunt
qui illis tecerant. Et de utilitate
nichil perdiderant qui adqui-
sierant perpetuitatem. O virum
magnum qui non largitatis
superflue temporalem captavit
gloriam sed perpetuam commoditatem
constituit providencie affectum
cum ut tributa populi se minarent
suis. Nec in tempore necessitatis
aliena subsidia desiderarent.
Melius ei fuit conferre aliquid
de fructibus quam totum de iure
emittere. Certam portionem collati-
onum statuit. Et in providendo
perspicator et in tributo libera-
lior. Demum nunquam postea egip-
tus huiusmodi famem pertulit. Cum
pervigilare aut colligit futura
prius quam arguit regalis inter-
prees sompnii veritatem expressit.
Sompnium Joseph Sompnium regis primum hoc
fuit. Septem iuvence ascen-
debant de flumine visu decore
et pingues corpore et ad oram
pascebantur fluminis. Alie quoque
vitule visu deformes ac te-
nue corpore post illas iuvencas
ascendebant de flumine et intu-
ebant in ipso rippe toro pas-
tuli tenues atque exiles devo-
rare illas que devorabant p.
Et sompnium secundum hoc fuit. Se-
ptem spice pingues electe et
bone de terra surgebant sinu
Et post eas septem spice exiles

et vento corrupte et in madide
se subice mollebantur et visum
est quod letas et uberes spicas he
steriles spice et tenues devora-
verunt. Hoc sompnium ita ape-
ruit sanctus Joseph. Septem se-
ptem iuvence vii anni forent
et septem spice similiter vii
vii forent ... et fructu
... statutus tempora affectus
iuvence annum et fructus et
fructus segetes annum consu-
mat integrum. Que ideo ascen-
dendebant de flumine quod dicti
anni ac tempora fluminis pre-
terirent modo et cursum labuntur.
Annos itaque vii priores uber-
tate fertiles et fecundos decla-
rat futuros. Posteriores autem
alios vii annos steriles atque
infecundos. Quorum sterilitas
absumptura foret ubertatem
superiorem. Qua gratia perspice-
dum ammonuit ut ubertoribus
annis congregaret subsidium
frumentarium quod sustentare
posset inopiam future profe-
cunditatis. Cuius primum miser
ingenium quod in ipso vente
descendit credibile in consilium
quo tam gravi atque diuturne
ne prospexit necessitati cum vi-
gilancia atque iusticiam. Cumque
alteram imposito sibi tanto
munere congregavit tam
multiplices commeatus quam
equabilitatem per omnes refer-
vavit. Nam de magnanimitate quid loquar. Et vendi-
ditus a fratribus in servitutem
non retulit iniuriam
sed famem depulit. Quid de
suavitate qua dilecti fratris
praesenciam pia fraude quesivit
quos simulato per elegantiam
furto reus statuit rapine

Magnitas Joseph

de dando consilio

Ut obsidem teneret quem semper mei-
to et li patre dixit: Filius accre-
scens meus Joseph, filius ac-
crescens meus. Zebulon filius
meus, filius meus adolescentior.
Adiuvit te Deus meus et bene-
dixit te benedictione celi a summo,
benedictione terre habentis omnia.
Propter benedictiones patris tui et
matris prevaluerunt super benedictio-
nes montium manentium et
desideria collium et nota. Et in
Deuteronomio: Cuius visus est
inquit in rubo veniat super
caput Joseph et super verticem
ipsius honorifice inter fratres.
Primitivus tauri decus eius,
cornua rinocerotis cornua
ipsius. In ipsis gentes ventila-
bit simul usque ad terminos
terre. Hec decem milia Effrem
et hec milia Manasse. Talis
itaque debet esse qui consilium alte-
ri dat ut se ipsum formam aliis prebeat
atque exemplum boni operis in
doctrina, in integritate, in gravitate,
ut sit eius sermo salubris atque
irreprehensibilis. Consilium uti-
le, vita honesta, sententia de-
cora. Talis erat Paulus qui
consilium dabat virginibus,
magisterium sacerdotibus, ut per
se ipsum formam nobis preberet
ad imitandum. Ideo et humi-
liari sciebat, sicut sciebat
et Joseph qui sublimis ortus
patriarcharum genere non dedig-
natus est servitutem, exhibe-
bat eam obsequiis, illustrabat
virtutibus. Sciunt humiliari
qui et venditorem et empto-
rem passus est et dominum appel-
labat eum. Audi humilitatem

se. Videns meus post me in-
nat in domo sua et omnia que
habet dedit in manu
mea, nec quicquam subtractum
est michi nisi preter te, quia
uxor illius es. Quomodo faciam
hoc malum hoc et pecca-
bo coram Deo? Plena hoc
humilitate, plena castimo-
nie. Humilitate qua domino
deserviebat, honorificentie re-
ferebat gratiam; plena quoque
castimonie, quia turpi fla-
gicio contaminari grave
peccatum putabat. Talis ergo
debet esse consiliarius qui
nichil nebulosum habeat,
nichil fallax, nichil simu-
latum, quod in te vitas ac no-
tes effectat. Nichil ambiguum
ac malivolum quod avertat con-
sulentes. Alia sunt enim que
fugimus, alia que contem-
nimus. Effugimus ea que possunt no-
cere, que malitiose possunt
immo serpere, ut si hic
qui consulit dubie sit fide
et pecunie avidus ut possit
precio mutari, si iniuriosus,
hic fugitur ac declinatur. Cum
vero voluptarius, intemperans,
et si alienus a fraude, avarus
tamen et cupiditati lucri tur-
pis, hic contempnitur. Quod
quis enim industrie que fi-
nem laboris esse potest, quis
recipe animo curam ac solli-
citudinem, qui se torpori dedit
atque ignavie? Ideo bonus vir
consilii dicit: Ego enim didici
in quibus sum sufficiens
esse. Sciebat enim omnium malorum
radicem esse avaritiam, et ideo
suo contentus erat, aliena non re-
querebat

Satis inquit michi quod ha-
beo. Sive parva sive plu-
rima habeam nichil plu-
rimum sed expressius aliquid
dicendum videtur dignatorum
bonorum usus sed Efficit michi in
quo sum a nec deest nec su-
perfluit. Non deest quia nichil
quero amplius. Non super-
fluit quia non soli michi
habeo sed pluribus. Hoc de
pecunia. Ceterum de omnibus
dici potest quia sufficiebat illi
presentia. Hoc est non hono-
rem maiorem non obsequia
uberiora desiderabat. Non
ille inmoderate cupiditatis aut
gratie indebita querebat sed
debiti finem certaminis pati-
ens laboris securus meriti
prestolabatur. Scio inquit et
humiliari. Non quo indocta
humilitas sed que habeat sui
modestiam et scientiam laudatur.
Est enim humilitas formidi-
nis et imperitie atque igno-
rantie. Et ideo scriptura ait
Et humiles spiritu salvabit.
Predicare quod dixit scio et
humiliari id est quo in loco
qua moderatione quo fine
in quo officio in quo munere.
Nescivit phariseus humiliari
ideo deiectus sed scivit publi-
canus ideo iustificatus. Scie-
bat et abundare paulus quia
animum habebat divitem. Et
si thezaurum divitie non habe-
bat. Sciebat abundare qui
non querebat datum
sed querebat fructum in pecunia
in gratia.
Possumus et sic intelligere quia
sciebat abundare qui poterat
dicere. Os nostrum patet ad vos co-
rinthii. cor nostrum dilatatum

Iustitia cum pietate

In omnibus erat imbutus
et saturari et esurire. Beatus
qui sciebat saturari in christo.
Non quo illa corporalis sed spiritualis
est saturitas quam operatur sapientia
et merito scientie est opus.
quia non in solo pane vi-
vit homo sed in omni verbo dei.
Ergo qui sic sciebat saturari
et sic esurire sciebat ut semper
nova quereret. esuriret deum
sitiret in deum. Sciebat esu-
rire qui sciebat quia esu-
rientes manducabunt. Scie-
bat et poterat abundare
qui nichil habebat et pos-
sidebat omnia. Egregie ita-
que eorum aliam prudentiam
animi comendat iustitia
et contra iniquitas destituit
atque impugnat. Exemplo
nobis est scriptura que dicit
quia cum post plures post
mortem Salomonis rogasset
filium eius roboam ut relaxa-
ret cervices eorum a servitute
dura et paterni imperii tem-
peraret austeritatem. Ille
spreto senum consilio de re-
sponsione adolescentium re-
sponsum dedisset huiusmodi
quod et honus adiceret super pa-
trium iugum et leviora gra-
vioribus supplicia mutaret.
Quo responso exasperati
responderunt populo. Non
nobis portio cum david
neque hereditas in filio
iesse. Revertere unusquisque
in tabernacula tua israel.
Cum hic homo neque in
principem neque in ducem
ita desertus a populo atque
destitutus non dare te filium

apud david meritum habere potuit
societatem. Placet ergo quum et con-
sortiatas impia confringit et iniusticias
dissoluat. Nam quomodo potest
malitia regnum possidere, que
ne unam quidem pro carata potest rege-
re familiam. Summa igitur benignitate
opus est ut non solum publica
tabernacula sed etiam privata iura
tueantur. Plurimum iuvat be-
nivolentia que omnes studet be-
neficiis amplecti, devincire
officiis, oppignerare gratia. Affabi-
litatem quoque sermonis diximus
ad conciliandam graciam valere
plurimum. Sed hanc volumus
esse sinceram ac sobriam sine
ulla adulatione, ne simplicitati
ac puritati alloquii dedeceat
adulatio sermonis. Forma
enim esse debemus ceteris non solum
in opere sed etiam in sermone, in ca-
stitate ac fide. Quales haberi
volumus tales simus, et qua-
lem affectum habemus talem ape-
riamus. Neque dicamus in corde
nostro verbum iniquum quod ab-
scondi putemus silencio, quia
audit in occulto dicta qui in
occulto fecit. Et cognoscit se-
creta viscerum qui sensum visce-
ribus infudit. Ergo tamquam sub
oculis constituti iudicis, quic-
quid gerimus in luce positum
putemus ut omnibus manifestetur.
Plurimum itaque prodest unicuique
bonis iungi. Adolescentibus
quoque utile ut claros et sapi-
entes viros sequantur, quia qui
congreditur sapientibus sapiens
est; qui autem coherat (vel coheret) imprude-
ntibus agnoscitur. Et ad instruc-
tionem itaque plurimum proficit
et ad probitatis testimonium.
Ostendunt enim adolescentes
eorum se imitatores esse quibus

De adolescentibus

adherent. Et convalescit
opinio quod ab his vivendi acce-
perint similitudinem ad quorum
conversandi hauserint cupidita-
tem. Inde tantus Ihesus Nave, quia
eum non solum erudivit ad
legis scientiam Moysi copula
sed etiam sanctificavit ad graciam.
Denique cum in eius tabernaculo
divina refulgeret presencia videtur
maiestas Domini, solus erat in
tabernaculo Ihesus. Moyses cum
Deo loquebatur, Ihesus pariter
nube sacra tegebatur. Presbiteri
et populus deorsum stabant, Ihesus
cum Moyse ad accipiendam
legem ascendebat. Omnis populus
intra castra erat, Ihesus extra ca-
stra in tabernaculo testimonii.
Cum columpna nubis descen-
deret et loqueretur cum Moyse
quasi fidus astabat minister,
nec exibat de tabernaculo iu-
venis, cum seniores longe po-
siti divina trepidarent miracula.
Ubique igitur mirabilia opera
et reverenda secreta sancto Mo-
ysi individuus adherebat. Unde
factum est ut qui fuerat socius
conversacionis fieret successor
potestatis. Merito vir huiusmodi eva-
sit ut sisteret flumina, diceret:
Stet sol, et stetit sol, quasi
eius spectator victorie noctem
differret, diem produceret. Quid ad
id quod Moysi negatum est, solus
eligitur ut populum introduceret
in terram resurreccionis (vel repromissionis). Magnus
vir fide, miraculis magnus,
triumphis. Illius augustiora
opera, huius prosperiora. Uterque
igitur divina subnixus gracia
ultra humanam processit condicionem:
ille mari, hic celo imperavit. Pul-
chra itaque copula seniorum atque ado-
lescentium: alii testimonio, alii solacio est.

De Moyse

Alii magisterio alii delectantur. Denique quod abrahe adhesit loth adolescentulus eciam proficiscenti ne forte hoc propinquitatis magis fuisse estimetur et necessitatis ne potius quam voluntarie adiunctionis. Quid de helia atque Eliseum loquamur licet non expresse Eliseum iuvenem scriptura significaverit advertimus tamen et colligimus iuniorem fuisse. In actibus apostolorum Barnabas marcum assumpsit paulus silam, paulus thimotheum, paulus titum. Sed et illis superioribus videmus divisa officia ut seniores consilio prevalerent iuniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares dispares etatibus sui delectantur copula sicut delectabatur petrus et iohannes. Nam adolescentem legimus in ewangelio iohannem et sua voce licet meritis et sapiencia nulli fuit seniorum secundus. Erat enim in eo senectus venerabilis morum et in cana prudencia vita enim immaculata bone senectutis stipendium est. Adiuvat hoc quoque ad profectum bone existimacionis si de potentis manibus eripias inopem de morte dampnatum eruas. Citra sine perturbacione si fieri potest ne videamur iactancie magis causa facere quam misericordie et graviora inferre vulnera dum levioribus mederi desideramus. Iam si oppressum opibus potentis et facinore magis quam sceleris sui precio gravatum liberaveris egregie tam valescit opinionis testimonium. Commendat plerosque eciam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis ut peregrinus hospicio non egeat suscipiatur officiose pateat advenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimacioni peregrinos cum honore suscipi, non deesse mense hospitalis graciam, occurrere officio liberalitatis, explorare adventus hospitum. Quod abrahe laudi est datum qui ante ianuam suam speculabatur ne forte preteriret peregrinus aliquis. Et diligenter pretendebat excubias ne transiret sed preveniret ut rogaret ne transiret hospes dicens Domine si inveni graciam ante te ne preterias puerum tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis accepit. Loth quoque nepos eius non solum genere sed eciam virtute propinquus propter hospitalitatis affectum sodomitana a se suisque supplicia detorsit. Decet igitur hospitalem esse benignum iustum, non alieni cupidum, immo de suo iure cedentem potius aliqua si fuerit lacessitus quam aliena iura pulsantem, effugitantem litium, abhorrentem a iurgiis, redintegrantem concordie et tranquillitatis graciam. Siquidem de suo iure virum bonum aliquid relaxare non plurimum non solum liberalitatis sed plerumque eciam commoditatis est. Primum inpendio litis carere non mediocre est lucrum. Deinde accedit ad fructum quod augetur amicicia ex qua oriuntur plurime commoditates contempnenti aliqua in tempore postea fructuose sunt. In officiis autem hospitalibus omnibus quidem humanitas impertienda, iustis autem uberior deferenda honorificencia. Quicunque enim iustum receperit in nomine iusti mercedem iusti accipiet ut dominus pronunciavit. Tanta autem est apud deum hospitalitatis gracia ut ne potus quidem aque frigide premii remuneracionis immunis sit

De officio hospitalitatis

Vides quia abraham deum recepit hospitio dum hospites hospitio excepit. Vides quia loth angelos recepit. Rescis an et tu cum susceperis hospitem suscipias christum. licet in hospite christus operit quia christus in paupere. sicut ipse ait In carcere eram et venistis ad me. nudus eram et operuistis me. Suavior igitur non pecunie sed gratie studere. pernicies enim malum iam dudum grassatur in humanis mentibus ut pecunia honoretur et animi hominum divitiarum adulatione capiantur. Unde se immersit avaritia velut quedam bonorum ariditas officiorum ut hominis damnum putent quicquid preter morem impenditur. Sed etiam in hoc adversus avaritiam requirit offerre posset impedimentum. prospexit scriptura venerabilis dicens. Exenia melior est hospitalitas cum holeribus. Et infra. Melior est panis in suavitate cum pace. Non enim prodigos nos esse docet scriptura sed liberales. largitatis enim duo sunt genera unum liberalitatis alterum prodige effusionis. liberale est hospitem suscipere. nudum vestire. redimere captivos. non habentes sumptu iuvare. Prodigum est sumptuosis effluere conviviis et vino plurimo. Unde legisti prodigum est vinum et contumeliosa ebrietas. Prodigum est popularis favoris gratia exhaurire proprias opes. quod faciunt qui ludis circensibus vel etiam theatralibus et muneribus gladiatoriis vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum ut vincant superiorum celebritates. cum totum illud sit inane quod agunt. Denique etiam bonorum operum sumptibus immoderatum esse non decet. Pulcra liberalitas

erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere ut habundes pluribus non coniciandi favoris gratia ultra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promittitur. hoc est decorum non superfluas edificationes aggredi sed non pretermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc convenit ornare dei templum decore congruo ut etiam hoc cultu aula domini resplendeat. Impensis misericordie convenientes frequentare. Quantum oportet largiri peregrinis non superflua sed competentia. non redundantia sed congrua humanitati. Ne sumptu pauperum alienam sibi gratiam quererat. Ne restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se probeat. Alterum enim inhumanum. Alterum prodigum. Si aut sumptus desit necessitati quos a sordidis negociationis aucupiis retrahere debeas. aut voluptati superfluat. Verum etiam liberorum ipsorum et preceptorum esse insultum convenit nec aut nimia remissio videatur aut nimia severitas. Plerique enim remissiores malunt esse ut videantur boni. Sed insimulatum et fictum vere virtutis esse certum est. quia est diuturnum esse non solet. In principio viret. in processu tanquam flosculus dissipatur et solvitur. Quod autem verum et sincerum alta fundata radice. Et ut exemplis assertiones nostras probemus. Ex his que simulata sunt diuturna esse non possunt. Sed tanquam ad tempus virentia cito decidant ex eius familia ex qua nobis plurima ad virtutis profectum exempla accessimus. Unde simulationis

et fraudis proferamus testimonium. Abessalon erat David regis filius decore insignis, egregius forma, prestans iuventa, ita ut vir talis in Israel non reperiretur; a vestigio pedis usque ad verticem nulla macula. Fecit sibi currus et equos et viros l qui precurrerent ante eum. Surgebat diluculo et stabat ante portam in via. Et si quem audisset regis iudicia querentem, accedebat ad eum dicens: De qua civitate es? Et respondebat ille: Ex una tribu de tribubus Israel sum ego. Referebat Abessalon: Verba tua bona sunt et directa, et qui te audiat non est tibi datus a rege. Quis constituet me iudicem, et quicumque ad me venerit causam habens iudicium necessarium iustificabo illud. Talibus deliniebat singulos. Et cum accederent adorare eum, extendens manum suam apprehendebat eosque osculabatur. Sic sollicitabat in se corda hominum; blanditie huiusmodi intimum tangunt viscerum sensum. Sed delicati isti et ambitiosi elegerunt honorabiliora et grata ad tempus et iocunda. Ubi parva processit dilatio, quam prudens omni prophetia paulisper cedendo interponenda putavit, non potuerunt tolerare ac sustinere. Denique non dubitans de victoria David commendabat filium dimicaturis ut ei parcerent. Ideoque nec prelio interesse maluit ne vel reserare arma parricide sua videretur,

sed tamen filio. Liquet ergo esse perpetua ac solida que vera sunt et que sincera potius quam dolo congregantur. Ea vero que simulatione atque adsentatione parta sint non posse diu perseverare. Citius igitur vel illos qui pecunia ad obedientiam redimuntur vel eos qui adsentatione invitantur fidos sibi arbitretur. Nam et illi frequenter se vendere volunt, et isti imperata facere non possunt, sicut adsentatiuncula facile capiuntur. Si perstrinxeris verbo, inmurmurant, deserunt, infecti abeunt, indignantes relinquunt. Imperare malunt quam obedire. Quasi obnoxios beneficio subiectos sibi debere esse existimant quos propterea sibi habere debebant. Citius igitur sibi fideles putet quos vel pecunia vel adulatione sibi obligandos crediderit. Nam et ille qui pecuniam accepit vilem se et despectum iudicat nisi sepe redimatur. Itaque frequenter precium suum expectat, et ille qui obsecratione ambitur videtur volt semper rogari. Ergo bonis artibus et sincero proposito intendendum ad honorem celebrior et maxime ecclesiastica, ut neque de supina arrogantia vel remissa negligentia sit, neque turpis affectatur et indecora ambitio. Ad omnia abundat animi directa simplicitas, satisque seipsam commendat. In ipso vero munere neque severitatem esse duram convenit nec nimiam remissionem, ne aut potestatem

exercere aut susceptum officium nequaquam implere videamur. Cui tendum quoque ut beneficiis obligemus plurimos et consolationum refoveamus gratia, ne iure beneficii fiant immemores, qui se graviter lesos dolent. Sepe enim usu venit ut quos gratia foverit vel aliquo superiore cumulaverit gradu, auctoritas si indigne aliquem ei proponendum iudicet. Sed et sacerdotem beneficiis suis vel iudiciis favere convenit ut equalitatem custodiat. Et presbiterum vel ministrum deferre ut parenti. Neque hos quia semel probati sunt arrogantes esse oportet, sed magis memores gratie humilitatem tenere. Neque offendi sacerdotem si aut presbiter aut minister aut quisquam de clero aut misericordia aut ieiunio aut integritate aut doctrina et lectione existimationem accumulet suam. Gratia enim ecclesie laus doctoris est. Bonum opus alicui predicari. Ita tamen ut nullo studio fiat iactantie. Laudent enim unumquemque proximorum labia et non os suum. Et commendent opera non studia sua. Ceterum si quis non obediat episcopo, extollere atque exaltare sese desiderat, obumbrare merita episcopi simulata affectione doctrine aut humilitatis aut vite, is a vero devius superbit. Est enim veritatis ea esse regula ut nichil faciat commendandi sui causa quo

minor alius fiat. Neque si quid boni habeat, id ad deformationem alterius et vituperationem exerceat. Non defendat improbum et sanctum indignum committenda arbitretur. Neque item urgeat et impugnet, cum crimen non deprehenderit. Nam cum in omnibus iniustitia cito offendat, tum maxime in ecclesia ubi equitatem esse oportet, ubi equalitatem haberi decet, ut nichil sibi potentior plus vendicet. Nichil plus usurpet ditior. Sive enim pauper sive dives in Christo unum sunt. Nichil sanctior plus arroget. Ipse enim par est. Ipse humiliorem se … Sed nec personam alicuius accipiamus in iudicio. Gratia absit, cause merita decernant. Nichil sic opinionem immo fidem gravat quam si in iudicando potentiori donet causam inferiori vel pauperem innocentem arguat, divitem excuset rei culpe. Pronum quidem genus hominum favere honoratioribus ne lesos sese putent nec victi doleant. Sed primum si offensam vereris non recipias iudicium. Si sacerdos es aut si quisquam alius non lacessas. Licet tibi silere in negotio dumtaxat pecuniario quamquam sit constantie adesse equitati. In causa autem dei ubi communionis periculum est etiam dissimulare peccatum est non leve. Quid autem tibi prodest favere diviti

Tum quia citius amicitiam remu-
neraret. His enim fenerem fecit
a quibus referende vicem speram
gratie. Sed eo magis infirmo
et inopi nos studere convenit
quia pro eo qui non habet
remunerationem speramus a domino
Iesu, qui sub specie convivii ge-
neralem virtutum edidit formam
ut hiis potius nostra conferamus
beneficia qui nobis ea non
possunt representare, docens ad con-
vivium atque epulas non eos
qui divites sunt sed pauperes
invitandos. Divites enim ro-
gari videntur ut ipsi quoque
nobis reddant convivium. Pau-
peres quia non habent quod
restituant cum acceperint
remuneratorem nobis faciunt
deum qui se pro paupere obli-
gandum obtulit. Ad ipsum quoque
seculi usum collatio benefi-
cii facta in pauperes magis
quam in locupletes plus iuvat.
Quia dives dedignatur be-
neficium et pudet eum debito-
rem esse gratie. Quin etiam
id quod collatum est sibi me-
ritis suis arrogat quod ve-
lut debitum acceperit vel ideo
datum sit eo quod iste qui dedit
reddendum sibi a divite vbatque
existimaverit. Ita in accipi-
endo beneficio in eo ipso quod
acceperunt divites dedisse se
magis quam accepisse existi-
mant. Pauper vero et si non habet
unde reddat pecuniam refert
gratiam. In quo certum est quod plus
reddat quam accepit. Pecunia
enim numero solvitur. Gratia

nunquam exinanitur. Reddendo
vacuatur pecunia, gratia autem
et habendo solvitur et solvendo
retinetur. Deinde quod dives
refugit pauper fatetur quod sit
obligatus debito sibi quod sub-
ventum. Non honori suo putat
donatum. Sibi arbitratur filios
vitam redditam servatam fami-
liam. Quanto igitur melius
apud bonos quam apud ingratos
locare beneficium. Unde dominus
ad discipulos ait: Nolite pos-
sidere aurum neque argentum ne-
que pecuniam. Quibus velut falce
pullulantem in pectoribus hu-
manis succidit avaritiam. Petrus
autem claudo qui ex utero ma-
tris sue portabatur ait: Arge-
tum et aurum non habeo sed
quod habeo do tibi. In nomine
Iesu Christi nazareni surge et
ambula. Itaque pecuniam non
dedit sanitatem dedit. Quanto
melius est salutem habere sine
pecunia quam pecuniam sine
salute. Surrexit claudus quod
non sperabat, pecuniam non
accepit quam sperabat. Sed hec
vix in sanctis domini reperiuntur
ut divitie contemptui sint.
Ceterum ita inoleverunt mores
hominum ad admirationem divitiarum
ut nemo qui dives honore di-
gnus putetur. Neque hic recens
usus sed iam dudum quod peius
est inolevit hoc tantum hu-
manis necessitatibus mentibus.
Siquidem cum Iericho magna
civitas tube sacerdotalis
sono corruisset et Iesus vane
potiretur victoria, cognovit
infirmatam esse virtutem populi

Balach

propter auariciam atque auri cupidita-
tem Nam cum de spolijs vrb[is]
Iericuntine sustulisset Achar ve-
stem auream et cc argenti
didrachma et regulam auream
oblatus domino negare non potuit
sed prodidit furtum Vetus igitur
et antiqua auaricia est que cum
ipsis diuine legis cepit oraclis
immo propter ipsam reprimendam lex
delata est Propter auariciam Balac
putauit Balaham premijs posse
temptari ut malediceret populo
patrum Et vicisset auaricia nisi
deus maledicto eum abstinere ve-
tuisset Propter auariciam precipitatus
Achar in excidium deduxerat (Achar)
totam plebem parentum Itaque
Ihesus qui potuit solem sistere ne
procederet auariciam hominum non
potuit sistere ne proserperet Ad vo-
cem eius sol stetit auaricia non
stetit Sole itaque stante cum fec[it]
Ihesus triumphum auaricia autem
procedente pene amisit victoriam
Quid fortissimum virum Sampso-
nem Dalile mulieris auaricia
decepit Itaque ille qui rugien-
tem leonem manibus discerp-
sit suis qui vinctus et alieni-
genis traditus sine vllo adiu-
tore solus dissolutis vinculis
mille ex hijs peremit viros
qui funes intextos neruis ve-
lut mollia sparti fila disrupit
hic super genua mulieris infle-
xa ceruice truncatus inuicti
crinis ornatu prerogatiuam
sue virtutis amisit Influxit pe-
cunia in gremium mulieris
et a viro discessit gracia Officialis
igitur auaricia illecebrosa pe-
cunia que habentes contami-
nat non habentes non iuuat

Sol stetit sed auaricia nunc

De auaricia pecunie

Esto tamen ut aliquando adiu-
uet pecunia inferiorem tamen
et ipsum desiderantem Quid ad
eum qui non desiderat qui non
requirit qui auxilio eius non
indiget studio non flectitur
Quid ad alios Sit ille copio-
sior qui habet numquid ideo
honestior quia habet Quid
honestatis plerumque amittit
quia habet quod custodiat
magis quam quod possideat
Illud enim possidemus quo vta-
mur Quid autem ultra v-
sum est non vtique habet
possessionis fructum sed cu-
stodie periculum Ad summam
nouerimus quod pecunie con-
temptus iusticie forma sit
Et ideo auariciam declinare de-
bemus et omni studio intendere
ne quid faciamus vmquam ad-
uersus iusticiam sed in omnibus
gestis et operibus custodiamus
eam Si volumus commendare
nos deo Caritatem habeamus
vnanimes simus humilitatem
sequamur Alter alterum existi-
mantes superiorem sibi Hec
est enim humilitas si nichil
sibi quis arroget sed inferio-
rem sese existimet Episcopus ut
membris suis vtatur clericis
et maxime ministris qui sunt
vere filij quem cuique viderit ap-
tum muneri et deputet
Cum dolore amputatur etiam
que putruit pars corporis et
diu tractatur si potest sanari me-
dicamentis si non potest tunc a
medicamento medico bono
absciditur Sic episcopi affectus
boni est ut optet sanare infirmos

serpentina auferre ulcera a duricie ali-
qua non abscidere. Postremo quod sanari
non potest tamen dolore abscidere. Unde
pulcrum illud preceptum magis eminet
ut cogitemus non que nostra sunt
sed que aliorum. Hoc enim modo nichil
erit quod vel irati aut indignantis
affectu vel faventes nec plus
iusto tribuamus aliquid velimus ta-
ti. Hoc maximum incitamentum

Ambrosius

Misericordie ut compatiamur
alienis calamitatibus. Necessi-
tates aliorum quantum possumus
iuvemus et plus interdum
quam possumus. Melius est enim
pro misericordia causam prestare
vel invidiam perpeti quam
pretendere inclementiam. Ut nos
aliquando invidia incidimus
quod confregerimus vasa mistica
ut captivos redimeremus. Quod
arrianis displicere potuerat nec
tam factum displiceret quam ut
esset quod in nobis reprehende-
retur. Quis autem est tam durus
immitis ferreus cui displi-
ceat quod homo redimitur a mor-
te, femina ab impuritatibus
barbarorum que graviores mor-
te sunt, adolescentuli vel pu-
eruli vel infantes ab ydolorum
contagiis quibus mortis me-
tu inquinabantur. Quam causam
nos etsi non sine racione ali-
qua gessimus tamen ita in populo
prosecuti sumus ut confiteremur
multoque fuisse commodius asseru-
eremus ut anime domino quam au-
rum servaret. Qui enim sine
auro misit apostolos et ecclesias
sine auro congregavit. Aurum

Aurum ecclesia

ecclesia habet ut non servet
sed ut eroget et subveniat in
necessitatibus. Quid opus est
custodire quod nichil adiuvat.

Ornatus sacramentorum est redemptio captivorum

An ignoramus quantum auri atque ar-
genta de templo domini Assirii su-
stulerint. Nonne melius con-
flat sacerdos propter alimoniam pau-
perum si alia subsidia desint quam
sacrilegus contaminata asportet
hostis. Nonne dicturus est dominus.
dominus: Cur passus es tot
inopes fame emori. Et certe
habebas aurum, ministrasses
alimoniam. Cur tot captivi de-
ducti in commercium nec redempti
ab hoste occisi sunt. Melius fuerat vasa
viventium servare quam metallorum.
His non posset responsum referri.
Quid enim diceres: Timui ne
templo dei ornatus deesset. Re-
spondet: Aurum sacramenta non
querunt. Neque auro placent
que auro non emuntur. Ornatus
sacramentorum redemptio captivorum
est. Et vere illa sunt vasa pre-
ciosa que redimunt animas a mor-
te. Ille verus thezaurus est domini
qui operatur quod sanguis eius operatus
est. Tunc vas dominici sanguinis
agnoscitur cum in utroque viderit
redempcionem ut calix ab hoste
redimat quos sanguis a peccato re-
demit. Quam pulcrum ut cum
agmina captivorum ab ecclesia re-
dimuntur dicatur: Hos Christus redemit.
Ecce aurum quod probari potest,
ecce aurum utile, ecce aurum Christi
quod a morte liberat, ecce au-
rum quo redimitur pudicitia, ser-
vatur castitas. Hos ergo malui vo-
bis liberos tradere quam aurum
reservare. Hic numerus captivorum,
hic ordo prestancior est quam species
poculorum. Debuit aurum redemptoris ut redi-
meret periclitantes. Agnosco in-
fusum auro sanguinem Christi non
solum irrutilasse verum etiam

diuine operationis impendisse virtutem redemptionis munere. Tale aurum sanctus martir Laurencius domino reseruauit, a quo cum quererentur thesauri ecclesie, promisit se demonstraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes dicens: Hij sunt thezauri ecclesie. Et vere thezauri in quibus Christus est, in quibus fides est. Denique Apostolus ait: Habemus thezaurum in vasis fictilibus. Quos meliores thezauros habet Christus quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: Esuriui et dedistis michi manducare, sitiui et dedistis michi bibere, hospes eram et collegistis me. Et infra: Quod enim vni horum fecistis, michi fecistis. Quos meliores Ihesus habet thezauros quam eos in quibus amat videri? Hos thezauros demonstrauit Laurencius et vicit, quia nec eos persecutor potuit auferre. Itaque Joachim, qui aurum in obsidione seruabat nec dispensabat alimonie comparande, et aurum vidit eripi et in captiuitatem deduci. Laurencius, qui aurum ecclesie maluit erogare pauperibus quam persecutori reseruare, pro singulari sue interpretacionis viuacitate sacram martirij accepit coronam. Numquid dictum est sancto Laurencio: Non debuisti erogare thezauros ecclesie, vasa sacramentorum vendere? Opus est ut quis fide sincera et perspicaci prouidencia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis diriuat emolumenta, crimen est; sin vero pauperi erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo potest dicere: Cur pauper viuit? Nemo potest queri quia captiui redempti sunt.

Nemo potest accusare quia templum dei est edificatum. Nemo potest indignari quia humandis fidelium reliquijs spacia laxata sunt. Nemo potest dolere quia in sepulturis christianorum requies defunctorum est. In hijs tribus generibus vasa ecclesie etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est ut de ecclesia mistici poculi forma non exeat, ne ad vsus nepharios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra ecclesiam primum quesita sunt vasa que initiata non essent, deinde comminuta, postremo conflata, per minutias erogationis dispensata egentibus, captiuorum quoque precijs profecerunt. Quod si desunt noua et que nequaquam initiata videantur, in huiusmodi vsus quos supra dixi omnia arbitror pie posse conuerti. Illud sane diligenter tuendum est, ut deposita viduarum intemerata maneant sine vlla fraude, seruentur sine offensione. Nec solum viduarum, sed etiam omnium; fides enim exhibenda omnibus. Sed maior viduarum causa et pupillorum. Denique hoc solo viduarum nomine sicut in libris Machabeorum legimus commendatum templo omne fuit. Nam cum indicium factum esset pecuniarum quas in templo Jherosolimis maximas reperiri posse Symon nepharius Anthiocho regi prodidit, missus in rem Heliodorus ad templum venit et summo sacerdoti aperuit indicij inuidiam et aduentus sui causam. Tunc sacerdos deposita esse dixit victualia viduarum et pupillorum. Et cum Heliodorus acceptum ire vellet

Symon nepharius

De Eliodoro sacrilego

Et regis venditare commodis sa-
cerdotes ante altare iactaverunt
se induti sacerdotalibus stolis et
deum vivum qui de depositis le-
gem dederat flentes invoca-
bant ut custodem se preceptorum
prestaret suorum. Vultus vero et co-
lor summi sacerdotis immutatus
declarabat dolorem animi
et mentis intente sollicitudinem.
Flebant omnes quod in contemptum
locus venturus foret si nec in
templo dei tuta fidei fuerit
custodia. Accincte quoque mulieres
pectus et clause virgines pul-
sabant ianuas. Ad muros alii
currebant per fenestras alii
prospectabant. Omnes ad celum
tendebant manus orantes
ut suis dominus adesset legibus.
Heliodorus autem nec hiis territus
quod intenderat peragebat et
satellitibus erarium sepserat.
Cum subito apparuit illi ter-
ribilis eques armis prefulgens
aureis. Equus autem eius erat
insigni ornatus optimo. Alii
quoque duo iuvenes apparue-
inclita runt in virtute indita [inclita] decore
grato cum splendore glorie
speciosi amictu. Qui circumste-
terunt eum et utraque ex parte
flagellabant sacrilegum sine ulla
intermissione continuato verbere.
Qui multa circumfusus caligine
in terram concidit et evidenti di-
vine operationis iudicio exam-
inatus iacebat nec ulla spes
residebat salutis. Oborta est
leticia metuentibus metus
superbis. Deiecti quoque ex amicis
Oniam Heliodori quidam rogabant Oniam
ut vitam posceret ei qui in
supremo degebat spiritu. Rogante
itaque sacerdote summo idem iuvenes

iterum Heliodoro apparuerunt
iisdem amicti vestibus et dixerunt
ad eum: Onie summo sacerdoti
gratias age propter quem vita tibi
est reddita. Tu autem expertus dei
flagella vade et annuncia cunctis
omnibus quanta cognoveris tem-
pli religionem et dei potesta-
tem. Hec ubi dixere non compa-
ruerunt. Heliodorus itaque re-
cepto spiritu hostiam deo obtu-
lit. Onie sacerdoti gratias egit.
Cum exercitu ad regem revertitur
dicens: Si quem habes hostem
atque insidiatorem rerum tuarum
illuc dirige et flagellatum re-
cipies eum. Servanda est igitur
filii depositis fides adhibenda
diligentia. Egregie hinc prin-
cipis eminet ministerium. Si suspec-
ta impressio potentis ingruerit
vidua vel orphanum tollerari
non queant. Ecclesie subsidio
cohibeatur. Si erudiatis plus a-
pud vos mandatum domini quam
divitis valet gratia. Meminis-
tis ipsi quociens adversus re-
gales impetus pro viduarum
imo omnium depositis cer-
tamen subierimus. Commu-
ne hoc vobiscum michi recens
exemplum. Ecclesie Ticinensis
referam que vidue deposita
quod susceperat amittere peri-
clitabatur. Interpellante enim
eo qui sibi illud imperiali re-
scripto vendicari cupiebat cle-
rici non tenebant auctorita-
tem. Honorati quoque et inter-
cessores dati non posse preceptis
imperatoris obviari ferebant.
Legebatur rescripti forma directio
magistri officiorum statuta. A-
gens in rebus imminebat.

De vidue recepta deposita

Quid plura traditum erat. Tamen communicato mecum consilio obsedit sanctus episcopus ea cubicula atque translatum illud depositum vidue cognouerat. Quod ubi non potuit auferri receptum sub cyrographo est. Postea iterum flagitabatur ex cyrographo preceptum imperatoris iterauerat ut ipse per semetipsum nos conueniret. Negatum est. Et exposita diuine legis auctoritate et serie lectionis et heliodori periculo vix tandem imperator racionem accepit. Etiam temptata erat obreptio sed preuenit sanctus episcopus ut redderet vidue quod acceperat. Fides interim salua est incursio non est formidini quia iam res non fides periclitatur. Filii fugite improbos cauete inuidos. Inter improbum et inuidum hoc interest. Improbus suo delectatur bono. Inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala. Hic bona odit ut prope tollerabilior sit qui sibi vult bene quam qui male omnibus. Filii ante factum cogitate et cum diucius cogitaueritis tunc facite quod probatis. Laudabilis mortis cum occasio datur rapienda est illico. Dilata gloria fugit nec facile comprehenditur. Fidem diligite quoniam per fidem et deuocionem Iosias magnum sibi ab aduersariis amorem acquisiuit quia celebrauit pascha domini cum esset decem et octo annorum quemadmodum nemo ante eum. Zelo itaque vicit superiores. Et vos filii zelum dei sumite et exquirat vos dei zelus et deuoret et vnusquisque vestrum dicat. Exquisiuit me zelus domus tue. Apostolus christi zelotes dictus. Quid de apostolo dico. Ipse dominus ait. Zelus domus tue comedit me. Sicut ergo zelus dei non iste humanus quem inuidia generat. Sit inter vos pax que superat omnem sensum. Amate vos inuicem. Nichil caritate dulcius nichil pace gracius. Et vos ipsi scitis quod pre ceteris vos semper dilexi et diligo quasi vnius patris filii coaluistis in affectum germanitatis. Que bona sunt tenete et deus pacis et dilectionis erit vobiscum in domino Ihesu. Cui est honor gloria magnificencia potestas in secula seculorum Amen.

De officiis liber secundus explicit

Incipit liber tercius



Dauid propheta docuit nos tamquam in ampla domo deambulare in corde nostro et conuersari cum eo tamquam cum bono contubernali ut ipse sibi diceret et loqueretur secum ut est illud. Dixi custodiam vias meas. Salomon quoque filius eius dicit. Bibe aquam de tuis vasis et de puteorum tuorum fontibus hoc est tuo consilio utere. Aqua enim alta consilium in corde viri. Nemo inquit alienus particeps sit tibi. Fons aque tue sit tibi proprius et iocundare cum uxore que est tibi a iuuentute. Ceruus amicitie et pullus graciarum confabuletur tecum. Non ergo primus Scipio sciuit solus non esse nec minus ociosus cum ociosus esset. Sciuit ante ipsum Moyses

tacite clamabat quam cum ociosus sta-
ret preliabatur nec solum preliabatur
sed etiam de hostibus quos non contige-
rat triumphabat. Adeo ociosus ut ma-
nus eius alij sustinerent. Nec minus
quam ceteri vicit ociosus quam ociosi ma-
nibus expugnabat hostem quem
non poterant vincere qui dimica-
bant. Ergo moyses et in silencio lo-
quebatur et in ocio operabatur. Cuius
autem maiora negocia quam huius
ocia. Denique quadraginta diebus
positus in monte totam legem com-
plectitur. Et in illa solitudine qui
cum eo loqueretur non defuit. Unde
et David ait: Audiam quid loqua-
tur in me dominus deus. Et quanto plus
est si cum aliquo deus loquatur. Quin ipse
secedebant apostoli eorum curabant
infirmos. Tangebantur exestuancia
corpora et sanitatis deferebant. Sermo-
nem locutus est Helias et pluvia
stetit nec cecidit super terram tribus
annis et sex mensibus. Iterum
locutus est et ydria farine non
defecit et vas olei toto famis
diuturne tempore non est consumptum.
Et quoniam plerosque delectat bellica
quod est prestantius exercitus magni-
ficentia an solis meritis constitisse
plus. Sedebat Heliseus in uno
loco et rex Syrie magnam belli
molem inferebat populo patrum
diversisque consiliorum acervabat
fraudibus et circumvenire insidijs
moliebatur. Sed omnes eius appa-
ratus propheta deprehendebat et vi-
gore mentis per gratiam dei ubique
presens per cogitationes hosti-
um suis annuntiabat et mone-
bat quos caverent locos. Quod
ubi regi Syrie manifestatum est
misso exercitu clausit prophetam.
Heliseus et omnes eos cecitate
percussit et captivos intrare

in samariam qui venerant obsidere eum.
Conferamus huius ocium cum aliorum
ocio. Alij enim requiescendi causa
abducere animum negocijs solent
et conventu cetuque hominum
subtrahere sese. Et aut ruris pe-
tere secessum captare agrorum
solitudines aut intra urbem
vacare animo indulgere qui-
eti et tranquillitati. Heliseus autem
aut in solitudine Iordanem
transitu suo dividit ut pars de-
fluat posterior superior autem in
fontem recurrat. Aut in car-
melo resoluta difficultate
generandi inopia sterilem con-
ceptionis fecundat. Aut resusci-
tat mortuos aut ciborum tem-
perat amaritudines et facit
farine admixtione dulcescere.
Aut decem panibus distri-
butis reliquias colligit plebe
saturata. Aut ferrum securis
excussum et in flumine Iorda-
nis mersum profunda immis-
so in aquas ligno facit super-
natare. Aut mundat leprosum
aut siccitatem ymbribus aut
famem mutat fecunditate.
Quando ergo iustus solus est
qui cum deo semper est. Quando
solitarius est qui a christo numquam
separatur. Quis nos se-
parabit inquit a dilectione christi.
Confido quia neque mors ne-
que vita neque angelus. Quando
autem feriatur negocio qui numquam
feriatur a merito quo consu-
matur negocium. Quibus autem
locis circumscribitur cui totus mundus
diviciarum possessio est. Qua esti-
matione definitur qui nulla
opinione comprehenditur. Etenim
quasi ignoratur et cognoscitur
quasi moritur et ecce vivit. Quasi

uisistis et semper letior ut egenus et
largus ut qui nichil habeat et
possideat omnia. Nichil enim pec-
cat vir iustus nisi quod rectum
et honestum sit. Et ideo eciam si alius
videatur pauper sibi dives est ex-
non corporum que radicata sed corporum que
eciam fiunt estimatione consistunt.
Et quia de duobus superioribus locis
diximus in quibus honestum illud
et utile tractavimus, sequitur
utrum honestatem et utilitatem
inter se comparare debeamus et que-
rere quid sit sequendum. Sicut
enim supra tractavimus utrum
honestum illud an turpe esset
et secundo loco utrum utile an
inutile, similiter hoc loco utrum
honestum sit an utile non utili
requirendum putant. Nos autem
movemur ne hec inter se velut
compugnancia inducere videamur
que iam supra unum esse osten-
dimus. Nec honestum esse posse
nisi quod utile nec utile nisi
quod honestum. Quia non sequi-
mur sapientiam carnis apud
quam utilitas pecunie istius
commoditatis pluris habetur, sed
sapientiam que ex deo est apud
quam ea que in hoc seculo magni
estimantur pro detrimento habentur.
Hoc est enim catorthoma quod perfectum
et absolutum officium ab ipso virtutis fon-
te profluxit. Cui secundum est commu-
ne officium quod ipso sermone signi-
ficatur non esse arduum virtutis
ac singulare quod potest pluri-
mis esse commune. Nam pecunie
compendia captare familiare
multis, elegantiore convivio et
suavioribus delectari epulis vo-
lupta lenitate amare et composito
continentem esse paucorum est

et alieni cupidum non esse rarum.
Contra autem detrahere velle alteri
et non esse contentum suo. Namque in
hoc cum philosophis consideratum est. Alia igitur
prima, alia media officia. Prima
cum paucis, media cum pluribus.
Denique in ipsis verbis frequenter dis-
cretio est. Aliter enim bonum deum di-
cimus, aliter hominem. Aliter iustum
deum appellamus, aliter hominem.
Similiter et sapientem deum aliter
dicimus, aliter hominem. Quod et
in evangelio docemur. Estote ergo
et vos perfecti sicut et pater vester qui in
celis est perfectus est. Ipsum
Paulum lego perfectum et non perfectum.
Nam cum dixisset: non quod iam
acceperim aut iam perfectus sim,
sequor autem si comprehendam,
statim subiecit: quicumque ergo
perfecti sumus. Duplex enim forma
perfectionis: alia medios, alia
plenos numeros habens. Alia
hic, alia ibi. Alia secundum hominis
possibilitatem, alia secundum per-
fectionem futuri. Deus autem
iustus per omnia, sapiens super
omnia, perfectus in omnibus.
Inter ipsos quoque homines distan-
cia est. Aliter Daniel sapiens
de quo dictum est: quis Daniele sa-
pientior? Aliter alii sapientes,
aliter alii sapientes, aliter Salomon
qui repletus est sapientia
super omnem sapientiam anti-
quorum et super omnes sapientes
Egipti. Aliud est communiter
sapere, aliud sapere perfecte. Qui co-
muniter sapit, pro temporalibus
sapit, pro se sapit ut alteri
detrahat aliquid et sibi adiun-
gat. Qui perfecte sapit nescit

sua spectat commoda / sed ad illud
quod bonum est / quod decorum atque
honestum toto affectu intendit
querens non quod sibi utile est
sed quod omnibus / Itaque hec sit
formula ut inter illa duo / ho-
nestum atque utile errare ne-
queamus cum iustus nichil al-
teri detrahendum putet nec
alterius incommodo suum commo-
dum augere velit / Hanc formam
tibi apostolus prescribit dicens / Omnia
licent sed non omnia expediunt
Omnia licent sed non omnia edifi-
cant Nemo quod suum est
querit sed quod alterius / hoc
est nemo suum commodum querat
sed alterius / Nemo honorem suum
sed alterius / Unde et alibi ait
alter alterum estimantes superiores
esse se / Non que sua sunt
singuli cogitantes sed que aliorum
Nemo ergo gratiam suam querat
Nemo suam laudem sed alterius
Quod evidenter etiam in proverbiis
declaratum possumus advertere di-
cente sancto per Salomonem proverbium
Fili si sapiens fueris tibi sapiens
eris et proximis / Si autem malus
evaseris solus hauries mala /
Sapiens enim aliis consulit sicut
iustus servando quod consortes
sui est utriusque forma virtutis
Siquis igitur vult placere omnibus
per omnia querat non quod sibi
utile sed quod et multis / Si-
cut querebat et paulus / Hoc
est enim conformari xpo alienum
non querere nichil alteri detra-
here ut adquirat sibi / Christus
enim dominus cum esset in dei
forma exinanivit se ut formam

de hominis spec^te et incepta

usurpet homines quam omnium uel
locupletaret virtutibus / Tu ergo
spoliatus quem prius induit / Tu
eius quem vestiunt illius / Hic
enim magis quando alterius detri-
mento tua commoda augeri
appetis / Considera o homo
unde nomen sumpseris ab
humo utique / Terra nichil
alicui eripit sed omnia lar-
gitur omnibus et diversos in u-
sum omnium animantium fructus
ministrat / Unde appellata
humanitas specialis et do-
mestica virtus hominis que
consortem adiuvet / Ipsa te
doceat forma tui corporis mem-
brorum usus / Numquid mem-
brum tuum alterius membri
officium sibi vindicat ut officium
oculus oris aut os oculi officium
sibi vindicet / aut manus pedum
ministerium aut pes manuum
Verum etiam ipsa manus dextera
ac sinistra disposita habent of-
ficia plerumque / ut si usum com-
mutes utriusque adversus na-
turam sit prius quam totum ho-
minem evacues / cum membrorum
tuorum ministeria commutas / Si autem
sinistra tibi suggerat aut dex-
tere singularis ministrans uti
liquitat alterum ablutas nisi for-
te postulat necessitas / Finge hanc
etiam oculo virtutem ut possit de-
trahere sensum capitis / auditum
auribus mentis cogitationes
odoratum naribus / oris saporem
et sibi conferat / Nonne omnem
statum dissolvet nature / Unde
pulchre apostolus ait / Si totum corpus
oculus ubi auditus ubi odoratus

Omnes ergo unum corpus sumus
et diversa membra sed omnia corpori
necessaria. Nonne potest membrum
membro dicere non es michi neces-
sarium. Verum eciam ipsa que videntur
infirmiora membra esse multo ma-
gis necessaria sunt et maiorem
plerumque vivendi se requirunt solli-
citudinem. Et siquid dolet unum
membrum compaciuntur ei membra
omnia. Unde quam grave est ut detra-
hamus aliquid ei cui nos compa-
ti oportet et cui debemus consorcium
ministerii ei fraudare et inope simus.
Hec utique lex nature est que nos
ad omnem stringit humanitatem
ut alter alteri tamquam unius partes
corporis invicem deferamus. Nec
detrahendum quicquam putemus
cum contra nature legem sit non
iuvare. Sic enim nascimur ut con-
senciant membra membris et alterum
alteri adhereat et obsequantur sibi
mutuo ministerio. Quod si unum
desit officio suo impediantur cetera.
Ut si eruat oculus manum nonne
sibi operis sui usum negavit. Si
pedem exurat quantum sibi ad-
iuvamenti profectum invidit. Et quanto
gravius est totum hominem quam unum
membrum detrahi. Nam si in uno
membro totum corpus violatur
utique in uno homine communio to-
cius humanitatis solvitur, violatur
natura generis humani et sancte
ecclesie congregatio que in unum
connectitur corpus atque compactum
unitate fidei et caritatis adsurgit.
Christus quoque dominus qui pro uni-
versis mortuus est precium sanguinis
sui evacuatum dolebit. Quid quod
eciam ipsa lex domini hanc formam
tenendam docet ut nichil alteri
detrahas cum commodi fraudandi gra-
tia dicat: Non transferas terminos
quos statuerunt priores tui.

Cum vitulum errantem fratris tui
reducendum precipit, cum furem
mori iubet, cum vetat mercenarium
debita mercede fraudari. Cum pecu-
niam sine usuris reddendam cen-
suit. Subvenire enim non habenti
humanitatis est. Duricie autem
plus extorquere quam dederis. Et-
enim si ideo auxilio tuo eguit
quia non habuit unde de suo red-
deret, nonne impium est ut sub hu-
manitatis simulatione amplius
ab eo postules qui non habebat
unde minus solveret. Absolvis igitur
alteri debitorem ut condempnes
tibi et hanc humanitatem vocas
ubi est iniquitatis cumulus. Hoc prestamus
ceteris animantibus. Quod alia
animancium genera conferre ali-
quid nesciunt, fere autem eripiunt,
homines tribuunt. Unde et psalmista
ait: Iustus miseretur et tribuit. Sunt
tamen quibus et fere conferant.
Siquidem collacione sobolem suam
nutriunt et aves cibo suo pullos
saciant suos. Homini autem soli tribu-
tum est ut omnes tamquam suos
pascat. Debet istud ipso nature
iure. Quod si non licet non dare
quomodo detrahere licet. Nec ipse le-
ges nos docent quod ea que detrac-
ta sunt alicui cum iniuria per-
sone aut rei ipsius cumulo re-
stitui iubeant, quo furem a detra-
hendo aut pena deterreat aut
multa revocet. Pone tamen
quod aliquis possit aut penam
non timere aut multam ludere.
Numquid dignum est ut aliquis
alteri detrahat. Servile hoc vicium
et familiare postreme condicionis adeo
contra naturam ut inopia magis
hoc extorquere videatur quam na-
tura suadeat. Servorum tamen occulta
furta, divitum rapine publice.
Quid autem tam contra naturam

Num violabis alterum tui commo-
di causa. Cum pro omnibus opi-
tulandum subeundas molestias su-
scipiendum laborem naturalis
affectus persuadeat. Et gloriosum
omnium ducat si periculis se ex-
ponat communis eorum tranquillitatem
consulto quod sibi unusquisque arbitre-
tur gratulus Herculem potiore appro-
basse qui ipsa pericula prestanti vir-
tute esse extinxisse quod operam suam
patrie impenderat. Qui si in ocio
positus tranquillam vitam volu-
ptatum copiis fruitus egisset.
Hinc ergo colligitur quod homo qui
secundum naturam formatus est debi-
tor ut obediat ei nocere non
possit alteri. Quod si quis noce-
at naturam violet. Neque tantum
est eiusmodi quod adeptum sese
putat quantum incommodi quod de se
sibi accidat. Porro eum pena gra-
vior quam inferioris velut consue-
tudo. Sentimus iudicium est do-
mesticum quo unusquisque sibi
est reus [illegible] ipse arguit qui in-
iuriam fecerit. Quod non
indicavit scriptura condemnat
dicens In ore stultorum baculus
contumelie. Stulticie igitur con-
demnatur qui tantum [illegible] fecerit.
Nonne hoc magis fugiendum
quam mors quam dispendium quam
inopia ceterisque debilitas. Dolor
quibus eius vitam corporis aut
patrimonium damnum non leviter
ducatur. Vicio animi existima-
tionis dispendio [illegible]
[illegible] spectandum et tenendum omni-
bus quod eadem singulorum sit utili-
tas que sit communis eorum. Nichil
quod individuum utile nisi quod
eorum que prosit. Cum eum potest
communi prodesse quod omnibus
noceat. Quis certe non videt
qui inutilis est omnibus si

utilis esse posse. Et cum sit una lex
nature omnibus una utilitas
communis eorum. Quod si una utilitas
communis eorum ad consulendum utique
omnibus nature lege constringimur.
Non est ergo eius qui consultum
velit alteri secundum naturam noce-
re adversus legem nature. Etenim
si hii qui stadium currunt ita
ferunt preceptis informari atque
instrui ut unusquisque celerita-
te non fraude contendat. Et su-
pra quantum potest ad victoriam
[illegible] supplantare aut alterum
ut manu [illegible] non ausit. Quanto
magis in hoc cursu vite istius
sine fraude alterius et transgressione
petenda nobis victoria est. Queru-
ntur aliqui si sapiens in
naufragio positus insipi-
enti naufrago thabulam
extorquere possit utrum debe-
at. Hecaton quidem etsi prestabilius
[illegible] videatur usui sapien-
tem de naufragio quam insi-
pientem evadere. Tamen ubi
videtur quod vir prorsus iustus
et sapiens querere sibi vitam
aliena morte debeat. Ut potest
qui etiam latronem grassantem
incidat ferientem referire non
possit. Nedum salutem defen-
dat propter caritatem communionis.
De quo in evangelio libere
aperta et evidens sententia est.
Reconde gladium tuum. Omnis
enim qui gladio percusserit gla-
dio peribit. Certus latro dete-
stabilior quam persecutor qui ve-
nerat ut Christum occideret. Sed
noluit se Christus persecutorum
defendi vulnere qui voluit suo
vulnere omnes sanare. Cur enim
te potiorem alterius iudicans eum
occidi sit optimum prestare sibi alterum

Juda peyor nō ē latro

Nichil sibi arrogare nullum sibi
honorem adsumere non vendicare
mercedem sui precium | Deinde aut non
tamen potius tolerare incommodum
quam alienum incommodum diripe ad-
versatis | Quod tamen adiungit naturam
quam non esse contentum eo quod ha-
beas aliena querere ambire turpi-
tam sit honestas secundum naturam
Quid enim fecit deus bona valde
turpitudo utique contraria est | Non
potest ergo et honestati convenire
et turpitudini cum hec inter se
contraria nature lege sint | Sed iam
ut ita in hoc libro ponamus
fastigium in quo velut ad finem
disputationis nature divinamque
sententiam ut nichil expetendum
sit nisi quod honestum | Nichil
agit sapiens nisi quod cum
honestate sinceritate sine fraude
de sit | Neque quicquam facit in
quo se cunctis quoque obliniat
etsi latere possit | Sibi enim est
reus prius quam ceteris nec tam
pudenda apud eum publicatio fla-
gitii quam conscientia | Quod non
fictis fabulis ut philosophi dispu-
tant sed verissimis istorie viere
exemplis docere possimus | Non
igitur ego simulabo terre hiatum
magnis quibusdam dissiluerit
solita ymbribus in quem descen-
disse Gygem atque ibi fabulatum
illum equum eneum offendisse (invenisse) a
platone inducatur qui in lateribus
suis fores habet | Quas ubi ap-
peruit animadvertisse anulum
aureum in digito mortui ho-
minis cuius illic cadaverum corpus
iaceret cui et aurum sustulisse
anulum | Sed cum se ad pastores
recepisset regios | Deque ipse nu-
mero fuerit tam quodam ex
palcam cuius anuli ad palmam
convertat | Ipse a nullis videbat

atque a nullo videbatur | Deinde
cum in locum suum revocasset
anulum videbat ab omnibus |
Huius solertis factum miraculi per
anuli opportunitatem regine stu-
pro potitus necem regi intulit
sustulitque inimicos quos nocituros
putabat ne sibi impedimento
forent | Ille hic regnum adeptus est
Da inquit hunc anulum sapien-
ti ut beneficio eius possit la-
tere cum deliquerit | Non minus
fugiet peccatorum contagium
quam si non possit latere | Non
enim latebra sapienti spes im-
punitatis sed innocentia est
Denique lex non iusto est sed in-
iusto posita | Quia iustus legem
habet mentis sue et equita-
tis ac iusticie sue normam | Quo
que non terrore pene revocatur
a culpa sed honestatis regula
Ergo licet ad proposita redeamus
non fabulosa pro veris sed vera
pro fabulosis exempla profe-
ram | Quid enim opus est con-
fingere hiatum terre equum eneum
donum aureum ex anulo in di-
gitto defuncti repertum | Cuius a-
nuli talis sit vis ut pro
arbitrio suo hinc eum sit indu-
tus anulum appareat cum
velit | Cum autem nolit a con-
spectu presentium se subtrahat ut
presens non possit videri | Num-
quid eo tendit istud utrum sapiens
etiam si isto utatur anulo
quo possit sua ipsa flagitia
celare et regnum adsequi nolit ne
peccare et gravius ducat sce-
leris contagium peccare dolo-
ribus | Cum vero spe impu-
nitatis utatur ad perpetrandum
scelus | Quid magis in opus
est figmento anuli cum possim
docere ex rebus gestis quod vir sapiens

De quodam equo eneo ex platone in verbo
et de anulo hominis mortui

Cum sibi in peccato non solum la-
tendum sed etiam regnandum
videret si peccatum admitteret
contra autem periculum salutis
cerneret si declinaret flagitium
elegerit tamen magis periculum
salutis ut vacaret flagitio
quam flagitium quo sibi regnum
pararet. Denique David cum
fugeret a facie regis Saul quod
eum rex cum tribus milibus
virorum electorum ad insidiandum
necem in deserto quereret in-
gressus in castra regis cum
dormientem offendisset non
solum ipse non percussit sed etiam
protexit ne ab alio qui se-
cum ingressus fuerat perime-
tur. Nam cum diceret ei Abes-
sa conclusit hodie dominus
inimicum tuum in manibus
tuis et nunc occidam eum
respondit non consumas eum
quia quis inferet manum
suam in christum domini et purus
erit. Et addidit vivit dominus
quoniam nisi dominus percusserit
illum et nisi hora illius ve-
nerit non moriatur vel in
pugnam descendat et ap-
ponetur mihi non sit a domino
inferre manum meam in
christum domini. Itaque non permi-
sit necari eum sed tollens
lanceam que erat ad caput
eius et lenticulam sustulit
aque. Dormientibusque cunctis
egressus de castris transivit
in cacumen montis. Et ar-
guere cepit satrapatores regios
et precipue principem militie Ab-
ner quod nequaquam fidam ad-
hiberet custodiam regi et domino
suo. Denique demonstraret ubi
esset lancea regis vel lenticula
que erat ad caput eius. Et
appellatus a rege lanceam red-
didit. Et dominus inquit restituat
unicuique iusticias suas et fi-
dem suam propter tradidit te do-
minus in manus meas et
nolui inducere manum me-
am in christum domini. Et
cum hec diceret timebat
tamen insidias eius et fu-
git sedem exilio mutans.
Et tamen salutem pretulit
innocencie cum iam secundo
facultatem sibi tributam regis
necandi potuisset uti occa-
sionis beneficio que et se-
curitatem salutis metu leti
et regnum afferebat exuli. Ubi
opus fuit Iohanni Gygeo anu-
lo qui si tacuisset non esset
occisus ab Herode. Prestare
potuit hoc illi silencium simu-
lut et videretur et non occideretur.
Sed quia non solum pec-
care se pro salutis defensione
passus non est sed ne alienum
quidem peccatum ferre ac pati
potuit. Ideo in se causam
necis excitavit. Certe hoc
negare non possunt po-
tuisse fieri ut taceret qui de
illo Gyge negant potuisse
fieri ut anuli beneficio abscon-
deretur. Sed fabula etsi vim
non habet veritatis hanc
tamen racionem habet ut
si posset celare se vir iustus
tamen ita peccatum declinet
quasi celare non possit nec
personam suam indutus anulo
sed vitam suam christum indutus
abscondat. Sicut apostolus ait
Quia vita nostra abscondita
est cum christo in deo. Nemo ergo
hic fulgere querat nemo se
arroget nemo se iactet

Nolebat se xpus hic cognosci
nolebat predicari in evangelio
nomen suum cum in terris versa-
retur voluit ut lateret secundum hic
Et nos ergo similimodo abscon-
damus virtutem oracionem xpi exemplo
effugiamus iactanciam predicari non
expetamus. Exclusus est hic ergo
in humilitate. ibi in gloria. Cum
xpus inquit apparuerit tunc et
vos cum illo apparebitis in gloria
Non vincat igitur honestatem
utilitas. sed honestas utilitatem.
hanc dico utilitatem que estima-
tur secundum vulgi opinionem. Mortifi-
cetur avaricia. moriatur concupi-
scencia. Sanctus in negociacionem
introisse se negat quia precii
captare incrementa non simpli-
citatis sed versucie est. Et alius
ait captans precia frumenti ma-
ledictus in plebe est. Diffinita
est sententia. nichil disputacioni
relinquens. Equale controver-
siam genus solet dicendi esse
cum alius allegat agricultu-
ram laudabilem apud omnes
haberi. fructus terre simpliciter
esse quo plus quis seminave-
rit ad placitorem fore uberi-
ores reditus industrie non
fraudi dari. negligenciam magis
et incuriam vivendi multi re-
prehendi solere. Arva inquit stu-
diosius exercui seminavi di-
ligencius excolui. Bono colle-
gi proventum sollicitudine recon-
di. Suavi fidelitate. proinde custo-
divi. Nunc in tempore famis
vendo. Subvenio esurientibus
vendo frumentum non alienum
sed meum. non pluris quam ceteri
immo eciam minore precio. Quid
hic fraudis est cum multi pos-
sent periclitari si non haberent
quod emerent. Non industria
in crimen vocatur. Non di-
ligencia reprehenditur non providencia
vituperatur. Fortasse dicas. Et Jo-
seph frumenta in habundancia
collegit in caritate vendidit.
Non caritatis aliquis emere com-
pellitur. non vis adhibetur em-
tori. omnibus defertur emendi
copia nulli irrogatur iniuria.
Hiis igitur quid tamen fert in-
genium disputantis. Exurgit
alius dicens. Bona quidem
agricultura que fructus mi-
nistrat omnibus que simpli-
ci industria accumulat terre
fecunditatem. Nichil doli. ni-
chil fraudis intexens. Denique
si quid de vicio fecerit plus di-
spendii est. Si bene aliquis se-
minaverit melius auctis si
sinceritatem tritici granum severit
heliorem ac sinceram messem
colligit. Fertilis namque est terra
multiplicatum reddit quod ac-
cepit. Fidelis est ager. feneratos
solet restituere proventus. De
redditibus igitur uberis glebe
expectare debes tui mercedem
laboris. de fertilitate pinguis
soli iusta sperare compendia.
Cur ad fraudem convertis nature
indulgenciam. Cur invides
usibus hominum publicos partus.
Cur populis minuis abunda-
ciam. Cur affectas inopiam.
Cur optare facis pauperibus
sterilitatem. Cum enim non sen-
tiunt beneficia fecunditatis te
aut captante precium te conde-
te frumentum optant potius
nichil nasci quam te de fame
publica negociari. Ambis fru-
mentorum indigenciam. alimen-
torum penuriam. uberiores soli
partus ingemiscis. fles pub-
licam fertilitatem. Horrea fru-
gum plena deploras. Exploras

quando sterilior proventus sit quando
cerior partus votis tuis gratulatur
atque ita maledictum ut nichil omnino
nasceretur. Tunc messem tuam
venisse letaris tunc tibi de omnium
miseria congeris opes. Et hanc
tu industriam vocas hanc dili-
genciam nominas que calliditatis
versucia est que astucia fraudis
est. Et hoc tu remedium vocas quod
est commentum nequicie. Latrocinium
hoc an fenus appellem. Capta-
tur tamquam latrocinii tempora
quibus in viscera hominum dirus
insidiator obrepas. Augetur
precium tamquam sorte cumulatum
feneris quo periculum capitis acer-
vatur. Tibi condite frugis multi-
plicatur usura. Tu frumentum
quasi fenerator occultas quasi
venditor auctionaris. Unde impre-
caris male omnibus quia maior
futura sit fames quasi nichil
frugum supersit quia infecun-
dior annus sequatur. Lucrum tuum
dampnum publicum est. Joseph sanctus
omnibus aperuit horrea non
clausit. Nec precia captavit an-
none sed perhenne subsidium
collocavit. Nichil sibi adquisivit
sed quemadmodum fames etiam
vinceretur provida ordinatione
disposuit. Legisti quemadmodum
huius frumentarii precii captato-
rem exponat in ewangelio dominus
Jhesus cuius possessio divites
fructus attulit et ille quasi egens
dicebat. Quid faciam non habeo
quo congregem. Destruam hor-
rea mea et maiora faciam cum
scire non posset utrum sequenti
nocte anima sua ab eo repo-
sceretur. Nesciebat quid faceret quasi
ei alimenta deessent. Herebat am-
biguus. Non capiebant annonam
horrea et ille egere se credebat. Re-
cte igitur Salomon qui continet in-
quit frumentum relinquet illud na-
cionibus non heredibus quoniam ava-
ricie emolumentum ad successorum
iura non pervenit. Quod non
legittime adquiritur quasi ven-
tis quibusdam ita extraneis
diripientibus dissipatur. Et
addidit. Captans annonam ma-
ledictus in plebe est. Benediccio
autem eius in capite qui par-
ticipat. Vides quod largitorem
frumenti esse deceat non precii
captatorem. Non est igitur ista
utilitas in qua plus honestati
detrahitur quam utilitati adiungitur.
Sed et illi qui peregrinos urbe
prohibent nequaquam probantur
expellere eo tempore quo debent
iuvare separare a commerciis
communis parentis fusos omni-
bus partus negare inita iam
consorcia vivendi avertere. Cum
quibus fuerint communia iura
cum his nolle in tempore ne-
cessitatis subsidia partiri. Fere
non expellunt feras. Et homo
excludit hominem. Fere et bestie
communem putant omnibus vi-
ctum quem terra ministrant.
Ille etiam conformem generis
sui adiuvant. Homo impugnat
qui nichil alienum a se debet
credere quicquid humani est.
Quanto ille rectius qui cum iam
provecta processisset etate et
famem toleraret civitas atque
ut in talibus solent peterent
vulgo ut peregrini orbe prohibe-
rentur prefecture urbane curam
tenens maiorem sustinens con-
vocavit honoratos et locuple-
tiores viros poposcit ut in me-
dium consulerent dicens. Quam
immane esset peregrinos eici quam
hominem ab homine exuere cui
cibum morienti negaret.

Canes ante mensam inpastos
esse non patimur / homines exclu-
dimus. Quam inutile quoque popu-
los mundo perire quos dira confi-
ceret tabes. Quantos urbi sue peri-
re qui solerent adiumento esse vel
in conferendis subsidiis vel in
celebrandis commerciis. Nemini
fames aliena iuvari protraher-
et plurimos dies posset non in-
opiam repellere. Immo tot culto-
ribus extinctis tot agricolis occide-
ntibus occasura in perpetuum subsi-
dia frumentaria. Hos igitur exclu-
dimus qui victum nobis inferre
consueverunt. hos nolumus
in tempore necessitatis pascere qui
nos omni etate paverunt. Quan-
ta sunt que ab ipsis nobis hoc
ipso tempore nobis ministrantur.
Non in solo pane vivit homo.
Nostra illic familia plerique etiam
nostri parentes sunt. Reddamus
quod accepimus. Sed veremur ne
cumulemus inopiam. Primum
Dei misericordia numquam destit-
uitur sed adiuvatur. Deinde sub-
sidia annone que his imper-
tienda sunt collatione redima-
mus reparemus auro. Numquid
his deficientibus non alii nobis
redimendi cultores videntur.
Quanto vilius est pascere quam eme-
re cultorem. Ubi etiam reparare
ubi invenias quem reformes.
Adde si invenias quod ignarum
et alieni usus possis in numero
substituere non cultu. Quid plu-
ra. Collato auro coacta frumen-
ta sunt. Ita nec abundantiam
urbis minuit et peregrinis ali-
moniam subministravit. Quante
hoc commendationis apud Deum
fuit sanctissimo seni. Quanta
hoc apud homines glorie. Hinc
magnum virum probatum qui vere
potuit imperatori dicere demonstrans

provincie totius populos. Hos tibi
amico reservavi. Hii vivunt be-
neficio tui senatus. hos tua cu-
ria morti abstulit. Quanto hoc
utilius quam illud quod proxime
Rome factum est cum eiectos de urbe
amplissime qui iam plurimam
illic etatem transegerant flen-
tes cum filiis abisse quibus
velut civibus amoliendum ser-
vitium deploraverunt. Interruptas
tam plurimas necessitudines
direptas adfinitates. At certe
arriserat anni fecunditas in
vectigal urbi. Sola egebat fru-
mento potuisset iuvari. Pete-
batur ab italis frumentum
quorum filii expellebantur. Nihil
hoc turpius expellere quasi ali-
enum et exigere quasi suum. Quid
illum eicis qui de suo pascit.
Quid illum eicis qui te pascit.
Servum retines trudis parentem.
Frumentum suscipis nec affec-
tum impertis. Victum extorques
nec rependis gratiam. Quam de-
forme hoc quam inutile.
Quomodo enim potest utile
esse quod non decet. Quantum
comparatarum subsidiis Roma
fraudata est. Potuit
et illos non amittere et evadere
famem expectatis ventorum
oportunis flatibus et sperato
commeatu navium. Quam vero
illud prius honestum atque uti-
le. Quid enim tam decorum atque
honestum quam collatione locu-
pletum iuvari egentes ministra-
ri victum esurientibus nulli ci-
bum deesse. Quid tam utile
quam cultores agro reservari non
perire plebem rusticanorum.
Quod honestum igitur utile
et quod est utile honestum. Et
contra quod inutile indecorum
quod autem indecorum id etiam
inutile. Unde maiores nostri

seruitio terre potuissent nisi hij non
solum turpe sed etiam inutile tradi-
dissent versi pluite regi egiptiorum
Iesus quidem et Chaleph missi ad
explorandam terram promissionis quidem
terram sed a fortissimis inhabita-
re gentibus inuaduerant Terrore
belli populus instructus recusabat
terre eius possessionem Suadebant
missi exploratores Iesus et Cha-
leph terram esse vtilem inuadere
putabant sed de nationibus lapi-
dari potius eligebant quam mina-
batur populus qui detede de
honestate disuadebant alij
plebs reclamabat dicens Adu-
sus diruat et apparat gentes bel-
lum fore Cauendum sibi in
prelio mulieres suas et paruulos di-
reptioni futuros Exarsit domini
indignatio ut omnes vellet per-
dere Sed rogante moyse tempera-
uit sententiam vltionem distulit
satis esse perfidis supplicium iudicans
Et si pateret intuitum ne parceret
incredulos ad eam tamen terram
quam recusauerant propter mar-
dulitate sue perili non peruenirent
Sed pueri et mulieres
qui non murmurauerant
vel sexu et etate remaliens
caperent terre promissam he-
reditatem Denique quicunque erant
a vicesimo anno et supra in
deserto corum membra ceciderunt
Sed aliorum dilata pena est Illi
autem ascenderunt cum Iesu et
disuadendum putauerunt plaga
mala statim mortui sunt
Iesus vero et Chaleph cum in-
opia etate vel sexu in terram
promissionis intrauerunt Ve-
rum igitur melior gloriam salute pre-
tulit Deterior salutem honestati
Diuina autem sententia eos pro-
bauit qui honesta vtilibus pre-
stare arbitrabantur Eos vero con-
demnauit apud quos ea que

Vtile est homini esse honestum et virtuosum

videbantur saluti potius quam
honestati accommoda preponderabant
Nichil itaque deformius
quam nullum habere amorem ho-
nestatis et vsu quodam degene-
ris mercature questui solli-
citari ignobili auaro estuare
corde Diebus ac noctibus
hiare in aliena detrimenta
patrimonij Non eleuare ani-
mum ad honestatis nitorem
Non considerare vere laudis pul-
critudinem Hinc nascuntur aucu-
pia quesite hereditatis contin-
entie atque grauitatis simulatione
captate Quod abhorret a pro-
posito christiani viri Omne enim
quod arte elicitum et fraude com-
positum est caret merito simpli-
citatis In ipsis qui nullum eccle-
siastici ordinis officium receperunt
incongrua iudicatur affectata
captatio hereditatis sine in
supremo fine vite positos sub-
habeas iudicium ut liber testetur
quod senciunt qui postea non
sunt emendaturi Cum honestum
non sit et compendia
alijs vel debita vel parata
auertere tu vel sacerdos vel
minister sit prodesse si fieri
potest omnibus obesse nemini
Denique si non potest alteri sub-
ueniri nisi alter ledatur Commodius est neutrum
iuuari quam grauari alterum
Ideoque in causis pecuniarijs
interuenire non est sacerdotale In
quibus non potest fieri quin fre-
quenter ledatur alter qui vin-
citur quia intercessoris beneficio
se victum arbitratur Sacerdotis
est igitur nulli nocere prodesse velle
omnibus posse solum autem solius
est dei Nam in causa capitis
nocere ei quem iuuare debeas
periclitantem non sine peccato
est graui In causa autem eius

aut

Sacerdotis est nulli nocere omnibus prodesse

pecunie odia querere insipiencie est cum pro salute hominis graves sequente: fiant molestie. In quo etiam pietati gloriosum sit. Proposita igitur forma in sacerdotis officio teneatur ut nulli noceat ne lacessitus quidem et aliqua iniuria offensus. Bonus enim est vir qui dixit Si reddidi retribuentibus michi mala. Que enim est gloria si eum non ledimus qui non lesit. Sed illa virtus est si lesus remittas. Quam honestum quod cum potuisset regi inimico nocere maluit parcere. Quam etiam utile quia successori hoc profuit ut discerent omnes fidem regi proprio servare nec usurpare imperium sed vereri. Itaque et honestas utilitati prelata est et utilitas secuta honestatem est. Parum quod pepercit addidit quod etiam in bello doluit occisum et flebiliter deploravit dicens Montes qui estis in Gelboe neque ros neque pluvia cadat super vos montes mortis quia ibi sublata est protectio potentium Saul non est unctus in oleo sed in sanguine vulneratorum et de adipe bellugerancium. Sagitta Ionathe non est reversa retro. Et gladius Saul non est reversus vacuus. Saul et Ionatha speciosi et carissimi inseparabiles in vita sua et in morte non sunt separati. Super aquilas leviores super leones potenciores. Filie Israel plorate super Saul qui vestiebat vos vestimenta coccinea cum ornamento vestro Qui imponebat aurum super vestimenta vestra. Quomodo ceciderunt potentes in media pugna. Ionatha in mortem vulneratus est. Doleo in te Ionatha frater speciosus michi valde ceciderat amor tuus in me sicut amor mulierum. Quomodo ceciderunt potentes et perierunt arma

concupiscencia. Que mater sic unicum defleret filium quemadmodum hic deflevit inimicum. Quis gratie auctorem tantis prosequitur laudibus quantis iste prosecutus est insidiatorem capitis sui. Quam pie doluit quanto ingemuit affectu. Aruerunt montes prophetico maledicto et divina vis sententiam maledicentis implevit. Itaque pro regie necis spectaculo penam elementa solverunt. Quid vero sancto Naboth que fuit causa mortis nisi honestatis contemplatio. Nam cum ab eo vineam rex posceret pecuniam daturum se pollicens indecorum pretium pro patria recusavit hereditate maluitque morte declinare quod turpitudinem. Non mihi inquit fiat a deo ut dem tibi hereditatem patrum meorum. Hoc est tantum michi obprobrium non fiat. Non permittat deus tantum extorqueri flagicium. Non utique de vitibus dixit. Neque enim de vitibus cura deo. Neque de terreno spacio. Sed de iure loquitur patrum. Potuit utique et alteram vineam de vineis regis accipere et in amicicia esse in quo non mediocris seculi huius utilitas estimari solet. Sed quod turpe erat iudicavit non iudicavit utile maluitque periculum cum honestate quam utilitatem cum obprobrio vulgarem utilitatem loquor non illam in qua etiam honestatis gratia est. Denique et ipse rex potuit extorquere sed impudentis arbitrabatur et occisum doluit. Dominus quoque muliebre ausus immanitatem que honestatis immemor. Turpe ante tulit lucrum tamquam supplicia plectendam admodum turpis itaque omnis est fraus. Denique etiam in rebus vilibus detestabilis est statere fallacia

et fraudulenta mensura. Si in foro rerum venalium in usu commercium fraus plectitur, quanto magis ne reprehensibilis videri debet inter officia virtutum. Clamat Salomon: pondus magnum et exiguum et mensure duplices utraque immunda sunt coram domino. Supra quoque ait: Statera adultera abhominacio domini, pondus autem equum acceptabile est illi. In omnibus igitur decora est virtus fides, iusticia grata, mensura equitate iocunda. Sed quid autem loquor de contractibus ceteris et maxime de coempcione prediorum vel transaccionibus atque pactis? Nonne formule sunt omnium dampnum abesse, cuiusque cum dolus fuit deprehensus duplici pene obnoxium fore. Unde liquet honestatem preponderare, considerato quod dolum excludit fraudem eicit. Unde recte generalem David propheta promulgavit sententiam dicens: Nec fecit proximo suo malum. Non solum utique in contractibus, in quibus etiam vitia eorum que veneunt prodi iubentur, ac nisi intimaverit venditor, quamvis in ius emptoris transcripserit, doli actione vacuantur, sed etiam generaliter in omnibus dolus abesse debet. Aperienda simplicitas, intimanda veritas est. Veterem autem istam de dolo non iuris peritorum formulam, sed patriarcharum sententiam scriptura divina evidenter expressit in libro testamenti veteris qui Ihesu Nave scribitur. Nam cum exisset fama per populos siccatum

esse mare in Hebreorum transitu, fluxisse aquam de celo, de petra diurnam ministrari alimoniam tot populi milibus abundantem, corruisse muros Iericho sacro tubarum sono ictos et ululatu plebis arietatos, quoque regem victum et suspensum in ligno usque ad vesperam, Gabaonite metuentes validam manum venerunt cum versutia, simulantes se de terra longinqua esse, diuturna peregrinatione contrivisse calciamenta, detrivisse amictus, scissa vestitus que veterescentia indicarent monstrarent. Causam autem tanti laboris emerende pacis et ineunde cum Hebreis amicitie cupiditatem. Et rogaverunt a Ihesu Nave ut secum firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorum atque incolarum insciens, non cognovit fraudes eorum nec dominum interrogavit, sed cito credidit. Adeo sancta erat illis temporibus fides ut falli aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu estimant? Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant; fallere quid sit ignorant, libenter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Salomon ait: Innocens credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat. Et si circumscribatur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis pie dote inclinati

ut crederet testamenti disposuit pa-
cem dedit / Confirmavit societatem
Sed ubi in terram eorum ventum est
deprehensa fraude quod ad essent
finitimi advenas se esse simu-
laverunt / tam circumscriptum esse se populus
patrum indignari cepit / Iesus tamen
pacem quam dederat revocandam
non censuit quia firmata erat
sacramenti religione ne dum ali-
enam perfidiam arguit / suam
fidem solveret / Mulctavit eos
tamen vilioris obsequio miste-
rii clementior sententia sed di-
uturnior / Manet enim officiis
pena veteris astutie hereditario
in hunc diem ministerio de-
putata / Non ergo in hereditati-
bus adeundis captatores percussio-
nes et nidi successoris falsato-
res notabo / Nam hec etiam
vulgo notabilia / Non simula-
re piscationis compositas copi-
as ut emptoris illiceret affectus
Fuit enim talis studiosus lupinis(?)
delitiarum repertus est ut ingenio
di fraudem pararet / Quidam in tractatu
de Syracusano illo ameno secre-
toque secessu et de Pythii hominis
calliditate / Qui cum peregrinum
aliquem repperisset cognito quod cu-
pidus esset hortorum venalium
ad cenam in hortos rogavit / Pro-
misit se invitatum / Postridie
venisse offendisse illic magnam
piscatorum multitudinem exqui-
sitis copiis adornatum convivium
in prospectu cenaculi ante hor-
tulos compositos piscatores ubi
numquam ante fuerant erat unus-
quisque quod ceperat certatim offerebat
epulantibus / Supra mensam pi-
sces ingerebantur / Oculos discum-
bentium resilientes verberabant
Mirari hospes tantam copiam pi-
scium tantum numerum cimbarum

Responsum querenti aquationem
illic esse dulcis aque gratia in-
numerabiles eo pisces convenire
Quid multa pellexit hospitem
ut sibi ortos venderet / hortos vende-
re volens / rogatur precium quantum su-
scepit / Sequenti die ad hortos
emptor cum amicis venit na-
vigium nullum invenit percunctati
inter aliqua piscatoribus eo esset
dies feriarum solemnitas / respondet
nulla hic convenisse illic preter
hesternum diem piscari solitos
Cum quis vero arguendi habent
auctoritatem dolet qui tam turpe
captaret aucupium delictarum
Qui enim alterius peccato arguit — [illegible] pulc
ipse a peccato debet alienus esse
Non igitur quod miratur ergo
in hanc ecclesiastice censionis
auctoritatem / vocabo / que quia
condempnat omnem lucri tur-
pis appetentiam / Breviter sermone
compendio excludit levitatem
ac usuriam / Nam de illo quid lo- — De pena re emptoris
quar qui de eo testamento quod
ab aliis licet factum / falsum
tamen cognoverit hereditatem
sibi aut legatum / vindicet
et lucrum querat alieno crimine
Cum etiam leges publice eum
qui sciens falso utitur tamquam
reum facinoris adstringunt / Re-
gula aut iusticie manifesta est
quod a vero declinare viro non
deceat bono nec damno
iniusto afficere quemquam nec doli
aliquid adnectere et fraudi sue
componere / Quid evidentius eo
quod Ananias damnatur quia fraudavit de
precio agri sui quem ipse vendi-
derat et portionem precii tamquam sum-
me totius numerum ante pedes
posuit / Periit sicut reus fraudis
fraudis / Licuit illi utique
nichil offerre et hoc sine fraude

strasset. Sed quia fraudem admiscuit non liberalitatis graciam reportat sed fallacie penam exsoluit. Et dominus in ewangelio eum dolo attendentes reputabat dicens Vulpes foveas habent. Ipse in simplicitate cordis et innocencia nos iubet vivere. David quoque ait Sicut novacula acuta fecisti dolum neque arguens proditorem. Ergo instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum et plerumque ulcerat. Siquis igitur pretendat graciam et dolum nectat de hec proditoris exemplo ut eum quem protegere debeat prodat ad mortem. Instrumenti istius comparacione istius censetur quod ebrie mentis et titubantis pede manus vulnerare consuevit. Sicut iste molige ebrius vino prefuneste proditionis indicium Abimelech sacerdotis necem detulit eo quod prophetam hospicio recepisset. Quem rex invidie accensus stimulis insequabatur. Puram igitur esse fratrum oportet esse affectum unusquisque simplicem sermonem proferat vas suum in sanctitate possideat nec fratrem per circumventionem supplantet induat. Nichil promittat inhonestum ac si promiserit tolerabilius est promissum non facere quod turpe sit. Sepe plerique constringunt se vinculo iurandi sacramento et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse sacramenti tamen contemplacione faciunt quod spoponderunt. Sicut de

de herode

Herode supra scripsimus qui saltatrici precium turpis promisit crudeliter solvit. Turpe quod regnum pro saltacione promittitur crudele quod mors prophete pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tollerabilius tali fuisset periurium sacramento. Sic tamen periurium posset dici quod ebrius inter vina iuraverat quod eviratus inter saltancium choros promiserat. Infertur disco prophete caput. Et hoc estimatum est fidei esse quod amencie fuit. Nec umquam adducar ut credam non incaute promisisse principem Iepte ut immolaret deo quicquid sibi revertenti intra limen domus sue occurreret. Cum ipsum voti penituit sui postquam filia occurrit sibi. Denique conscidit vestimenta sua et dixit Heu me filia impedisti me. In stimulum doloris facta es michi. Qui licet pro metu ac formidine acerbitatem dure solucionis impleverit tamen luctu annuatim posteris deplorandum statuit ac dereliquit. Dura promissio acerbior solucio quam necesse habuit lugere etiam ipse qui fecit. Denique factum est preceptum et decretum in israel ex diebus in dies. Ambulabant inquit filie populi israel lugere filiam Iepte galaaditidis quattuor diebus in anno. Non possum accusare virum qui necesse habuit implere quod voverat. Sed tamen miserabilis necessitas que solvitur parricidio. Melius est non vovere quam vovere id quod sibi cui promittitur nolit exsolvi. Denique in ysaac habemus exemplum pro quo arietem deus statuit immolari sibi. Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique ipse dominus frequenter

Datan Abyron

domini suam mutat sententiam
sicut scriptura iudicat Nam et
in eo libro qui scribitur numeri
proposuerat morte perire et perde-
re populum Sed postea rogatus a
moyse reconciliatus est populo
suo Et iterum ad moysen et aa-
ron ait Diuidite vos de medio
synagoge huius et consumabo
eos simul Tribubus discedentibus
a tentoriis datan et abiron subito
impios terra prerupto soluta hi-
atu absorbuit Precellentius et
antiquius istud exemplum de Jepte
filia Jepthe quam illud quod
memorabile habetur apud phi-
losophos de duobus pitago-
ricis Quorum alter cum a tiranno
dionisio capitis dampnatus esset
prescripto mortis die poposcit ut
domum pergendi ei facultas da-
retur quo commendaret suos
Ac ne reuertendi mutaret fides
vadem mortis obtulit Ea condi-
cione ut si ipse deforet ad con-
stitutum diem vas eius sibi pro eo
moriendum agnosceret Nec qualita-
tem sponsionis qui offerebatur re-
cusauit Constantique animo diem
necis prestolabatur Itaque alter se
non subtraxit alter ad diem re-
dijt Quod eo usque fuit mira-
bile ut tirannus hos sibi in amici-
ciam adsisceret quorum vrgebat
periculum Quod quo inspecta-
tius et eruditis viris plerumque
miraculo est hoc in virgine mul-
to magnificentius multoque in-
lustrius deprehenditur que inhe-
sitanti patri ait Fac michi
ut exiuit de ore tuo Set spacium
duorum poposcit mensium ut cum
equalibus conueniens ageret in
montibus que virginitatem eius
predestinatam nec pio affectu

prosequerentur nec fletus equalium
inflexit puellam nec dolor flec-
tit ne gemitus retardauit nec
dies preterijt nec fefellit horam
Redijt ad patrem quasi quasi ad
votum rediret et voluntate ipsa
cunctantem impulsit fecitque
arbitratu spontaneo ut quod
erat impietatis fortuitum fieret
pietatis sacrificium Ecce tibi iudit
se offert admirabilis que formi-
datum populis virum holofernem
adit assiriorum triumphali septum
caterua Quem primo forme gratia
et vultus decore perculit Deinde ser-
monis circumscripsit elegantia Primus
triumphus eius quod integrum pu-
dorem de tabernaculo hostis
recepit Secundus quod femina de viro
reportauit victoriam Effugauit
populos consilio suo Horrue-
runt perse audaciam eius Ter-
cium quod in ipsis pitagoreis duo-
bus miramur non expauit mor-
tis periculum sed nec pudoris
quod est grauius bonis femi-
nis non unius ictum carnificis
Sed nec totius exercitus tela
trepidauit Stetit inter cuneos
bellatrix femina inter victricia
arma secura mortis Quantum
ad molem spectat periculi mo-
ritura processit Quantum ad fidem
dimicatura Honestatem igitur
secuta est Judith et dum eam se-
quitur vtilitatem inuenit Ho-
nestatis enim fuit prohibere ne po-
pulus dei se prophanis dederet
ne ritus patrios et sacramenta
proderet Ne sacratas virgines vidu-
as graues pudicas matronas
barbarice subiceret impuritati Ne
obsidionem deditione solueret
Honestatis fuit se malle se
pro omnibus periclitari ut omnes
eximeret periculo Quanta honestatis
auctoritatis ut consilium de summis
rebus

femina sibi venditaret, nec princi-
pibus populi committeret. Quanta ho-
nestatis auctoritatis ut deum adiuto-
rem presumeret, quanta gratia ut in-
veniret. Quid vero Elizeus nisi ho-
nestatem secutus est, cum exercitum
Syrie qui ad obsidendum eum
venerat captivum introduxit
in Samariam, cuius oculos cecita-
te obduxerat et dixit: Domine
adaperi oculos eorum ut videant et
viderunt. Itaque cum rex Israel
perimere ingressos vellet, eam
sibi a propheta facultatem po-
sceret, respondit non percutiendos quo-
rum captivitatem non esset ma-
nu operatus armisque bellicis, sed
magis subsidio alimentorum
iuvandos. Denique epularibus
refecti copiis nidigin postea
in terram istam pyrathe Syrie
revertendum non putaverunt. Quan-
to hoc sublimius quam illud
Grecorum. Sed cum duo populi ad-
versum se de gloria imperioque de-
certarent, et alter excogitavit habe-
re copiam quemadmodum alterius
naves clanculo exureret, tur-
pe credidit maluitque minus
posse honeste quam plus turpiter.
Et isti quidem sine flagitio hoc
facere nequiverunt ut eos qui con-
firmandi belli pacti gratia ad so-
cietatem convenerant hac
fraude deciperent, quam licet
possent negare, non possent
tamen non erubescere. Elizeus
autem non fraude deceptos
sed potestate divina perculsos
maluit tamen servare quam
perdere. Erat enim decorum parcere hosti
et adversario donare vitam
quam potuisset auferre nisi pepercis-
set. Liquet igitur id quod decorum
est semper utile esse. Nam et in
ystoria Judith sancta decoro con-
tenta pro salute solvit obsidio(ne)

periculo et publicam honesta-
te pia adquisivit utilitatem. Et
Eleazar gloriosus ignominiam
pretulit et utilius existimavit ho-
nestatem quam caperat. Quid aliud
Joseph nisi honestatem considera-
vit ut in honestis nuptiis
cum rege non posset perpe-
trare dicens: Non licet tibi illam uxo-
rem habere. Potuit tacere ni-
si indecorum sibi iudicasset
metu veritatem non dicere, mor-
tem regi propheticam auctoritatem
ita adulatione subtexere.
Cavebat utique moriturum sibi
esse quia regi adversabatur, sed
honestatem saluti pretulit. Et
tamen quid utilius quam quod
passionis viro sancto adquirit
gloriam. Sancta quoque Susanna
denunciato falsi testimonii terro-
re cum hinc se videret urgeri
periculo, inde obprobrio, maluit
honesta morte vitare obpro-
brium quam studio salutis tur-
pem vitam subire ac susti-
nere. Itaque dum honestati in-
tendit, etiam vitam reser-
vavit. Que si id quod sibi
videbatur ad vitam utile
preoptavisset, non tantam
reportasset gloriam, immo
etiam quod non solum
inutile sed etiam periculo-
sum foret, penam criminis
fortasse non evasisset. Ad-
vertimus igitur quia id quod
turpe sit non possit esse uti-
le, neque rursus id quod
honestum est inutile. Semper enim
copulata honestati est
semper utilitas et utilita-
ti honestas. Memorabile
ferunt rethores quod dux Romano-
rum ad eum adversarii

Regis medicus venisset.
polliceris daturum se regi ve-
nenum unicum eius ad hostez
remiserit. Et retia pctarum inqui
ritatis etamen susceperat.
nollet fraude vincere. Non
enim victoria honestatem po-
nebat. Sed ipsam nisi hone-
statem quesitam victoriam
turpem pronuntiabat. Redeamus
ad virum Moysen atque in su-
piora revertamur ut quanto hy-
storia tanto antiquiora
invenimus. Nolebat egipti rex
populum dimittere patrum. Dixit
Moyses sacerdoti Aaron ut
extenderet virgam suam sup
omnes aquas egipti. Extendit
Aaron et conversa est aqua flu-
minis in sanguinem. Et nemo
poterat bibere aquam. Omnes
ergo egiptii siti peribant. Sim-
itera aut fluenta patribus
habundabit. Lactaverunt famil-
iam in celum et facta sunt
vlcera et vesice turgentes de
hominibus et quadrupedibus.
Descenderunt grandines in
igne flammeo contrita erant
sup terram omnia. Rogavit mo-
yses et conversa in suam gra-
verterunt. Grando sedata est
sanata ulcera. potius solitos
flumina fluxerunt. Iterum
caligantibus tenebris operta ceci-
terra p triduum ex quo Moy-
ses levaverat manum et tenebras
infuderat. Moriebatur omne
primogenitum egipti cum ebre-
orum omnes essent in offensa pro-
genies. Rogavit Moyses ut
his quoque finem exitiis daret.
Oravit et impetravit. In

illo predicandum ex fraudis con-
trarie temperavit. In hoc mi-
rabile quod divinitus intenta-
ta supplicia et virtute propria ce-
ab hoste detorserit. Vere nimium
fuerit scriptum est mansuetus et
mitis. Et sciebat ex fidem non
non servaret promissis. Tamen
honestum putabat ut rogatus
oraret. Iesus benedictus appetitus
remittere. Proiecit virgam et
serpens factus est qui devo-
ravit serpentes egiptiorum. Si-
gnificabat ex verbum caro fieret
quae serpentes dira cognomina va-
cuaret per remissionem et in-
dulgentiam peccatorum. Virga
est enim verbum directum regale
plenum potestatis. Insigne imperii.
Virga serpens facta est quia
qui erat filius dei ex deo pa-
tre natus filius hominis fieri
est natus ex virgine. Et qui
serpens exaltatus in cruce
medicinam vulneribus infudit
humanis. Unde ipse dominus
ait. Sicut Moyses exaltavit
serpentem in deserto, ita ex-
altari oportet filium hominis.
Denique et alterum signum ad
dominum ihesum pertinet quod
fecit Moyses. Misit manum
suam in sinum et protulit eam
et facta est manus eius si-
cut nix. Iterum misit et
protulit eam et erat sicut
carnis humane species. Signi-
ficavit deum ihesum primum ful-
gorem divinitatis postea
susceptionem carnis. In qua
fide credere omnes gentes popu-
losque oportet. Macerigo me-
dio misit ex deptia dei est

Qui itaque diuinitatem et incar-
nacionem recepit non credidit
quasi reprobabilis flagellatur
sicut iste rex. Cum enim signis
non crederet euidentibus pec-
cati flagellatus orabat ut re-
medium mereretur. Priuatus uero
honestatis affectus esse debeat
et hiis probatur. Et eo maior
nemo quam se obiciat pro populo
dicens aut remittet populo
deus aut certe de libro viuen-
cium se deleret. Thobias quo-
que formam expressit honestatis
euidencius cum relicto con-
uiuio mortuos sepeliuit. Et
ad alios pauperis mense in-
uitabat inopes. Raguel quo-
que qui contemplacione
honestatis cum rogaretur ut
rogaret filiam suam in con-
iugium daret vicia quoque
filie non tacebat ne circumue-
nire petitorem videretur tacen-
do. Itaque cum Thobias filius
Thobie posceret ut sibi daret
puellam respondit legem quidem
ipsi eam deberi tamquam pro-
pinquo. Sed dedisse se eam
iam septem viris et omnes eos
esse mortuos. Iustus itaque vir
plus alienis timebat et ma-
lebat innuptam sibi manere
filiam quam propter nuptias eius
extraneos periclitari. Quam bre-
uiter absoluit omnes questio-
nes philosophorum. Illi de
viciis tractant domorum tegen-
dane an prodenda a venditore
videantur. Vir iste nec filie
vicia celanda arbitratus est.
Et certe non ipse affectabat
ut eam traderet sed rogabatur.

Quanto vero honestior
sit illis dubitare non possu-
mus. Sed conferamus quanto prestan-
cior sit fidei causa quam
venalis pecunia. Consideremus
aliud quod in captiuitate
gestum summa tenuit hone-
statis decorem. Nullis enim
aduersis honestas impedi-
tur que in hiis eminet magis
excellit quam in prosperis. Inter
vincula itaque inter arma
flammas seruitutem que li-
beris omni supplicio durius
est inter penas morientium
excidia patrie viuorum for-
midinem sanguinem pereun-
tium non excidit tamen
cura honestatis maioribus
nostris. Sed inter euerse
patrie cineres atque fauillas
in affectibus piis resplen-
duit et refulsit. Nam cum
in Persidem ducerentur pa-
tres nostri qui tunc dei omnipotentis
cultores erant acceptum
ignem de altari sacerdotes
domini occulte in valle ab-
sconderunt. Erat illic velud
puteus haud quaquam patens
aque secessu infrequens
nec populari usui patens
ignoto et arbitris remoto
loco. Ibi obsignauerunt in-
dicio sacro pariter ac silencio
ignem reconditum. Non
illis studium fuit aurum de-
fodere argentum abscondere
quod seruarent posteris suis.
Sed inter extrema sua hone-
statis curam habentes sacrum
ignem seruandum putarunt ne

cum vel impiorum contamina-
rent vel destructorum sanguine
extinguerent vel deformium
luminaria aeternum aboleret.
Rebierunt itaque in persidem sol-
a religione liberi quos sola
ex illis per captivitatem extra-
here nequivit. Post vero
plurima tempora cum placu-
it deo dedit hanc mentem
regi persarum ut instauraret in
iudea templum et legitimos
reparari iherosolimis ritus iu-
beret. Cuius gratia munici
neemiam sacerdotem rex per-
sarum direxit. At ille secum
reduxit illorum sacerdotum ne-
potes qui profitebantur de patrum
solo sacrum ne periret ignem
absconderant. Venientes at
ut patrum sermone est proditum
non invenerunt ignem sed
aquam. Et cum deesset ignis
quo adolerent altaria, hau-
rire aquam eos Neemias sa-
cerdos precepit deferre et asperge super
ligna iussit. Tunc visu mi-
rabile cum esset celum in-
ceptum nubibus sol repen-
te illuxit. Accensus est magnus
ignis. Ita ut omnes in tam
evidenti divina gratia factum
stupentes leticia perfunderentur.
Orabat Neemias psallebant
sacerdotes canentes ymnum do-
mino. Et quod consumptum
est sacrificium iussit iterum
Neemias residua aqua maio-
res perfundi lapides. Quo fa-
cto flamma accensa est et lumine
quod refulgebat ab altari con-
sumptum illico est. Hoc pate-
facto iudicio rex persidis loci

cum in quo ignis fuerat absconditus
et post ea recepta est aqua templum
fieri mandavit. Cui inscribeban-
tur dona plurima. Appellavit
autem illud qui erant cum se-
neemia Ephtach quod interpre-
tationem habet purificationem
a pluribus Nepthe vocatur. In-
veniuntur autem in descriptionibus ie-
remie prophete quod iusserit accipe-
re de igne qui postea essent futuri
Hic est ignis qui cecidit super
sacrificium et consumpsit illud
sicut scriptum est. Venit ignis
a domino et consumpsit
omnia que erant super al-
tare holocausta. Hoc igne o-
portebat sanctificari sacrificium
deinde. Et filios aaron qui ali-
enum ignem inferre voluerunt
exivit iterum ignis a domino
et consumpsit eos ita ut mor-
tui extra castra proicerentur.
Veniens autem Jeremias in locum
invenit domum in modum
spelunce et tabernaculum et
archam et altare incensi in-
tulit illuc et obstruxit ostium.
Et cum hii qui simul vene-
rant curiosius perscrutarentur
ut notarent sibi locum nequa-
quam comprehendere atque invenire
potuerunt. Ut autem cognovit
Jeremias quod affectassent
dixit. Ignotus erit locus do-
nec congreget deus congre-
gationem populi et propicius fiat.
Et tunc deus ostendet hec et
apparebit maiestas domini. Con-
gregationem populi tenemus. Propi-
ciationem domini agnoscimus qui
propiciator in sua operatus est pas-
sione. Arbitror quod nec ignorabilis
istum possumus ignorare sed

Legerimus quia baptizat dominus
ihesus in spiritu sancto et igni. Sicut
in Evangelio dixit Johannes.
Ignito consummabatur sacrificium
ipsum pro peccato olim. Ille autem
ignis typus sancti spiritus fuit
qui descensurus erat post domini
passionem et remissurus pec-
cata omnium. Qui quasi ignis
inflammat animum ac men-
tem fidelium. Unde ait Jeremias
accepto spiritu. Et factum est in
corde meo ut ignis ardens
flammigerans in ossibus me-
is et dissolutus sum undique
et ferre non possum. Sed et cum
in actibus apostolorum cum
descendisset spiritus et super
apostolos et plerosque qui expecta-
bant promissa domini tamquam
ignem dispersas esse linguas
legimus. Deinde nec vapo-
rabatur singulorum animus
ut intus repleti esse esti-
marentur qui acceperant
linguarum diversitatem. Sed
ideo sibi velit esse ex igne
aqua factus est. Et aqua
ignem excitavit nisi quia
gratia per ignem excudit per
aquam mundat peccata nostra
affluitur cum petitur et exquiritur.
Unde et apostolus ait: Uniuscuius-
que opus quale sit ignis pro-
babit. Et infra: Si cuius opus
arserit detrimentum patietur
ipse autem salvus erit. Sic tamen
quasi per ignem. Secundo ideo po-
suimus ut pleraque per ignem
levi peccata. Notum est ergo
hunc esse vere ignem sacri
qui tunc in typo futurae re-
missionis peccatorum cecidit
super sacrificium. Hic igitur ignis

absconditur captivitatis tem-
pore culpa regnante. Tempore
autem libertatis permittitur. Et
licet in aque speciem mutatus
tamen servat ignis naturam
ut consumeret sacrificium. Nec
mireris cum legeris secundum
pater deus deus. Ego sum ig-
nis consumens. Et alibi: Me de-
reliquerunt fontem aque
vive. Ipse quoque dominus
ihesus quasi ignis inflamma-
bat audientium corda, quasi
fons refrigerabat. Nam et
ipse in Evangelio suo dicit:
Ego ideo veni ut ignem
in terram mittam et potum si-
tientibus aque vive ministra-
rem. Helias quoque tempore descen-
dit ignis. Unde provocavit
prophetas gentium et altare sine
igni accenderent. Et cum illi
nequivissent facere hostiam
suam, tunc ipse perfundit aquam
et manabat aqua in circuitu
altaris. Et exclamavit et descen-
dit ignis a domino de celo
et consumpsit holocaustum.
Hostia illa tu es. Considera
tacitus singula. In te descen-
dit vapor spiritus sancti. Te vi-
detur excoquere cum tua peccata
consumit. Deinde et illud quod
consumptum est sacrificium
Moysi tempore sacrificium
pro peccato erat. Unde et Mo-
yses ait: Sicut et Machabe-
orum septimo est libro. Eo quod
non sit manducatum quod
erat pro peccato consumptum
est. Nonne tibi consumi vi-
detur cum in baptismatis sacra-
mento interit homo totus
exterior. Vetus homo noster confixus est cruci

Apostolus clamat illi sicut
patrum exempla te docent
terra pars demergitur Ebreus
resurgit sancto renouatur spiritu
Anima etiam per mare rubrum
inoffenso transiunt vestigio vbi
baptizati sunt patres sub nu-
be et in mari Et in diluuio
quoque noe tempore mortua ca-
ro omnis Iustus tamen cum
sua progenie seruatus An non
consumitur homo cum ab-
sorbetur mortale istud a vita
Denique exterior corrumpitur
sed renouatur interior Nec
solum in baptismate sed
etiam in penitencia fit
carnis interitus ad profectum
spiritus sicut Apostolica docemur
auctoritate dicente sancto
Iudicaui ut presentis eum qui
sic operatus est tradere quidem
sathane in interitum carnis
ut spiritus saluus sit in die do-
mini nostri ihesu christi Prolixior
excursus admirandi gracia
ministerii factus videtur dum
studeam reuelatum plenius
sacramentum pandere Tan-
to usque plena honestatis est
ut sit plena religionis Tanta
autem honestatis cura maio-
ribus fuit ut vniuersi mu-
lieris iniuriam stupro illatam
internecionali bello persequerentur
Et victo populo tribus Benia-
min obtestarentur in conu-
bium se eis proprias filias non
daturos Remanserat tribus
sine vllo posteritatis subsidio
nisi fraudis necessarie arte
prestet licenciam Cui tamen
indulgencia congruo intem-
perancie supplicio non videtur

exarare Quando illis hoc solum
permissum est ut rapto more
inirent coniugia non connubii
sacramento Et ne tanta dignum
fuit ut qui alienum contuber-
nium sociauerant ipsi nupciarum
amitterent sollemnitatem Series
plena autem miseracionis hysto-
ria Vir inquit leuita accepit
sibi iugalem quam a candi-
bitu concubinam appellatam ar-
bitror Que aliquanto post qui-
busdam ut fieri solet offensi-
onibus ad patrem se contulit
et fuit illic quattuor mensibus
Surrexit vir eius et abiit ad
soceri sui domum ut ad sua
iugalem repeteret graciam et
reuocaret eam et reduceret
Occurrit mulier atque intra
domum patris sui introduxit
maritum Letatus est adolescentu-
le pater et venit obuiam et sedit
cum eo tribus diebus et epulati
sunt et quieuerunt Et sequenti
die surrexit leuita Delinitus
et retentus a socero ut tam cito
non desereret conuiuii iocundi-
tatem Et alio et tercio die non
permisit pater adolescentule non
refecisti generum suum donec le-
ticia in eos et gracia cumulus re-
sumaretur Sed die septimo
cum iam ad vesperum declinaret
dies post mensas et leta con-
uiuii cum properaret finitime
nocte iniens ut apud suos
potius quam apud extraneos re-
quiescendum putaret nequiuit
tenere et dimisit cum fi-
lia sua Vectum vbi facta est
aliqua progressio cum vesper-
iam prior vrgeret et appro-
pinquatum ac forte ad vrbem
Iebus cere dicente famulo ut
ad eam diuerteret qui desisteret non

Adquieuit dominus Vrbs quia
non erat ea ciuitas filiorum israel
Sed intendit peruenire usque Ga-
ba que habitabatur a populo tribus
Beniamin Nec erat qui susciperet
qui aduenientes reciperet hospi-
cio Nisi vir peregrinus progres-
sa etate prospexisset eos et
interrogasset leuitam quo vadis
vel vnde advenis Quo respon-
dente quod esset viator et nemi-
nem repperit Effrem et non
esset qui colligeret eum hospicium
obtulit adornauit conuiuium
Sed vbi saturitas epulandi facta
est et mense remote irruerunt
pestilentes viri et circuierunt
domum Tunc senior filiam
suam virginem et concubinam
eius ad quam celebritate solita
esset offerebat viris iniquis
tantum ne ius irrogaretur
hospiti Verum vbi parum
rata processit et ius spualiut
cessit leuites iugali sua et
cognouerunt eam et tota no-
cte illuserunt eam Que ato-
citate vel dolore victa mu-
lier ante dolorem hostium
hospicii quo vir suus deuer-
terat proiecit se atque vitam exa-
lauit spiritum Sed primo licet morte
commune affectum bone con-
iugis seruans ut cognatos
saltem sui fuerant mariti
repudiaret Quo cognito ne
multis morer animis populus
israel in bellum exarsit Du-
bio quoque euentu cum anceps
maneret plus tria autem
preliandi inite traditus est po-
pulus beniamin populo israel

Et diuina adiudicatus sen-
penas intemperancie luit Con-
demnatus namque nequis a
ex numero patrie filias pe
daret in coniugium Idque fir-
matum iurisiurandi sacra-
mento est Sed compuncti po-
stea acerbam in fratres tu-
lissent sententiam Ita se-
ueritatem eius temperauit
ut orbatas parentibus vir-
gines in coniugium sibi ad-
sciscerent Cruorem patris
pro delicto penam ferent ut
rapto copulam sociarent
Causa pro tam turpis co-
missi facinore quo alieni
patrimonii ius violauerant
indignos se impetrando
censuere matrimonio Sic
ne periret vna populo tribus
fraudis indulta est commu-
venia Manauit igitur ho-
nestatis cura maioribus
fuerit hinc perditur ut qua-
dringenta milia virorum
stringerent gladium aduersum
fratres suos de tribu Benia-
min dum violasti nolunt
iniuriam pudicicie Erant
temeratores castitatis non
offerebantur Itaque eo bello
cesa vtrinque sexaginta quin-
que fere milia bellatorum
et combuste vrbes Et cum
inferior primo fuisset populus
iste tamen nec aduersi metu
belli preterm vindicande ca-
stitatis sequestrauit dolorem
Fuerbat in plus sive vel sangui-
ne suo parantis commissi flagi-

Diluere notam et quid inter
si populo dei decore illud atque
honestum cure fuit quando etiam
leprosis. Sicut in sequentibus regnorum
legimus honestatis non defuit
consideratio. Fames erat mag-
na in Samaria et una obsi-
derat eam Syrorum exercitus
rex militaret et civitas sup-
plicium solitus recusabat
Interpellavit eum mulier di-
cens Persuasit michi hec mu-
lier ut afferrem filium meum
et attuli et coximus et devora-
vimus eum. Sed promisit
ut postea etiam ipsa offerret
filium et carnes eius simul
comederemus. Et nunc filium
suum negat atque abscondit
eum. Motus rex quod non so-
lum humanis sed etiam
parricidialibus cadaveribus
mulieres pasce viderentur
et tam atrocis calamitatis
exemplo perculsus Elizeo prophe-
te denunciavit necem. Cuius in
potestate fore credebat ut obsi-
dionem solveret et repulsaret fa-
mem. Vel quia non permise-
rat regi ut perimeret Syros quos
cecitate percusserat. Sedebat Eli-
zeus cum senioribus in be-
thel et priusquam intraret ad
eum regis nuncius ait ad
seniores viros Si vidistis
quod filius homicide illius
misit auferri caput meum
Et intravit nuncius et man-
data regis protulit denunciantis
presens capitis periculum. Cui
propheta respondit hac hora die
crastina erit mensura simi-
laginis statere uno et due mensure
hordei siclo in porta Samarie. Et
cum missus a rege innixus non
credidisset dicens quod si plueret dominus
de celo abundanciam frumenti ta-
men nec sic quidem id posset ef-
fici. Dixit Elizeus Ecce tu videbis
oculis tuis et inde tu non man-
ducabis. Et factus est subito
in castris Syrie velut quadri-
garum sonus et vox multa
equitum et vox magne virtutis
atque ingens belli tumultus
Et turbati sunt Syri quod rex
israel in societatem advocasset
contra eos regem egipti et regem amor-
reorum et fugierunt. Dilu-
culo relinquentes thabernacula
sua quia verebantur ne impe-
tu adventu novorum opprime-
rentur hostium. Et cum multitudine re-
gum viribus non possent re-
sistere. Id incognitum Samarie
erat quia cives metu et fame
tabidi nec procedere audebant.
Erant autem leprosi quatuor
ad portam civitatis quibus
vita erat supplicio et mori
lucrum. Et dixerunt ad se
invicem Quid hic sedemus
et morimur. Si ingrediamur
urbem moriemur fame. Si
manserimus hic nullum
subsidium vivendi suppetit
Eamus in castra Syrie aut
compendium pene erit aut
salutis remedium. Perrexerunt
itaque et intraverunt in castra
Syrie. Et ecce omnia vacua in-
venta hostium. Ingressi thabernacula
primo receptis alimentis levave-
runt famem. Deinde auri
et argenti quantum poterant
diripuerunt et cum soli pos-
sent predam tollere elegerunt

Tamen iudicaue regi fugisse
Syros. Verum id honestum arbi-
trabantur quam repsso iudicio so-
pere fraudis capillam. Cuius
iudicio egressus est populus
diripuit castra sirie et comme-
atu hostium abundancia facta
annone vilitatem reddidit ut
secundum prophecie dictum dictum
mensura similaginis siclo
et due mensure ordei pari
precio constarent. In hac leticia
plebis [illegible] ille in quo
requiescebat rex contritus in
porta inter exeuntium festina-
cionem et remeantium exulta-
cionem conculcatus a plebe
mortuus est. Eciam historia
Regina nomine ut populum
suum periculo eximeret quod erat
decorum atque honestum mor-
ti se obtulit. Nec minus
regis trepidauit furorem. Esther
quoque non prorsum secure at-
que intrimida corde tamen de-
corum iudicauit iudicium insidi-
arum que sibi parate fuerant
gratiam representare. Populum
que libertati restituti eripere
et neci nec parcere cui
iam iudicata successisset. Dem-
que eius secundum [illegible] se cum papi-
rum nec [illegible] amicus ha-
beret cum tradidit. Quod de-
honestum se eius fraudulentis
consiliis animaduerterat. Ea
enim amicicia probabilis que
honestatem tuetur preferenda
est ne opibus honoribus pote-
statibus. Honestati vero pre-
ponderi solet [illegible] honestatem [illegible]
[illegible] fuit. Jonathe qui
pietate nec offensam patris
nec salutis periculum refugi-
ebat. Crudelis fuit Abime-
lech qui pro hospitalis gracie

officii necem potius sug-
gestionem fugientis amici
subveniendam arbitrabatur. Ni-
chil igitur preferendum ho-
nestati. Caue tamen ne ami-
cicie studio peccetur. Etiam
quia scriptura ammonet. Cum
enim plerique philozophorum
questiones variam amici cau-
sa quisquam contra patriam
sentire. Nec ne debeat an
amico obediat contra opor-
teat ut fidem deserat dum
indulgeat atque intendit com-
moditatibus. Et scriptura
quidem ait. Clauis et gla-
dius et sagitta ferrata sic ho-
mo est testimonium dicens
falsum aduersum amicum
suum. Sed considera quid [illegible]
[illegible] Non testimonium re-
prehendit dictum in amicum sed
falsum testimonium. Quid
enim si dei causa. Quid si pa-
trie cogatur aliquis dicere
testimonium. Numquid prepon-
derare debet amicicia re-
ligioni. Preponderare caritati
ciuium. In his tamen ipsis
requirenda est veritas testi-
monii ne amicus appetatur
amici perfidia. Cuius fide ab-
solui debeat. Amicus itaque
nec proprio gratificari debet nec
innocenti insidiare. Sa-
ne necesse est ut dicat testi-
monium si quid in amico vi-
cii cognouerit. Corripe oc-
culte si non audierit corri-
piat palam. Sunt enim bone
correpciones et plerumque meli-
ores quam tacita amicicia. Et
si ledi se putet amicus. Tu
tamen corripe. Et si amaritudo

correptionis amicum eius vol-
net Tu tamen corripe ne pe-
reat Tollerabiliora sunt enim quam
amici vulnera quam adulantis
oscula Errantem igitur ami-
cum corripe imbecillitatem ami-
cum ne deseras Constans enim
esse debet amicicia perseuera-
re in affectu Non puerili mo
amicos mutare vaga qua-
dam debemus sentencia Ape-
ri pectus tuum amico ut
fidelis sit tibi et capias ex
eo vite tue iocunditatem Fi-
delis enim amicus medica-
mentum est vite immorta-
litatis gracia Defer amico
ut equali Nec te pudeat ut
preuenias amicum officio Ami-
cicia enim nescit superbiam Ideo
sapiens dicit Amicum sa-
lutare non erubescam Nec
deseras amicum in necessitate
nec derelinquas eum necc
destituas Verum amicicia vite
adiunctum est Ideo honera
inuicem portemus sicut apostolus
docuit Dicit enim hys quas
eius q corporis completa est
caritas Etenim per amici fide-
les amicos adiuuant cum nam
In aduersis amici rebus amicorum
adiumenta prospectant Inuicem
consilio consciamque studia
compaciamur affatu Si necesse
est tolleremus propter amicum et
aspera plerumque inimicicie su-
beunde sunt propter amicicie conti-
nenciam Sepe obtrectaciones per
resistens vel respondens cum
amicus arguitur et accusatur
Nec te peniteat huiusmodi of-
fensionis Iusti enim vox est Et
si mala michi euenerint per illud
sustineo In aduersis enim amicus

probatur Verum in prosperis amici
omnes videntur Sed ut in aduersis
amici eius paciencia et tollerancia
necessaria sit in prosperis auctori-
tas congrua est Ut insolenciam
extollentis se amici reprimat et
redarguat Verum positus in ad-
uersis positus Job dicit Miseremi-
ni mei amici miseremini Non
quasi abiecta vox ista est sed
quasi censoria Nam cum immeri-
to arguetur ab amicis reddit
Miseremini mei amici hoc est
qui misericordiam habetis a primis
tis et impugnatis hominem
Quem et nimium compati pro
amicicia vos oporteret Serua-
te igitur filii amiciciam sub-
amiciciam qua nichil est in re-
bus humanis pulcrius Sola-
cium quippe vite hinc est ut ha-
beas cui pectus aperias tuum
Cum quo archana participes
cui committas secreta pectoris
ut colloces tibi fidelem virum
qui in prosperis gratuletur tibi
et tristibus compaciatur In
persecucionibus adhortetur Unde
boni amici ebrei pueri quos
a sui amore nec fornacis ardentis
flamma diuisit De quo lo-
co ut supra diximus bene ait
sanctus Dauid Saul et Iona-
tha speciosi et carissimi insepe-
rabiles in vita sua et in mor-
te non sunt separati Hic est a-
micicie fructus non ut fides
propter amiciciam deseratur Non
potest enim homini amicus esse qui
deo fuerit infidelis Pietatis cu-
stos amicicia et equitatis ma-
gistra Ut superior inferiori se
exhibeat equalem inferior superiori

Inter dispares enim mores non potest
esse amicicia. Et ideo convenire
sibi utrumque debet gratia. Nec
auctoritas desit inferiori si res
poposcerit nec humilitas superi-
ori. Audiat quasi parem quasi
equalem. Et ille quasi amicus
moneat obiurget. Non iactan-
tie studio sed affectu caritatis.
Neque monicio aspera sit neque
obiurgatio contumeliosa. Sicut
enim adulacionis fugitans ami-
cicia debet esse ita eciam alie-
na insolencie. Quid enim est ami-
cus nisi consors amoris ad quem
animum tuum adiungas atque
applices et ita misceas ut unum
velis fieri ex duobus.
Cui te tamquam tibi committas.
Nichil ipse commodi tui causa
inhonestum petas. Non enim ve-
ctigalis amicicia est. Sed plena
decoris plena gracie. Virtutis
est enim amicicia non questus
quia non pecunia paritur sed
gracia. Nec licitacione preciorum
sed concertacione benivolencie.
Denique meliores amicicie sunt
inopum plerumque quam divitum
et frequenter divites sine ami-
cis sunt quibus abundant
pauperes. Non est enim vera amicicia
ubi est fallax adulacio. Diviti-
bus itaque plerique adsentatorie
gratificantur. Erga pauperem
nemo simulator est. Verum est
quicquid defertur pauperi.
Huius gracia invidia vacat.
Quid amicicia preciosius que
angelis communis et hominibus
est. Unde dominus Ihesus dicit
Facite vobis amicos de mamo-
na iniquitatis qui recipiant vos
in eterna tabernacula sua. Ipse
nos dominus amicos ex famulis
facit sicut ipse ait. Iam vos
amici mei estis si feceritis que
precepi

precepi vobis. Dedit formam
amicicie quam sequamur ut
faciamus amici voluntatem
ut aperiamus secreta nostra
amico quecumque in pectore ha-
bemus et illius archana non
ignoremus. Ostendamus illi nos
pectus nostrum et ille nobis
aperiat suum. Ideo inquit vos
dixi amicos quia omnia que-
cumque audivi a patre meo no-
ta feci vobis. Nichil ergo oc-
cultat amicus si verus est
et effundit animum suum sicut effu-
debat misteria patris dominus
Ihesus. Ergo qui facit voluntatem
dei amicus est. Hac hono-
ratur nomine. Cui una-
nimus ipse amicus est. Unde
unitatis in amicicia sit animo-
rum nec quicquam detestabilius quam
qui amiciciam leserit. Unde
in proditorem dominus hoc gra-
vissimum invenit quo eius con-
demnaret perfidiam quod gracie non
repre(s)sentaverit et convi-
vio amicicie venenum malicie
infuderit. Itaque sic ait. Tu
vero homo unanimus et dux
meus et notus meus qui simul
semper mecum dulces capiebas
cibos. Hoc est non potest
sustineri istud quia unani-
mus appetisti eum qui tibi
donaverat graciam. Nam si
inimicus meus maledixisset
michi sustinuissem utique et
ab eo qui me oderat abscon-
derem me. Inimicus vitari
potest amicus non potest si insi-
diari velit. Illum cavemus
cui non committimus consilia
nostra. Hunc cavere non possu-
mus cui commisimus. Itaque ad ag-
gravandam peccati invidiam non
dixit. Tu vero homo malus a-
postolus meus sed unanimis meus
hoc est non inimicus sed amicus

proditor et qui unanimem perdi-
disti. Dominus ipse cum a tribus
regibus offensus esset quod sancto
Job non detulissent ignosce-
ndum per amicum maluit ut a-
micicie suffragio remissio
fieret peccatorum. Itaque rogavit
Job et dominus ignovit. Pro-
fuit illis amicicia quibus
offuerat insolencia. Hec apud
vos deposui filii que custo-
diatis in animis vestris. Utrum
aliquid profectus ha-
beant vos probabitis. Interim
multam copiam exemplorum
afferunt. Nam prope omnia maiorum
exempla plurima quoque dicta
his tribus inclusa libris te-
nentur ut si sermo nichil de-
ferat gracie series tamen ve-
tustatis quodam compendio
expressa plurimum instructionis
conferat.

Explicit liber tercius de Officiis.

Libri sancti ambrosii mediola-
nensis episcopi qui de patriarchis
inscribuntur hii sunt: De Ab-
raham liber primus. De Ysaac et
anima liber I. De bono mor-
tis liber I. De Esau et fuga
seculi I. De Jacob et vita be-
ata II. De Joseph I. De benedic-
tionibus patriarcharum I. De ap-
pologia david I. De Nabuthe
et Achab I. De testimonio in
Salomone I.

Incipiunt libri sancti ambro-
sii de patriarchis numero
undecim. Primus de Abra-
ham. Secundus de Ysaac
et sic de aliis ut supra patuit.

Abraham libri
huius est titulus qui
per ordinem
sanctus quoque
patriarche
gesta consi-
derare ani-
mum subiit.
De quo nobis
moralis primo
cum tracta-
tus et simplex.
Nam et si altiori disputacione pro-
cessus quidam et forma virtutis
et quedam species exprimatur tamen
sapiencia querit altius eius vestigia
spectare virtutis. Profectus est. Etenim
si ea que natura ad victum ge-
neravit hominum non omnibus sed
gemine aut etiam uberiores gracie
sunt quanto magis ea quibus epu-
lantur animi non angusti
sed abundancioris uberis et mul-
tiplicis tibi esse estimari conve-
nit. Non mediocre autem otio-
sum negocium. Etenim ad duos
dedit nos hunc locupleti benedic-
tionis sue dote donavit ut eius
gracia prorogaretur ceteros insti-
tuto corrigeret. Magnus est quoque
nobis imitandum descripserit
ut corda hominum in vicia laben-
cia huius viri contuitu velut
quodam tireno busto resuscitata.
Et non presumptuosum debet videri
si nos quoque scrupulosius eiusdem
viri persequimur vestigia. Nam si
sapientes huius mundi id est ut
Plato ipse princeps philozopho-
rum non veram aliquam sed
fictam et adumbratam sibi ad
quam legimus polam proposuit politiam
edificandam ut doceret qualem
rem publicam esse oporteret. Itaque
quam nec audierat nec viderat

in aliqua urbe describendam putavit
ut hii quibus hoc munus est quead-
modum rem publicam regerent insti-
tui possent. Et si condiscipulus pla-
tonis Xenofon ille socraticus
fictis et ipse rebus personam voluit
informare sapientis in eo libro
quem ciropadiam inscripsit ut omni-
no philosophie simul regis in-
sti et sapientis disciplina pro-
cedit epithomagis nos non pro-
positam figuram sapientis verum
sed expressam virtutem et divino
institutam magisterio recense-
re intendimus et vias eius debemus
prosequi. quem moyses ita descri-
psit ut retro quodammodo se ipse
respiceret. Abraham plane vir et
consultacio virtutum clarus insignibus
quem votis suis philosophia
non potuit equare. Denique mi-
nus est quod illa finxit quam
quod iste gessit maiorque am-
bitio eloquentie mendacio men-
datio simplex veritatis fides
Itaque huiusmodi fuerit in eo
avito devocio consideremus. Et-
enim virtutis ordine prima est que
est fundamentum ceterarum me-
ritorum hanc ab eo primam
deus dicens. Exi de terra tua
et de cognatione tua et de domo
patris tui. Satis fuerat dixisse
de terra tua ubi erat exire de
cognatione. exire de paterna
domo. Sed ideo singula dixit
ut eius affectum probaret. Ne
forte aut imprudentem reprehen-
de videretur aut fraus aliqua
mandatis pateretur celestibus.
Sed sicut declaranda fue-
runt precepta ne quid lateret
ita etiam proponenda merita
ne forte desperaret. Temptatur
ut fortis incitatur ut fidelis
provocatur ut iustus. Merito

quod exiuit quemadmodum locutus
est ei dominus. Et exiuit cum
eo loth. Hoc est quod pro-
prio inter septem sapientum de-
celebratur exemplo id est sequere deum
facto prevenit abraham dicto
sapientum et secutus deum exiuit
de terra sua. Sed quia cum ea ter-
ra fuerat alia hoc est regio
Chaldeorum de qua exiuit Tha-
ra pater abraham et in Charan
demigravit et quia secum ad-
duxit nepotem suum. tertium
erat exi de cognatione
tua. Consideremus ne forte hic
sit exire de terra sua de huius-
modi hoc est de corporis nostri
quadam commoratione exire
de qua exiuit paulus qui di-
cit conversatio autem nostra in ce-
lis est et illecebris et dele-
ctationibus corporalibus quasi
velut cognatas anime in-
dixit. Cum compati necesse
est corpori donec eius copu-
lata connubio adhereret. Ergo
exire de conversatione terrena
et a secularibus delectamentis
et superioris vite moribus at-
que actibus debemus. Ut non
solum loca sed etiam nos
met ipsos mutemus si cupi-
mus adherere deo descisamus
corruptibilia. Sunt autem
corruptibilia caro delectatio-
nes obnoxia passionibus
corporalibus. Cognatos autem
passiones intelligimus. Nam
quia anima ad dei imaginem facta
est. Hoc est bipartita et ratio-
nabile habens et irrationa-
bile quod dividitur per carnem
et delectationes corporalis ille-
cebras. Ceteras scilicet passiones corpo-

Sexlia hoc

Nunc iustus est vir rationa-
bile anime sue ab irrationabili
seiungere debet ac segregare Hec
est enim exitus de Charra tamquam
de cavernis quibusdam et al-
tis latibulisque egredi / Late-
bra enim criminose conscientie est
Et nos igitur sequentes Abra-
ham exeamus de latibulis / Si
enim filii Abrahe sumus opera A-
brahe faciamus ut luceant o-
pera nostra coram deo et coram
hominibus / Iustus dicit opera
sua regi peccator semper oc-
cultat sicut Adam occultare
se cupiebat sed latere non po-
terat perambulat itaque mandato
Abraham nec ulla legitur ho-
ra intervenisse / Egressus per-
ambulavit usque ad Sichem
quod interpretatione latina
dicitur humerus vel cervix
per que exercitationem prescripti
operis intelligimus / Siquidem
et infra habemus Supposuit
humerum suum
ad laborandum / Non per figu-
ram laboris id expressimus ad-
vertimus per devotionem nostram
sanctus / Abraham non solum
studio sed etiam efficacia pro-
bavit fructuosa qua ad quer-
cum usque pervenit / quo loco
apparuit illi dominus et dixit
Semini tuo dabo terram hanc
Vide quod promissio frequenti
tamquam invalidum adiuvat in-
firmitatem atque instituat ut ipse
memor sui totum deo deo de-
putet nihil sibi vendicet /
Ideo et aram edificavit deo
qui apparuit ei / Et recessit in-
de in montem contra orientem

Bethel surgente adhuc sole cu-
pientes iustitiam vide / Ideoque non
in vallibus sed in monte taber-
naculum sibi locavit quia deus
montium est et non vallium / Et
invocavit nomen domini ubi Be-
thel id est domus dei ibi et ara ubi
ara ibi et invocatio dei nostri
augmentoque processus tantus ha-
buit quia dei auxilium sperabat
sibi fore / Exercetur athleta
dei et duratur adversis / In des-
tinum ubi fuit famem incidit in
Egiptum descendit / Semper erat
in Egipto lascivia invenimus
esse luxuriam petulantem cu-
piditatem / voluptatum intem-
perantiam / Adiciebat nunc quod
intuitum uxoris pudicitiam
fore sibique coniugis pulchritudi-
nem periculo futuram / monuit
uxorem ut sororem se diceret
Quo docetur non magnopere
decorem querendum coniugii
que viro plerumque necem gi-
gnere solebat / Non enim tam
pulchritudo mulieris quam virtus
eius et gravitas delectet virum
Cum suavitatem querit coniu-
gii non superiorem censu con-
iungit quia necessitates non tolerat
maritales / Non monilibus
ornatam sed moribus / Offen-
dit plerumque virum si se uxor
nobiliorem noverit licet proxi-
ma sit sibi sunt / Sara non
facultatibus ditior non genere
splendidior erat / Ideo virum
imparem non putabat / Ideo
quasi patrem gratia diligebat
Ideo nam census est retenta
non parentibus non propinquis
Sed virum proprium quocumque
pergeret sequebatur / Extima adiit

Auctor pulc. de bono coniugii

pulc. non diversi diversi

sororem se eius asserunt conte-
ta si ita necesse est se periclitari
pudore quam virum salute. Ut tu-
eretur maritum mentita est germa-
nitatem ne insidiatores pudo-
ris eius tamquam emulum et
coniugem uxoris necarent. De-
nique simul ut viderunt illam
egiptii admirati quod speciosa es-
set valde induxerunt illam ad
regem suum et tum abraham
bene egerunt tamquam fratrem
eius que placuisset regi hono-
rantes. Afflixit autem dominus
pharaonem afflictionibus ma-
gnis et seuissimis. Et domum
eius propter sarram uxorem abrahe.
Magnum testimonium dominice
cure est castitatis. Intuendus locus
ita hortatorius ut unusquisque
castum se probeat alienum non
affectet thorum nec latendi spe
aut faciendi impunitate ali-
enam uxorem incessat non
incuria aut stultitia prouocet
mariti aut longiore absen-
tia. Adest presul coniugii deus
quem nichil latet nichil
euadet nemo irrideat uiri
mariti absentis tuetur. Fugat
cubiculis uino pre cubiculis
deprehendit crimen antequam fiat
at quod patrauerit. In animus
singulorum in mentibus omni-
um eorum timen agnoscat. Et si ma-
ritum adulter fefelleris non
falles deum et si maritum euase-
ris et si iudicem foris luseris
non euadis iudicem totius
mundi. Ille grauius ulciscatur
iniuriam inopis contumeliam
imprudentis mariti. Maior
enim est iniuria auctorem qui
custodem thalami posuit et tuo
considerationi. Ipse ergo pharao

rex egiptiorum quem et
insolencia regalis supernam
potenciae et egipti lasciuia a
te superiores a studio castitatis
abducere potuit abraham
et arguit dicens. Quid hoc
fecisti michi. Quia non di-
xisti michi quia uxor tua
est. Et dixisti michi quia so-
ror tua est et sumpsi eam michi
ergo eam uxorem et nunc ecce
uxor tua ante te. Et si natu-
ra ferus ac barbarus tamen
significat etiam estantes ac
barbaris moribus esse curam
pudoris et adulterii et sibi ti-
mere cauendum. Cuius ostendit
ignoranciam condempnat
intemperanciam. Nec mirum
si barbarus hoc nouit na-
ture muta animalia que
nullius racionis sunt tamen
aliqua que non solum pa-
ribus sunt copule sucient
fidem. Seruandus est coniugis
omnis ut castitatem custodiat.
Ita maior lex nature quam le-
gum prescripto est. Non mi-
rum si et iste egiptius rex
deum timuit qui hominem
non timebat et penam sol-
uit adulterii qui nullis te-
nebatur eius legibus. Sta-
timque ubi alienam cognouit
esse uxorem non solum ma-
rito reddidit. Sed etiam pro se-
curitate dedit qui deduceret eum
ne quis de populo barbaro
irrogaret uiolentiam uel
periculo uiri uel uxoris pu-
dori. Pulcerrimus est hic locus
ad incitandum studium deuo-
cionis ex hijs quod deus fecit

tutis semper est. Et ideo deum preferre
debemus omnibus non patrie co-
mitu nec parentum filiorumque
gratia nec uxoris contemplatione
revocari debet ab execu-
cione preceptorum celestium. Divina
deus omnia illa nobis largitur
et potens est servare que donat.
Cuius magnum exemplum
devotionis Abrahe qui cum
uxore speciosa descendit in
Egiptum. Erat quidem iusto viro
cura coniugalis pudicicie. Sed
maius erat studium maturan-
de devotionis. Ne pretulisse cu-
stodiam thori mandatis vi-
deretur celestibus. Itaque qui pro
deo contempsit omnia rece-
pit a deo multiplicata omnia.
Sed primam deus pudicicie red-
didit remuneracionem quam
gratam sciebat coniugi. Nam
quia studio obediendi celesti
oraculi uxorem quoque in
periculum deduxit pudoris
etiam testimoniam coniugi
defendit. Homines igitur sibi
parentes iusto ordine vendicat
ut devocio ordinem et ce-
terarum virtutum graciam cumul-
tebatur. Sanctus Abraham
nepotis presencia cui patri-
um affectum exhibebat. Osten-
dit ipsa inter servulos nepo-
tis et patrui adortis prude-
ncior simultatum dissensionibus
dominorum concordiam solui
solere imputari fibram dis-
cordie ne contagium ser-
peret. Insociabilibus enim puta-
uit ut copula sequestraretur
quorum gratia dimouetur. Quod
et forte oportet si forte

huiusmodi aliquid inciderit ut
seminarium dissensionis aufe-
ratur ne forte. Nam cum tu fortior
quam Abraham? Ille declinanda
censuit non despicienda ser-
vulorum iurgia et si tu fortior
caue ne alter infirmior qui
autem probat simultates susurros
frequenter divisa iudicia inter
parentes discordiam serunt.
Divide potius ut maneat a-
micicia indivisa domus du-
os dominos non sustinet. Nonne
melius est emigrare cum
gratia quam cohabitare cum discor-
dia. Ipsa quoque huiusmodi esse
debebat divisio patriarcha e-
docet: firmior dividat infir-
mior eligat ne habeat quod
queratur electori suo non
potuit calumniari. Non re-
sidet occasio resiliendi cui
datur eligendi opcio nec
divisor gravatur. Nam quo
prudentior eo cautior ut nec
in divisione commiscebatur
nec in electione fraudetur.
Divisit Abraham quia non ca-
piebat inquit illos terra ha-
bitare simul quia nimium
divites erant. Seculare vicium
ut divitiis terra non capiat ni-
chil enim satis est divitum cupi-
ditati. Quanto ditior quis fu-
erit tanto avidior ad possi-
dendum est. Extendere agri
terminos cupit et vicinum ex-
cludere. Numquid huiusmodi
Abraham? Minime. Quoniam in
principio et ipse amplificatior
uni cum prefatio ante adve-
ntum ipse nondum venerat
qui dicit: Si vis perfectus esse
vade vende omnia et da pau-
peribus

In divisis fratris quod debet esse divisio: senior dividat, iunior eligat

Quanto quis ditior tanto avidior ad possidendum

Et veni sequere me. Tamen minime avidus delectacionem dilectionem offert ut iustus dissensionem amputat. Non sit inquit iurgia inter me et te inter pastores meos et inter pastores tuos. Quia omnes nos fratres sumus. Nonne ecce tota terra ante te est discede a me. Si tu in dexteram ego in sinistram. Vel si tu in sinistram ego in dexteram. Et levavit oculos loth et elegit in ignaram regionem inquit iordanis que tota irrigabatur et erat sicut paradisus dei. Plerumque possessiones obveniunt hereditarie alie utiliores alie ameniores non utique in porcione pede sunt. Nam incipit animi singularum meritum. Sed si non queunt partes de utilioribus convenire conferuntur ameniores utilioribus. Diversa hominum ingenia sunt. Alios utilia. Alios amena delectant. Infirmior amoeniora eligit utiliora fastidit. Villicus non numquam utilis est vel actor agri confertur urbano. Si insipiens sit elector aut totum eligit aut focalem quem peruasionis gratie putat refutat utiliorem. Plerumque etiam ubi fructus impetrabiles sunt prudentior amoeniora declinat. Cito invidiam movent cito in se excitant mentem avari. Hic tamen nichil dicit scriptura de eo quod alia pars utilior alia amenior fuit. Ne studio abraham cepisse oculos adolescentis

lo[illegible] quia amena eligit in manus sodomitarum incurrit

videretur amenam partem vid despexit non addidit aliam utiliorem. Necesse erat ut de tota regione duas partes faceret. Deinde presentia non absentia dividebat. Una regio capere utrumque non poterat. Secundo potuit simile esse iusticie electionem obtulit. Loth amena elegit que cito sodomitis oculos intulit. Hinc bellum inter reges. Ad usum sanorum victoria incolarum captivitas. Itaque etiam loth in suo consilii precium luit. Non tantum in fecunditate quam amenitatis cupidia deceptus ut etiam ipse captivus ducitur. Talis omnibus similiter nequitie a prudentiore desceret et peritem flagiciosissimorum elegerat. Sadoma enim luxuria atque lascivia. Sodoma declinacio latina interpretatione dicitur. Loth vero his vitam eligit qui a virtute declinat et equitate deflectit. Quo comperto abraham enumeravit servulos suos vernaculos et cum trecentis decem et octo viris adepta victoria liberavit nepotem. Probatur diviciis eius affinitudo sic amabat nepotem ut pro eo nec belli declinaret periculum. Secundo enumeravit hoc est elegit. Unde et illud non solum ad scientiam dei refertur sed etiam ad gratiam iustorum. Quod in evangelio dixit dominus iesus. Et capilli vestri numerati sunt deo. Cognovit autem deus qui sunt eius

non indignatur cognoscere. Nume-
rauit autem trecentos decem
et octo ut sciat non quantitatem
numeri sed meritum electo-
rum possim. Eos enim adsciscit quos
dignos numero iudicauit fide-
li qui in dominum nostrum Ihesum cristi
passionem crederent. Trecentos
enim T. greca littera significat. De-
cem et octo .I. in summa I.H. ex-
primit nomen fidei. Ergo merito
abraam vicit non populosa
certamina. Denique eos quibus qui-
que regum arma cesserunt cum
paucis congressus vernaculis trium-
phauit. Sed qui vincat non
debet arrogare sibi victoriam
sed ascribere deo. Hoc abraam
docet qui triumpho humilior
factus est non superbior. Sacri-
ficium denique obtulit decimas
reddit. Ideo et cum melchise-
dech qui interpretatione la-
tina dicitur rex iustitie rex
pacis benedixit. Erat enim
sacerdos summi dei. Quis est
rex iustitie sacerdos dei de quo
dicitur: Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem mel-
chisedech hoc est dei filius
sacerdos patris qui sui cor-
poris sacrificio patrem nobis
repropiciauit delictis. Victo-
riam autem illud quod de preda
victorie nichil voluit con-
tingere nec oblatum sumere
dimittit in fructum trium-
phi mercedis susceptio et be-
neficio accedit gratia plu-
rimum cum decrescit vtrum peti-
ne angelice dimicaucis. Alti
mercenarij loco ducatur alt-
dignius habetur compensatoris
gloria. Sure [illegible] de preda v-
surpare aliquid vel oblatum

recusat vel dicat qui dedit ego
ego diuitem feci eum. Hoc solum
sibi satis est testificatur ipse pa-
stor [illegible] inuenio prestitisse.
Dicet aliquis cum ipse dicat
quod dixit ad regem sodomorum
nichil summam absit cum preda
vtique in potestate victoris fuit
docet militarem disciplinam
ut regi seruentur omnia. Deni-
que his qui secum fuissent in ad-
iumentum fortasse sociati par-
tem emolumenti tribuendam
asserit tanquam mercedem la-
boris. Ideo et cum sibi merce-
dem ab homine non quesi-
uit a deo recepit sicut legi-
mus. Septimum verba post hec
verba factum est verbum domini
ad abraam in visu dicens:
Noli timere abraam ego
protegam te merces tua mul-
ta erit valde. Non est segnis
ad remunerandum dominus
et cito promittit et multa
largitur ne infirmos ani-
mos per dilationem aliquam
subeat penitentia presentia
contempsisse et velut qua-
dam copiosa largitate co-
mpensat ut vberiora restituat
ei qui captus non fuerit
oblatione presentium. Ab ipso
quoque domino mercedem
tamen postulet consideremus.
Non diuitias ut auarus ex-
poscit, non longeuitatem
istius vite ut meticulosus
mortis. Non potentiam sed
dignum querit sui heredem
laboris. Quid michi inquit
dabis? Ego autem dimittor sine
filiis. Et infra: Cum michi
semen non dedisti vernaculus
meus heres michi erit.

Deus non est segnis
ad remunerandum

Vitant ergo homines coniugia non spre-
nere sibi sociare impares nec huius-
modi suscipiant liberos quos he-
redes habere non possint. Et vere
circumscindende hereditatis contem-
placione per nullo contuitu pu-
doris moventur digno studeant
matrimonio. Sed si Abrahe sen-
tentia ad corrigendum minus
proficit accipe oraculum dei
huiusmodi condempnantis
hereditatem. Non erit inquit
heres tuus hic sed alter qui exi-
erit de te ille erit heres tuus.
Quem dicit alterum? Peperit
enim et Agar filium Hismahel sed
non ipsum dicit, sed dicit sanctum
Ysaac. Et ideo addidit qui exi-
erit de te. Ille enim vere exivit
ex Abraham qui legittimo
coniugio procreatus est. Sed per
Ysaac legittimum filium illum
verum legittimum possumus
intelligere dominum Ihesum quem
invenimus in principio ewangelii
secundum Matheum Abrahe filium
legimus. Cui certo se Abrahe
gessit heredem auctoritas illumi-
nans possessionem per quem
Abraam prospexit in celum
et splendorem sue posteritatis
agnovit non minus illustre
quam stellarum celestium fulgorem
claritatis. Sicut enim stella ab
stella differt in claritate ita
etiam resurreccio mortuorum.
Et plus dicit. Ego per resurreccionem
sue donans consorcia homines
quos mors solebat tenebris abscon-
dere regni celestis fecit ille par-
ticipes. Quod autem Abrahe pro-

geniei diffusa est in ipsis per hereditatem
fidei per quam celo comparata
conferimur angelis, equamur
stellis. Ideo ait: Sic erit semen
tuum. Et credidit inquit Abraham
deo. Et quid credidit? Christum sibi
susceptione corporis heredem
futurum. Ut scias quia hoc cre-
didit dominus ait: Abraham
diem meum vidit et gavisus est.
Ideo reputatum est illi ad ius-
ticiam quia racionem non
quesivit sed promptissima fide
credidit. Bonum est ut racionem
preveniat fides ne tamquam
ab homine ita et a deo racionem
videamur exigere. Etenim quam
indignum ut humanis testi-
moniis de alio credamus de
oraculis de se non credamus.
Imitemur ergo Abraham ut
heredes simus terre per iusticiam
fidei per quam ille heres
mundi factus est. Sed forte
dicat aliquis: Quid Abraham
nobis imitandum proponis
cum de ancilla susceperit filium?
Aut quid sibi hoc volt
ut tantus vir huic errori
fuerit obnoxius cum tanti
opera miramur. Et ideo ne qui-
dam more navigantium lo-
cum hunc quem plerique
padosum putant declinasse
videamur racionem eius ex-
planare cordi est. Non ab-
surdo quod Abraham de ancilla
suscepit filium ut cognoscas
quia non superioris cuiusdam
nature ac substancie fuit
Abraham sed unus eiusmodi
et fragilitate communi corporis

Pena criminis ex tempore legis est

domino. Denique et de regione
Chaldeorum vocatus est quos su-
perstitioni vane intentos esse ma-
gistrum ceteros accepimus et ideo
maiorem invenit gratiam apud
deum qui superioribus renuntia-
vit ad priora se extendit ut
sequeretur deum. Propositus est enim
ad imitandum tibi ut et tu
dimittas quasi peccatis renuncies
possis invenire deum. Misterium
enim magne tamen aliquis
est quod iam cum deo loquebatur
et ad ancillam introivit
sicut scriptum est. Causa dixit
Sara ad Abraham. Ecce con-
clusit me dominus ut non
pariam. Intra ergo ad ancillam
meam ut filium facias ex
illa. Et ita factum est. Sed
consideremus primum quia Ab-
raham ante legem moysi et
ante evangelium fuit. Nondum
interdictum adulterium videbatur.
Pena criminis ex tempore
legis est que crimen inhibuit
nec ante legem ulla est rei dam-
natio sed ex lege. Non ergo in
legem commisit Abraham sed
legem prevenit. Deus in para-
diso licet coniugium laudaverit
non damnaverat adulterium.
Non vult enim mortem pec-
catoris. Et ideo quod premium
est pollicetur, quod pene non
exigit. Mamile enim militibus
provocatione quam cetere servitoribus.
Et tu peccasti cum gentilis
esses. Habes excusationem.
Venisti ad ecclesiam audisti
legem. Non adulterabis. Iam
excusationem delicti non ha-
bes. Tamen quia tu hic in
simo est quidam gratiam

baptismatis nomen dederat
sequens tantum crimen fecit
facit sibi tribuendam veniam.
Sed quasi ei qui crimen commi-
serit in Iudea tamen absti-
nendum noverit. Denique illi
adulteram quam in evangelio ob-
tulerunt scribe pharisei cum
cognovit quidem dominus superiora
sed ait vade et amodo vi-
de ne pecces. Quod cum ille
dicat tibi dicit peccasti genti-
lis adulterium peccasti catecu-
minus ignoscitur tibi re-
mittitur per baptismum.
Vade et vide postea hoc ne
pecces. Habes causam Abrahe
defensionem. Secunda illa est
quod non ardore aliquo va-
ge successionis libidinis pe-
tulantie forme captus de-
core ancille contubernio co-
niugalem post habuit thorum
sed studio querende posteritatis
et propagande sobolis. Adhuc
post diluvium raritas erat ge-
neris humani. Erat etiam
religioni ne quis reddidisse
debitum videretur nature.
Denique et loth sancti filie hanc
causam querende posteritatis
habuerunt ne genus defi-
ceret humanum et ideo publi-
ci muneris gratia privatam
culpam texuit. Et nec ocio-
sum est quod uxor auctor facti
inducitur ut excusetur ma-
ritus ne vago raptus errore
credatur. Simul ut discant
mulieres diligere viros nec
agitari vana suspitione de-
pelicatus aut invidere pinguis

Si liberos ipsi non susceperint. Et
causa esset viro quod liberos non
habet suasit ut intraret ad an-
cillam. Hoc fecit lia. hoc rachel
propter quod dixi mulier zelum depo-
nere qui sepe mulieres in furorem
incitat. Sed et vos imbuo vi-
ri ingenue qui ad gratiam domini
tenditis non commisceri adul-
terio corporis. Scitis enim se iungit
meretrici unum corpus est. Nec
dare hanc occasionem divorcii
mulieribus. Nemo sibi blan-
diatur de legibus hominum.
Omne stuprum adulterium est
nec viro licet quod mulieri non
licet. Eadem a viro que ab u-
xore debetur castimonia. Quic-
quid in eam que non sit le-
gittima uxor commissum fu-
erit adulterii dampnatur cri-
mine. Ergo adulteres quid de-
beatis cavere nequis sacramen-
tis se indignum probat. Accipite
etiam aliud quia huiusmodi
intemperancia solvit caritatem
coniugii. Superbas ancillas fa-
cit iracundas matronas. Di-
scordes coniuges. concubinas
procaces inverecundos mari-
tos. Simul ut de domino conce-
pit ancilla sprevit dominam
suam tamquam ditior partu.
Domina se despici dolet mari-
tum auctorem iniuriarum
suarum arguit. Denique sara
ipsa marito ancille sue pote-
statem dederat. et propterea dicit
ad eum. Iniuriam accipio ego
propter te. Dedi ancillam meam
in sinum tuum ubi autem vidit
conceptum esse. spreta sum in-
quit coram te ab ea. Iudicet
deus inter me et te. Commotus

dolor quem gerit querela sit fe-
minea lectione exponitur. Da me-
dium et levem maritum
commoveri nesciat et divor-
cium sat exhibet. Sed abraham
fuit moderatus et prudens.
Ecce inquit ancilla tua in ma-
nibus tuis. utere eam quomodo
tibi placuerit. Maluit enim u-
xorem tenere quam famulam.
Nec hoc tamen plenam vene-
diam [?] accepit potestatem in-
crudam [?] uxor. et inmoderatio-
nes [?] premissa utitur. Sed
sara moderacionem non tenu-
it que tenebat. Ideo quod scriptum
est. Et afflixit eam sara et
fugit a facie eius. Duo sunt
que comprehendit scriptura. in-
et domine gravem indignationem
exprimet et ancille timorem
ac superbiam. Quod afflixit
eam sara ad iracundiam af-
fligentis refertur. Sed agar
[?] continuacio filii pacien-
cia non ferebat que sibi
contubernium vendicabat
suam indignata est iniuriam
que indixerat insolencia. De-
nique interroganti angelo quo
iret. inquit a facie sare domi-
ne ego fugio. Et hoc timo-
ris immodici ut prius nomen
sare diceret propterea dominam
significaret. Illud ad iniu-
riam pertinuissimum. hoc ad ex-
pressionem persone additum. Non
placuit angelo ancille inso-
lencia. Et ideo dixit illi reu-
tere ad dominam tuam. Utique
non latuisset angelum si vi
suppliciorum victa fugisset et
magis reprehendisset verbum

senitiam quam fugientis discres-
sionem. Sed ut offenderet tan-
quam superba fugiebat ne publica-
ta esse dominae addidit. Et
humilia te sub manibus eius.
Opto igitur ut hoc vitium
nullus incidat. Sed si quis
inciderit discat ancillam su-
am humiliare uxori suae. Ne-
mo vult ancillam vindicare
excludat uxorem. Ergo abra-
ham et omnis de populo cir-
cumcisionis et causa posteritatis in-
troierat ad ancillam. Sed uxor
eius sterilitatem suam obum-
brare cupiens auctor eius-
facti fuerat viro. Sed tamen
non otiosum est quod post hoc
deus statim quia alia eius
merita probaret vel huius
facti penitentiam dixit illi.
Ego sum deus tuus. Ambu-
la in conspectu meo et esto
sine querela. quasi adhuc ple-
ne non emeruisset. qui despe-
raret sterilis partum uxoris
et de ancilla posteritatem
quaereret. Esto inquit sine que-
rela hoc irreprehensibilis ut
de te uxor non queratur nec
quisquam tua facta reprehendat
Mutat ei nomen littera addita ut
Abraham vocaretur. Abraam
hoc est de patre vano sicut
habet latina interpretatio voca-
retur pater sublimis. pater
electus vel de patre fieret
et pater filii. vanus erat
cum deum nesciret. Electus fa-
ctus postea quam agnovit deum.
pater erat cum de ancilla prolem habe-ret

Sed pater filii vocatur quia non
erat ei filius qui non erat su-
sceptus legittimo connubio. Pe-
perit sara et factus est pater filii
circumcisi iubetur acceptura
veri seminis hereditatem. Non
erat evidens circumcisio carnis
preceptum est castimoniae. Vt a-
quis resecet libidinem car-
nis et indomitas luxus ac
lasciviae resecet cupiditates
etenim circumcisionis vocabu-
lo id prescribitur ut omnis im-
puritatis fetor abstergatur
et auferatur intentio libidinis
libidinis duabus vos summis
defensionibus. Tertia quoque
quam nobis apostoli pauli
tribuit auctoritas qui ait
Illa que gessit abraham
ut de ancilla sobolem su-
sciperet in figuram facta
et secundum allegoriam dicta
Allegoria est cum aliud geri-tur
aliud figuratur. Sicut etiam
ipse apostolus docet dicens. Sub
lege volentes esse legem non
legistis. Scriptum est enim quod
abraam duos filios habuit
unum de ancilla et unum de
libera. Sed hic quidem qui
de ancilla secundum carnem
natus est. qui autem de li-
bera per repromissionem que
sunt per allegoriam dicta. Nam
hec sunt duo testamenta
unum quidem a monte syna
in servitutem generans quod
est agar. Duos populos ostendit
de abrahe generatione ma-
nare. unum iudeorum qui legis
pellabitur serviat. eo quod de an-
cilla in servitutem videatur esse
generatus

Alterum ypianum qui ad remis-
sionem peccatorum celestis gra-
tie libertatem accepit Quod
ergo putas esse peccatum adultis
esse misterium que ea que po-
sterioribus erant futura tem-
poribus reuelabantur Dein-
de addidit Vos autem fratres
secundum ysaac promissionis filii
estis Ideo inquit Nolite querere
opera legis quoniam non iustificatur
homo ex operibus legis nisi per
fidem ihesu christi Sicut fidelis ex
ypianis dicit et nos inquit
in cristum ihesum credidimus
ut iustificemur ex fide cristi
et non ex operibus legis Agno-
scimus ergo quoniam non hec que
in figura contingebant ille
temporum non erat nobis autem
erunt per ad correctionem nostram
scripta cauere nolimus Sed
magis id agamus ut cum sci-
mus libere filii que de Sarra
legis laqueis seruiamus Cum
abraham liberam tenuerit
ancillam eyecit Cuius loci
plerosque moueri scio Si enim
bona est circumcisio hodie quoque
teneri debuit preceptum diuino
oraculo Sed cum apostolus
dixit paulus quia abraham
signum accepit circumcisionis ve-
rum signum non ipsa res sed al-
terius est rei hoc est non ve-
ritas Denique ipse exposuit et
expressit dicens Signum acce-
pit circumcisionis signaculum iu-
stitie et fidei vnde non incon-
grue intelligimus quia circumci-
sio corporalis signum circumcisionis
est spiritualis Ergo signum man-
sit donec veniret veritas Ad-
venit dominus ihesus qui ait

Ego sum via veritas et vita
qui non partem exiguam corporis
in signo sed totum circumcidit
hominem in veritate Signum
destruxit veritatem induxit
Una postea quam venit quia
perfectum est quod ex parte
euacuatum est Et ideo cessauit
circumcisio partis vbi refulsit
circumcisio vniuersitatis Non
enim non ex parte sed totus
homo saluatur in corpore salua-
tur in anima Scriptum est
enim Qui vult post me ve-
nire abneget semetipsum et
tollat crucem suam et sequatur
me Hec est circumcisionis
per corporis oblationem redimit
anima De qua ipse dominus
ait Quoniam qui perdiderit
animam suam propter me in-
veniet eam Superest illa nostre
questionis portio vtrum de-
buerit pars committi cum ex-
ventura perfectio qui locum
facilis ad diluendum si con-
deremus quibus pars man-
data sit quibus futura per-
fectio pars enim mandata
secundum legem populo
Iudeorum illi dura ceruice illi
firmo illi qui dominum suum
non cognouit Cum ergo pa-
rem non potuerit sustinere quo
perfectionem futuram potuisset
Ut per puerilium litteris im-
buas a singulis literarum elementis
inchoandum est tibi ut a
singulis apicibus ad sillabas
a sillabis cum per ordinem
ad nomina orationesque deducitur
Nec per mare quisquam nauiga-
re intrepidus nisi qui ante
in fluminibus nauigauerit de-
inde siquid conficiendi itineris
aut leuandi honeris pueri

prolectionis mandare nunquid equia
ia honera sunt / aut ferendus labor
ita legitur noueris huius circumcisionem
circumcisionis esse sublatam quia tempore in
stituti validioribus ydonei uidere
tur ut et fideles apparerent / quam
multitudo innumera crucem tollere
suam / que propter christum crucem deuouit
et mortali non possent resistere
tum in totius corporis immola
tione quem salutem putarent
eam exiguam circumcisione sue sa
guinem salutarem arbitrarentur
Considerandum autem quod in preputio
positum uocauit deus / In preputio
adhuc manenti legittimus filius pro
missa est hereditas / ut non iude
orum tantum modo patrem ut ipsi
asserunt / sed omnium credentium aucto
rem per fidem crederes / Sara quoque
cum circumcisionem uiri inueniret
huius adiectione non mediocri remu
neratione benedicitur / ut principa
tum uirtutis et gratie haberet / Et quia
nationes et reges generaui spon
det futuros / ut in ipsa typus non
synagoge sed ecclesie constituetur et
Risus autem promisso filio risit
abraham / non incredulitatis sed exultatio
nis indicio fuit / Deinde cecidit in faciem
suam adorauit credidit / et adiecit
Si in centum annorum nascatur filius
et si Sara nonaginta annorum pariet
et dixit hysmahel hic uiuat in
conspectu tuo / non est incredulus in
promissis nec auarus in uote / hoc
est non dubito quod facias ut quia cen
tum annorum senj dones filium et
mature auctor nature metas rela
xes / Beatus cui ista donantur / sed tu
et id hic hysmahel quem habeo de
uernacula uiuat in conspectu
tuo habundat in gratia / Deinde deus

comprobauit eius affectum et petitionem
non abnuit / et sua promissa firmat
Proximus de abrahe deuotione ac fi
de prudentia iusticia caritate par
simonia nec non de hospitalitate
dicamus / est enim non mediocris
ca uirtus / unde et apostolus principa
lem eam in episcopo esse oportere de
mine sc(r)iptionis designauit / auctoritate
ut presto sit aduenientibus et occurrat
ob uiam et itinera exploret / et ca
sit ne quaerentibus et rapiat preter
euntes / Ante hostium sedebat abraham
sedebat meridie quando alii requiesce
bant / Iste hospitium explorabat ad
uentus meritis illi deus apparuit
ad quercum mambre quia fructum hospi
talitatis studiosissime requirebat
Et respiciens inquit oculis uidit
et ecce tres uiri stabant supra illum
Et cum uidisset illos cucurrit obuiam
illis / unde primo fidei misterium / Deus
illi apparuit / et tres aspexit cui
deus refulsit / Trinitatem uidet non
sine filio patrem suscipiat nec sine
sancto spiritu filium confitetur / Hec alibi
plenius nunc moralis prosequendi propo
situm est loci / Non ociosus sed eque
longe aspicit nec aspexisse con
tentus cucurrit obuiam / festinauit
occurrere quia non satis est recte facere
nisi etiam maturare quod facias festi
nanter enim manducare pascha lex
iubet / Ubi oris enim fructus habet
celerata deuocio / Disce ergo quam im
piger esse debeas / ut possis preue
nire hospitem / ne quis preueniat et
te boni muneris defraudet / Copia
bona est hospitalitas habet merce
dem suam / primum humane gra
tie unde quod maius est remunera
tionis diuine / Omnes in hoc in solatu

hospites sumus. Ad tpus em habita
ci habemus hospiciu. Emigramus pre
caueamus ne si nos duri aut ne
gligentes in capiendis fuerimus hospi
tibus etiam nobis penitus istius
cursum sectorum hospicia denegetur
Unde in ewangelio salvator dicit. facite
vobis amicos de iniquus mammo
na. qui vos recipient in eterna tha
bernacula sua. Deinde etiam in hoc
corpe sitis plerumque aborit pere
grinandi necessitas. Quod ergo alijs nega
veris id inter ipse decernis. et quod
alijs detuleris eo te facies dignum
videri. Si omnes eam formam non susci
piendi hospitis sequatur. ubi e
rit requies peregrinantibus. Reli
ctis igitur humanis habitacionibus
captantium secessus ferarum be
stiarum cubilia. Sed pauperem pre
tendis non opes. A te hospes re
quirit graciam non ornatum convivium
ium. sed cibum obviu. Melior in
quit hospitalitas cum holeribus
ad amiciciam et graciam. quam si
vitulos occidas ad presepia cum
murmuracione. Hec gracia hominibus accep
ta deo. Unde dominus ihesus in ewangelio
cum quicumque dederit hospiti potum
aque frigide. celestium asserit pre
miorum non exortem futurum. De
inde Jacob oves adaquavit ra
chel et graciam reperit uxorem
adquisivit. Deinde qui se angelum
suscipias cum hospitem putas. Abraham
dum peregrinantibus defert hospicium
deum atque angelos eius hospites su
scepit. Denique et tu hospitem susci
pies suscipias deum. Sic scriptum in
ewangelio legis. dicente domino ihesu. ho
spes eram et collegistis me. Quod enim
uni horum minimorum fecistis mihi feci
stis. Unius hore hospicio vidua il
la suscepit heliam et exiguo ali

mento tota tempore famis invenit
alimentum et mercedem accepit
mirabilem. ut nunquam de ydria
farina deficeret. Heliseus quoque
functi pignoris resuscitacione
donata resolvit hospicij precium.
Non sola tamen facilitas suscepti
sed etiam sedulitas suscipientis
et affectus queritur. Utrumque te abra
ham docet. Cucurrit obviam. Roga
vit prior dicens. Domine si inveni
graciam ante te ne preterieris servum
tuum. Sumatur aqua et laventur
pedes vestri et refrigerate sub ar
bore et sumam panem et mandu
cate. et postea transiretis. Apparet qui
de manifestis ad servum verum. Tres
videt et unum deum appellat. ipse
solus se servum fatetur. Denique
conversus ad duos quos ministros
arbitrabatur. etiam ipsis deferre
gestit obsequium. Jam non iure
debito servitutis adstrictus. sed
blando sedulitatis nomine usurp
simulatus. Et festinavit abra
ham in thabernaculum ad Saram
et dixit ei. festina et conspargere
tres mensuras similaginis. et
fac sub cinericia. Bonus ma
ritorum religiosi muneris esse
non patitur uxorem. nec audax
sibi totum munus usurpat. Reli
gionis igitur et pietatis et verecundie
causa servatur. Quod pietatis
velit esse comes. quod pudoris et
integrum manet sarte. Ante tha
bernaculum vir hospitum explorat
adventus. Intra thabernaculum
Sara tuetur femine verecundiam
et opera muliebria tuto exerce
pudore. Exterioris maritus muner
invitat. Intus Sara adornat
convivium. Nec solum ipse festinat

Melior est ho
spitalitas.

Vidua heliam
suscepit

abraham | sed ceteram festinandum docet
vxori sociam deuocionis ostendens
nec fide disparem | Consparge inquit
tres inquit mensuras similaginis
et fac subcinericios | Sic itaque
marisphia dicitur hoc | absconditum
eo quod latere debeat omne misterium
et qui operitur fide silencio | nec per
famis temere diwlgetur auribus
hoc parat maiestas diuina | que
epulatur affectum qui partus lo
quendi sit | nec sara in medium
serat | Breuiter autem fidei mi
sterium docet sara | vnius simila
ginis tres mensuras faciens
que typum ecclesie habet | cui dicitur
letare sterilis que non paris
erumpe et exclama que non par
turis | hec enim que intimo filii
spiritu souet eius diuinitatem as
serens trinitatem | pari quadam
mensura atque reuerencia patrem
filiumque et sanctum adorans spiritum
et maiestatis vnitate concelebrans
personarumque proprietate distinguens
hec deuocione tam fidei afficiet
consparge | mulier similagine
offerat | hec est interiora spirita
lis frumenti uel grani illius
de quo dictum | est nisi in terram
cecident nullum fructum affert
primum et prima vidit dominice resurrec
cionis misterium | et festinans non
passim omnibus sed solis petro et
Johanni intimare sacre salutis
initium | vir curit ad boues su
mat vitulum | et sacramentum do
minice passionis festinato inpiger
studio | non lento ocioso remisso
accipiat | Tractat illud puero
quam nocciam tenere fuerit etatis
dolum nesciat referre non nouc
rit incorrupti corporis custodiat
castimoniam | De quo ait dominus ihesus

nisi conuersi fueritis et efficiamini
sicut puer iste | non intrabitis in
regnum celorum | huic puero et
similibus eius | ceteram sextus dauid
diuine laudacionis dispensat offi
cium dicens | laudate pueri dominum
Nec illud ociosum est cucurrit
ad boues | tenerum vitulum sump
sit et bonum | et cum lacte apposuit
Denique et in exodo cum pascha domini
declararet | ait moyses | agnus
sine macula mundus consummatus
anniculus masculus erit vobis
ab ouibus et edis | sumetis et
occidetis inquit illud tota multi
tudo synagoge ad vesperam | Non
et hic meridies esse describitur
quando | abraham domino offert hospi
cium | Sed et tenerum vitulus immo
latur | et cum lacte manducatur
hoc est non in sanguine sed cum fidei
puritate | Bonus vitulus ut po
te qui peccata diluerit | tener
quia vnctura teruit sed molle
iugum legis ignorat crucis
patibulum non recusauit | Et
merito tener | De cuius capite
et pedibus | et intimus nichil re
lictum est | Et os non contritum
ab eo. sed totus epulancium
cibo cessit | Talem nobis legis
figurauit vmbram | talem veri
tas euangelij demonstrauit | cum
cucurrit inquit illi abraham
autem stabat sub arbore | Viti
mus humilitatis officium | commen
dare humilitatem | abraham stabat
et tu primam accubacionis partem
occupas | Denique ea humilitas
inuenit graciam | vt promittetur
ei filius | Dixit autem ad illum ubi
est sara vxor tua | Cum rudit

et sedit secus in tabernaculo | Numquid ig-
norabat dominus qui in posterioribus | Sed eo
more fictura gratia demutat ubi sa-
ra esset | Sed docere nos voluit quantus
pudor esse debeat feminarum ne peritia et
cursu hospitum in se oculos inflectat
salua verecundia ministerium suum
exerceant | Abraham quoque diuinus
tuis ingerit in tabernaculo saram
deserere ut discas quid ab uxore exi-
gas | prouectiora etate iam sara
iuuenilem custodit verecundiam
| Ideo dominus spopondit ei filium | Defe-
cerant inquit sare fieri muliebri-
a | Non otiose additum ne putares
feminee adhuc fuisse possibilita-
tis ut pareret | Risit autem sara quod
iudicium futuri magis simplex incre-
dulitate arbitror | Risit enim licet
adhuc nesciret quid riderit | quia
publicandum esset in ysaac paritura le-
ticiam | Ideo negauit se risisse | quia
ignorauit | Ideo risit quia approbauit
| Exurgentes autem viri conspexerunt
in faciem sodome et gomorre | Sic
visitatio domini timentibus exhibetur
ita contra impiis pena peccati repo-
nitur Abraham deducebat hospites
ad humanitatem gratiam | Addebat obse-
quia | Sodomite per officiis impuri-
tatis augebant flagitia | Non celabo
inquit Abrahe puero meo que ego
facio | Senilis etatis utique abraham
superius scriptura significauit | quod nonagin-
ta et nouem compleuisset annos. quo-
hic puer dicitur | Sed cum inmemo-
rem senectutis exploratorem indefes-
sum cursu impigrum standi pati-
entissimum expresserit | nonne conueni-
ens nomen pueri videtur officiis merito
puer dicitur | qui senile nesciebat
fastidium | puerilem innocentiam et
obsequium deferebat | Datur itaque in-
sto benedictionis gratia | et posteritati

hereditas | Offensa autem peccatorum ex-
primitur | Clamor inquit sodo-
morum et gomorre impletus est | Magna
domini pacientia ut non statim pecca-
tores puniat | sed diu differt
et expectans conuersionem ne com-
moueatur ad ulciscendum ni-
si peccator mensuram excedat | Vnde
dominus ihesus in euangelio ad iudeos ait
| Implete mensuram patrum vestro-
rum | Descendam itaque et videam si
clamorem eorum venientem ad me
| Si consummabuntur finaliter ut sa-
non ignorabat deus peccata sodo-
morum | sed propter te instruendum
verba huiusmodi loquebatur | ut tu
primo scrutaveris eorum commissa
quos vindicandum arbitraris
| Descendam inquid ut videam ho-
c et iam tu descende cura | Descende
indagine studio ne quid sit
fallat | aut lateat absentem in
oculis faciens deprehendas | Summe
positi multa nescire possunt | Sed
aut clamorem ait si forte quod deum
quem nichil latet clamat omnia
| clamare videntur singulorum
crimina | Denique ad cain dixit | San-
guis fratris tui ad me clamat
hoc est non latet | sed clamat par-
ricidium tuum | Itaque velut exca-
tenus flagiciorum meorum clamorem
ut aliquem vindicet qui libenter
ignoscit | Denique Abrahe petici-
one simul perderet iustos tamquam
iniquos | et interroganti si fuerint
quinquaginta iusti in ciuitate
perdes illos | Respondit non perdam in-
quit ciuitatem si fuerint in ea
quinquaginta iusti et totum lo-
cum parcabo | et sic per ordinem interrog-
acioni et responsioni uicem reddit
si decem iustos inuenerit in ciuitate

tu propter paucorum iusticiam impunitatem toto populo permittit. Vnde discimus quantus munus sit patribus viri iustus quemadmodum nos debeamus miniterre viris sanctis nec temere derogare. Illorum etenim nos fides seruat illorum iusticia ab excidio defendit. Sodoma quoque si habuisset viros decem iustos potuit non perire. Cruius aut vult sibi quod hii qui ad Abraham simul cum domino venerant Sodomam peruenerunt viri missi vt aceruarentur crimen eorum si quos iustos honorauerat. Cuius maiore sacrilegio impii initi conarentur inferre. Nam quod viros dixit causa ratio est quod speciem preferebant virorum. Sodomam vesperi venerunt meridie ad Abraham quia iusto refulget angelorum presencia impiis tenebras affert. Tamen potest referri etiam ad tempus dominice passionis quod vesperi venerunt ad eum quia sodomitanis contagionibus erat et totius vrbis excidio liberandus. Vesper erat antequam tempus veniret quia totus mundus erat in tenebris. Vesper erat omnibus quod inmanium delictorum squalor tenebrosus vrguebat. Venit dominus Ihesus redemit sanguine suo mundum lucem attulit. Venerunt at angeli duo in Sodomis ad vesperam. Vbi gratia largienda est ipse adest. Vbi exercenda seueritas soli adsunt ministri. Et est Ihesus. Sedebat Loth ad portam. Emendauerat Loth secundum aduersa captiuitatis et saniorem fecerat. Itaque ex necessitate didicerat mittari parietes ad portam. Itaque sedebat vt acciperet

In Sodoma nullus fuit immunis peccati a iuuene vsque ad senem

aduenientes. Denique consurrexit obuiam illis. Perfectior Abraham occurrit obuiam. Iste consurrexit et adorauit in faciem super terram et dixit: Ecce domini declinate in domum pueri vestri. Et coegit illos diuertere. Cui dicebat supplatea manebimus. Comendatur hic iusti sanctitas et angelorum gratia. Illi nolebat ad ventum suum hospiti grauiorem videri videri. Ille qui inter quos habitatis sedebat. In domum suam offerebat periculis quibus auferret hospites. Certe quid tardius adquiescebat diuinus temptando plenius comportabant. Viri aut ciuitatis Sodomorum circumdederunt domum ab infante vsque ad senem. Totus populus pre[?] prestruitur iudicium diuini equitas. Ne forte quis dicat quid peccauit pueri. Vt omnes excidio inuoluerentur. Ita nullus illic iustus nullus innocens fuit. Audi scripturam testificantem. Quia circumdederunt domum ab infante vsque ad senem totus populus pariter. Nulla etas erat culpe immunis. Ideo nullus immunis excidii fuit. Et qui possibilitatem perpetrandi criminis non habuit habuit affectum efferre vires senium. Sed mens plena libidinis offerebat sensus Loth filiarum pudorem. Nam et si illa quoque flagiciosa impuritas erat tamen minus erat secundum naturam coire quam aduersum naturam delinquere. Preferebat domus sue verecundie hospitalem. Quam etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. Denique illic quoque inoffensa hospitalitas est

Quia libido est ceca

Ubi nec germanitas satis tuta est. Pre
cluserunt autem illos cecitate angeli ut
hospitii domum quam aperire cupiebat
non repperirent. Hic quidem mirabilis
angelorum declaratur potestas. ut offu
sa impuris cecitate non repperirent
domus hostia. Sed eciam illud ostendit
quia ceca est omnis libido. et animum se
rebat. Concepit autem rebecca et
paciencia sua nodum sterilitatis
absolvit. Cuius autem pariat prophe
tica atque appostolica anima consideremus
et quos pariat. Abiit inquid inter
rogare dominum quia exultabat infan
tes in utero eius. et risum accepit

Que gentes in vtero tuo sunt | eo quod
nichil sponte presumat | sed in omnibus
summum scilicet cum presulem consulat suorum
est filiorum | Simul plena pacis atque
pietatis duos populos sua fide et
predicatione concipiat | et tamquam vte-
ro suo claudat | Que non immerito
soror magis quam vxor appellatur
Eo quod mitis atque pacifica anima
communis magis pietatem quam speci-
alis copule nomen accipiat | et con-
promissa magis quam vinisse creditur
et obligatam | Fodit autem puteos
ysaac et plurimos quidem quos fo-
derat pater eius | et repleuerat il-
los post mortem abrahe patris
illius alienigene | Preterhis tamen
fodit hos puteos unum in conualle
geraris | et inuenit ibi puteum
aque viue | et litem fecerunt pasto-
res gerarum cum pastoribus ysa-
ac. Eo quod aquam sibi eius putei
quasi propriam vendicabant | et vo-
cauit nomen eius iniusticiam. Et
fodit aliud in quo orta est discep-
tacio | et imposuit illi nomen in-
imicicias | Et fodit tercium in quo lis
nulla inter pastores commissa est
et vocauit eum latitudinem | Fodit
et puteum iuramenti | et non
inuenit in eo aquam | et vocauit
eum puteum iuramenti | Quicumque
legens | terrena magis quam spiritualia
opera esse arbitretur | Cuius vel
Abraham fodit puteos | vel ysaac
tanta vigilancia patriarche | vel eci-
am Jacob | sicut et in Euuangelio
reperimus | vel ut fontes quidem
generis humani | et specialiter de-
vocionis ac fidei | Cuius est enim pu-
teus aque viue nisi profunde al-
titudo doctrine | Vnde et agar ad
puteum angelum vidit | et Jacob ad

Altitudo sacre scripture

puteum rachel sibi inuenit vxo-
rem | Moisses quoque scians puteum fu-
lcauit merita premia coniugii
puteo igitur visionis aperte
ac ad orsus est puteos | et b[…]
ordine ut eius putei aqua […]
rationabile anime oculos q[…] el[…]
diluerit | et fouerit quo ni[…]
eius faceret clariorem | Fodit e-
iam alios puteos pluriores
un et scriptum est | Bibe aqua[m]
de cunis vasis | et de puteorum tu[orum]
fontibus | Quanto plures fuer[int]
tanto vberius redundancia g[…]
fodit tamen puteum | quem fod[it]
pater | Abraham | de quo litem f[ece]-
runt pastores gerarum hoc
materie | Vbi enim materia ib[i]
visio inter repugnatos iniusticia
et ideo vocauit eum iniustic[iam]
aliud quod fodit | et orta dissen-
ne vocauit eum inimicicias |
quibus videtur eluere doctrin[e]
moralis | eo quod sublato pari[…]
materie solute sint in carn[e]
carne homo inimicicie et fac[…]
sint vtraque vnum | In figura […]
ysaac in veritate per composi[…]
vitoque postea pura aqua in
puteo sit reperta | tamquam doct[rine]
moralis vtilis ad audiencium
puteus quoque latitudinis qu[…]
aliud significat nisi de naturalib[us]
disciplinam | Qua causa et la[ti]-
tudo dicitur quia sine contencion[e]
et sine lite iam quietus a[…]
securus | qui mundana hec […]
sensibilia fuit supergressus |
superatis iam aduersantibus [et]
alienigenis cogitacionibus

Quid enim tam alienum quam omnia
[?]llaria que per parua esse non
possint. potest sapiens dicere Di
latauit dominus nos et ampliauit nos
super terram quia terrena iuste
[?]it ultimus est puteus uiram
i. in quo ei visus est deus et
ait ei Noli timere tecum enim sum
et benedixit cum hec doctrina iam
mistica est habes hec in Salo
mone quia proverbia eius mo
ralia Ecclesiastes Naturalis in
quo qui vanitates istius despiciat
mundi Mistica sunt eius cantica
canticorum Habes et in propheta Se
minate vobis ad iusticiam vindemi
miate ad fructum vite illuminate
vobis lumen cognicionis hoc
est lumen cognicionis hic cari
tatis perfectionem ideo dictum
est Noli timere caritas enim ti
morem excludit foras Ut cognosca
mus aut quia et Salomon ita
hos inspiratus est puteos vt ad
moralem doctrinam et naturalem refer
ret et misticam in singulis li
bris suis quos de moralibus
et naturalibus vel misticis scripsit
posuit hos puteos Nam et in pro
verbiis cum declinandam speciem
dicet scilicet meretricis ait Bibe
aquam de tuis vasis et de puteorum
tuorum fontibus et supfluant
tibi aque de tuo fonte et insu
fons aque tue sit tibi proprius et
iocundare cum uxore eo quod adu
sus temptamenta mundi remedium
nobis vera sapientia sit Moralis est
doctrina que imaginem mundane
voluptatis meretricis quibusdam
in litam fuas in regno suo diluat
et fluento sui fontis abstergat

De naturalibus quoque habes in Eccle
siastico dictum feci michi piscinas
aquarum ad irrigandum celsie saltum
germinantem Neque te moueat quod
pro puteo piscinas posuit Prima et
Moyses puteum latitudinis dixit
eo quod a solicitudine omni et angu
stiis absoluitur qui mundum hunc
pia mente sustinuerit Non imme
rito ergo piscinas habet Ecclesiastes
qui vidit nullam habundanciam
esse sub sole Sed si quis habun
dare velit in Christo habundet de mi
sticis puteus super est nobis quem
etiam ipsum reperimus in canticis
canticorum dicente scriptura fons or
torum puteus aque vive et impe
tus descendens a libano Et enim si
misteriorum altitudinem perscruteris
puteus tibi videtur tamquam in profun
do ista mistica est sapientia Si vero
haurire velis affluenciam caritatis
que maior et uberior est quam
fides et spes Fluit tibi fons est
exuberat enim caritas vt et hauri
re eam communis et rigare eius
affluencia ortum tuum possis spirituali
bus fructibus redundantem Et quia
ipse puteus latitudinis est qui
caritatem habet Ideo dixit Prima ubi
caritas ibi impetus magnus descen
dit a libano Sic quid aut moue
at quod et puteum eundem et fontem
dixit Etiam Euuangelium te instruat In
quo scriptum est Prima venit ihesus
in civitatem samarie que dicitur
Sichar iuxta predium quod dedit iacob
Joseph filio suo Erat autem ibi fons
iacob et fatigatus inquit sede
bat sic supra puteum Unde et mi
sticam doctrinam huc referri pu
teum etiam ibi cognoscimus quia
ibi Samaritana illa idest custos
custos aut celestium preceptorum

hausit de puteo illo diuina misteria
cognoscens quia spiritus deus est et non
in loco adoratur sed in spiritu et quia
messias christus est et ideo qui adhuc
expectatur a iudeis iam venit. Qui-
bus auditis mulier illa que speciem
ecclesie gerit legis sacramenta cogno-
uit et credidit. In ipso quoque canti-
corum libro Salomon hanc triplicem
sapienciam euidenter expressit. licet
in prouerbiis diuiserit vt tripliciter
sibi scriberet qui sapienciam eius vellet
audire. ait ergo in canticis sponsa
de sponso. Ecce es sponsus consobri-
nus meus et ideo pulcer. Acdmatio
nostra opaca. trabes domorum nostrorum
laquearia cedri. laquearia nostra cypressi.
Possumus hoc de moralibus accipe-
re. vbi enim requiescat christus et ecclesia
nisi in operibus sue plebis. Denique
vbi impudicicia vbi superbia vbi ini-
quitas erat. ibi ait dominus ihesus filius
autem hominis non habet vbi caput suum
reclinet. De vallibus autem quid accipi-
amus. In vmbra inquit eius concupiui
et sedi. et fructus eius dulcis in fau-
cibus meis. Cui enim terrena supergredit
et cui mundana moriuntur. quam cruci
figitur ei mundus et ipse mundo. Omnia
que sunt sub sole contempnit et re-
fugit. De vinetis igitur ait. Introduc-
ite me in domum vini constituite in me
caritatem. Et enim sicut vineam suam
ita dominus ihesus populum qui intus certa
quibusdam brachiis caritatis am-
plectitur. Considera singula in mo-
ralibus. flos est inter spinas li-
lium sicut ipse ait. Ego flos cam-
pi et lilium conuallium. In moralibus
ergo flos in vallibus sol iusticie
qui oriens et resurgens illumi-
nat. cadens obumbrat. Tamen ne
occidat quia scriptum est. Sol non occidat
super vmbram iracundiam vestram. In
iusticiis caritas est. quia plenitu-
do legis est christus. et ideo ecclesia
que diligit christum vulnerata est
caritatis. Hanc itaque caritatem su-
scitat et resuscitat. donec vo-
cem eius accipiat et presenciam eius
accersat. Diuina quesitus non
solum venit sed etiam saliens ve-
nit. Saliens super montes transiliens
super colles. Super maiores gra-
ciarum animas salit inferiores transil-
it. Vel sic. Saliens quo venit. Sali-
endo venit in hunc mundum.
Apud patrem erat in virginem
venit. et ex virgine in presepe
transiliit. In presepio erat et
fulgebat de celo. Descendit in
iordanem. ascendit in crucem. descen-
dit in tumulum. surrexit de tumu-
lo. et sedet ad patris dexteram.
Inde quasi hinnulus ceruorum qui
desiderat ad fontes aquarum. De-
scendit ad paulum. et circumfulsit
eum. et exiliuit super ecclesiam
sanctam que est bethel. quod
dicitur domus dei. Pauli enim vo-
cacio ecclesie firmitudo est. Venit
ergo et primo post parietem vt
inimicicias anime et corporis sol-
uat. sublato pariete qui impe-
dimentum concordie videbatur
afferre. Deinde conspicit per fene-
stras. Que sint fenestre audi
dicentem prophetam. fenestre apte
sunt de celo. prophetas itaque signi-
ficat. per quos dominus genus
respexit humanum priusquam in ter-
ra ipse descenderet. et hodie quoque si qua
anima cum multum requirat. multum
merebitur. Inde enim qui multum
requirit plurimum debetur ei. Si qua
ergo anima cum studiosius querat
longe audit vocem eius. et quibus
ab aliis requirat ex ipsis a quibus

querit audit vocem eius | videt
eum salientem ad se venire | videt
superantem atque calcantem | et tran-
silientem eos qui in firmo corde
virtutem eius capere non possunt
videt prospicientem per enigma
in prophetarum legendo eos et tene-
orem sermones | videt cum pro-
spicientem | sed qui per fenestram non
spirat adhuc presentem | videt
eminentem super retia | prius est hoc
nisi forte quia illa retia nobis
sunt | non illi retia | eo quod ad-
huc illa anima intra sensibilia et
mundana sit | que mentem hominis
carpere et quodammodo simul corpori co-
herentem involvere | posito igitur
adhuc in seculo | sed tamen querenti
verbum per retia se ostendit | Denique
incipit ad animam huiusmodi | Exurge
veni proxima mea | id est exur-
ge a delectationibus mundi et ex-
urge a terrenis | et veni ad me
que adhuc laboras | et onerata
es | quia solicita es que sunt
mundi | veni supra mundum | veni
ad me | quia ego vici mundum
veni prope me | iam pulchra es que
vite decore iam columba es que
mitis atque mansueta | Iam tota
gratia spiritualis | Iure ergo retia iam
timere non debet | cum is vocet
ad se animam | qui temptamentis et
retibus mundi non potuit capi
Nam cum homines in medio laque-
orum ambulemus per appete-
tiam esce retibus simul et la-
queis obnoxii | ille in corpore
positus retia non timebat sup-
retia | id est super temptamenta
mundi et corporis passiones | ani-
mo et alios eminere faciebat

Idcirco etiam hanc animam suadere
volens dicebat | Exurge veni proxima
mea noli timere retia | Iam preteriit
hiemps id est venit pascha venit
indulgentia | venit remissio pec-
catorum | cessavit temptacio imber
abiit procella abiit | Conquassacio an-
te adventum Christi hiemps est | post
adventum eius flores sunt | Unde
ait | flores visi sunt in terra | ubi an-
te spine ibi nunc flores | Tempus
inquit secandi advenit | Ubi an-
te desertum ibi messis | Vox turturis
audita in terra nostra | Bene addidit
nostra quia admirans | quod ubi
ante impudicicia | ibi castitas | Fi-
cus protulit grossos suos | que an-
te quasi infructuosa iubebatur ab-
scidi | hec fructus afferre iam ce-
pit | Sed quid dubitas quare grossos
dixit | priores discutiat | ut posteri-
ores meliores afferat | Sicut syn-
agoge fructus abiciatur | renova-
tur ecclesie | et omnis plena tranquil-
litas sit | et adolescerunt mysteria
Iterum dicit | Exurge secura in
tegumento petre | id est tuta presidio
passionis mee et fidei munimento
passionis mee et fidei munimento
Surrexerunt cum vel de petra | et
oleum de firma petra | hoc integu-
mento anime pectus indue iam vn-
de sunt | et hec illius est premunicio
Idcirco et huic anime ait | Et veni
tu columba mea in tegumento
petre iuxta premunicionem | Ostende
michi faciem tuam | et insinua
michi vocem tuam | hortatur ad con-
fidenciam ut non erubescat crucem
Christi | nec eius signaculum | hortatur
ad confessionem | vult omnes insidi-
as removeri | ut bonus fidei odor
aspiret | ut dies fulgeat | ut ad usque

noctibus umbre non noceant. quoniam
qui iuxta christum est dicit. Nox pre-
cessit dies autem appropinquavit. Et vin-
culum est scelerum quod preterit. et
dies celestium ... qui sanctis
suis lucet. accepit hec anima bo-
num pignora caritatis. Sed quia sem-
per soliciti esse debemus semper
intenti. et quia verbum dei sicut capre-
ola exilit. aut sicut hinnulus cer-
vorum. semper vigilet anima et pre-
tendat que requirit eum. et que
tenere desiderat. Ideo quasi sublapsum
sibi in cubili inquit meo in nocti-
bus quesivi quem diligit anima me-
a. Cum bene querit in cubili que-
rat in noctibus querat. nec die
feriatus. neque nocte sit. Nullum
tempus vacet a pietatis officiis
et si non invenerit primo perseveret
in requirendo. Postea dicit. Exurgam
itaque et queram in civitate in fo-
ro in plateis. et fortasse ideo non
invenit adhuc. quia in foro que-
sivit adhuc ubi lites sunt. In
plateis ubi maxime rerum venalium.
Non enim ulla christus pecunia com-
paratur. possumus et sic intelli-
gere. In cubili querit christum que
requirit eum cum tranquillitate cum
pace. In noctibus querit quem per
parabolas loquebatur. posuit
enim tenebras latibulum suum. et
nox nocti indicat scientiam. Deni-
que que dicimus in corde nostro
tanquam compungere in cubilibus
debent. Sed tamen nec sic invenit. et
ideo dicit. Exurgam iam. erigam
et attollam intentionem meam. et que-
ram impigre. queram solicite. in-
ibo in civitatem. Est et anima que dicit.
Ego civitas munita. ego civitas

obsessa. Est civitas munita
per christum. Est civitas illa Ieru-
salem in celo. in qua habundant ...
legiis interpretes. et disciplina-
rum periti. per eos verbum dei g-
ritur. Circuieram inquit in fo-
ro illius civitatis. In illo foro
ubi tractantur consulti. ubi
oleum venditur. quod evange-
lice virgines emunt. ut lam-
pades sue luceant. nec eas
fumus iniquitatis extinguat.
Circuieram inquit in plateis in
quibus superfluunt aque de il-
lis fontibus prorumpentes.
De quibus Salomon dixit esse
potandum. Cum querit igitur
christum invenit custodes qui in
ministerio sunt. ab hiis re-
quisivit. scilicet anima que deum
querit. etiam custodes turbat.
Sunt enim misteria que etiam
angeli concupiscunt videre. Unde
petrus ait. Nunciata sunt nunc
nobis per eos qui evangeliza-
verunt spiritu sancto misso de
celo. in quem concupiscunt an-
geli prospicere. Ergo qui transi-
erit custodes ubi inveniet.
Transivit. postea qui verbum
apud patrem invenit. Multi
quoque sunt qui in ocio querunt
christum. et non inveniunt. et in-
veniunt eum in persecutioni-
bus. et cito inveniunt. Et ideo
quasi post temptaciones
quia in periculis fidelium suorum
adest. Quam modicum inquit
cum transivi ab eis. et inveni
eum. Tenui eum et non dimi-
si eum. Primus enim qui querit

invenit / et qui invenerit adhere-
bit ne possit amittere / Et quia
Evangelium in tribus videmus
celestia misteria figurata / venia-
mus ad illam mariam veniamque
magdalenam / Consideremus que
aromata christum in cubili corporis
in quo defunctus iacebat / Dili-
gentibus quesierunt / quando dixit
illis angelus / Ihesum qui crucifixus
est queritis non est hic resur-
rexit enim / Quid igitur queritis
viventem cum mortuis / Quid que-
ritis in sepulchro eum qui iam
in celo est / Quid queritis in vin-
culis sepulture vinculorum vin-
cula solventem / Non sepulchrum huic
sedes sed celum est / Vnde dicit
sponsa cantici / Quesivi eum et non
inveni eum / Tamen dum va-
dunt apostolis renunciare misera
tres querentes / occurrit eis Ihesus
dicens Avete / Ille accesserunt
et tenuerunt pedes eius et a-
doraverunt eum / Tenetur ergo
Ihesus sed delectatur se teneri
quia fide tenetur / Denique de-
lectavit eum / et illa mulier
que tetigit eum / et curata est
sanguinis fluxu / Et quia dixit
tetigit me aliquis / nam sen-
sio virtutem de me exisse / Tan-
ge ergo et fide tene / et constringe
fideliter pedes eius ut virtus
de eo exeat / et sanet animam
tuam / Et si dicat Noli me ta-
ngere / tu tene / Nondum enim
ascendi ad patrem meum dixit
semel dixit / Noli me tangere
qui resurrexit / aut forte illi
dixit que putabat furto ee

sublatum / et non virtute propria re-
suscitatum / Denique in alio libro ha-
bes / quia tenentibus pedes et a-
dorantibus dixit / Nolite timere
Tene ergo et tu anima sicut tene-
bat et maria et dic / Tenui
eum et non dimittam donec di-
cant / Ambe tenemus te / vade
ad patrem / sed non relinquas
eam ne iterum labatur / Et tu eam
quidem non creaturam / sed arborem
vite tenetis / Tecum saepe tuis
pedibus inherentem / Et tu asce-
ndam noli me dimittere / Ne iterum
serpens venena sua fundat / ne ite-
rum querat femineum morsu
vestigium ut supplantet Adam / Di-
cat ergo anima tua / Teneo te
et inducam te in domum matris
mee / et in secretum eius que con-
cepit me ut cognoscam misteria tua
ut hauriam sacramenta tua / Sancti
pectus igitur erat iam non ficulnee fron-
dibus foliis adoptatam / sed sancto a-
mictam spiritu et nova gratia gloriosam
quia iam non tamquam nudata abscon-
ditur / sed tamquam circumdata vesti-
menti splendore fulgentis occurrit
quia vestit eam gratia / Sed nec adam
primo nudus erat / quando cum innoce-
ncia vestiebat / Videntes itaque eam filie
Ierusalem christo inherentem et adhuc asce-
ndentem cum eo / Dignatur enim querenti-
bus frequenter occurrere et condescende-
re ut eos elevet / Dicunt que est
hec / que ascendit a deserto / Desertus
erat terre locus et incultus videtur
sentibus et spinis more obsitus de-
lictorum / Abundantes vitiis quia anima
que ante in inferno relinquebatur
inhereat dei verbo / et ascenderit sic
vitie propagine in superiora se subriges
velut fumus natus ex aromati atque

alta petens tu preterea bonis odori
bus flagrat | odor autem ille oracionis
pie redolet suauitatem que dirigitur
sicut incensum in conspectu dei
| Et in appokalipsi legimus quod ascen
dit fumus incensorum oracionibus
sanctorum que incensa referuntur
per angelorum sanctorum | Oraciones
scilicet super altare illud aureum quod
est ante sedem | et tamquam suaue
pie precacionis flagrat ungwentum
secula eternorum et inuisibilium non
de corporalium peticione compositum
papue tu mirram redolet | et thus
eo quod peccatorum mortua sit | et
deo viuat | hanc igitur ascendentem
et non resistentem videntes et me
ritorum eius odoribus delectate | a
gnoscentes quoque salomonis illius
esse pacifici sponsam | et iam com
mittatu de illo prosequuntur usque
ad lectum salomonis | eo quod ei vera
in xpo requies debeatur | lectus
enim sanctorum xpus in quo omnium
secula fessa secularibus plus corda
requiescunt | In hoc lecto requieuit
ysaac | et benedixit filium iuniorem
dicens | maior seruiet minori | In
hoc lecto recumbens | Jacob be
nedixit xij patriarchas | In hoc
lecto recubens archisinagoge
filia surrexit a morte | In hoc
lecto iacens vidue defunctus
mortis vincula xpi vocatus vo
ce dissoluit | perducta igitur sponsa
usque ad sponsi requiem nuptiale
canunt dicentes | Caritatem a filia
bus iherusalem | Egredimini et videte
rege salomone | coronam qua co
ronauit eum mater eius in die
sponsalium eius | canunt epithala
lamium | et vocant ceteras potesta
tes celorum | vel animas vt videant

caritatem | quam circa filias iherusalem
habet xpus | vnde et meruit co
ronari a matre filius caritatis
sicut paulus ostendit dicens | Qui
eripuit deus nos de potestate te
nebrarum | et transtulit in regnum
filij caritatis sue | Caritatis ita
que filius et ipse caritas est non
ex accidentibus habens caritatem
sed hanc semper substanciam suam
sicut regnum de quo dicit | Ego
in hoc natus sum | Ideo que dicit
| Egredimini id est exite de solli
citudinibus | et cogitacionibus secularibus
| exite de angustijs corporalibus
| exite de vanitatibus mundi | et
videte quam rex pacificus in die
sponsalium suorum habeat cari
tatem | quam gloriosus sit ex
corporibus resurreccionem dedit
et animas sibi vinxit | Hec ma
gna est corona certaminis | hoc
preclarum munus sponsalium xpi
sanguinis eius et passio | Quid
enim plus potuit dare qui sibi
carnem non pepercit | sed pro nobis mor
tem suam obtulit | Ipse quoque domino
thus delectatus fide atque huius
confessionis gratia | et collaudatis
eius meritis prouocans eam ad
vocat dicens | Adesto huc a libano
sponsa | adesto huc a libano transi
bis et pertransibis a principio fidei
a capite sanir et hermonim | A
spelluncis leonum | a montibus
pardorum | hoc est egrede de cor
pore et tota mente exue | Non
potes enim michi adesse | nisi ante
peregrineris a corpore quoniam qui in
carne sunt | peregrinatur a dei
regno | Adesto inquit adesto bene
repetitur quia siue presens siue ab
sens adesse | et placere domino deo
tuo debes | Adesto prius | adesto

ascendens | et si adhuc in corpore est
quia eius omnes proventus sunt quorum
fratres meum | Adest enim qui exit de
se | Adest michi qui me cogitat
me intuetur | de me sperat cui
ego porcio sum | Adest michi qui
confisus fuerit sibi | Adest michi qui se
negauit | Ille meus est | qui in
se non est quamquam qui in carne est
non est in spiritu | Ille meus est qui
a se ipso egreditur | Ille iuxta
me qui extra se fuerit | Ille in
integer | qui perdiderit propter me
animam suam | et ideo adest adest
sponsa | transibis et pertransibis
a principio fidei | transit et pertransit
qui exit et pertransit | qui ad christum
pervenit | Transit fidei merito
et operum claritate que lucent
sicut sanir et hermonim | hoc est
propria lucerne | transit devictis temp
tationibus seculi | et superatis ne
quiciis spiritualibus legittimum pe
ragens contra eum certamen | et ideo
meruit christo iudicante laudari
hortus conclusus est | soror mea
sponsa | hortus conclusus fons
signatus | Emissiones tue paradi
sus malorum granatorum cum
fructu pomorum cypri | laudatur
sponsa | eo quod hortus est bonis
in se odorem agri illius pleni
de quo dixit ysaac | odor filii mei
tamquam odor agri pleni | Bona
ergo anima flagitat odores in
fruire | et fortasse ager est pa
triarcha hortus est anima in
ferioris alicuius quam agri porcio
et hortus conclusus ne incursetur
a bestiis | et fons signatus que
integritate ~~fidei~~ signaculi

perseuerancia | que sibi propria peccata diluc
ret | Nam qui de cetera acceperit habet
quod ad virginitatis graciam referat eo
quod in paradiso delectacionis posita si
ne labore fructus capiat spiritualis
ut ei patriarcharum anime rurali quo
dam labore fructus suos contulerunt
quos ista carpere possit preciosa sua
uitatem redolentes | Erat merito fons
signatus dicit | eo quod imago in illa
dei inuisibilis exprimatur | laudant
eciam munera anime | que missa
sunt sponso quibus dotata venie
bat | Nos autem pie anime boni odores sp
myrra aloe cum quibus spirat
hortorum gratia | et peccator fetor
abolutur | Itaque tanto secura precamine
conquiescere aquilonem grauem ventum
petit ne flores dissuadat spirare austrum
hoc est vult hiemem preterire | et
molliorem flatus vernalis temporis
| Innittat sponsum in hortum suum de
scendit sponsus | et fructum eius di
uersitate delectatus letatur quod
inuenerit fortiorem cibum | Inuenerit
eciam dulciorem | Est enim velut panis
quidam verbi et mel | Alius vehemen
cior alius suauiorum sermo | Est et fi
des alia ~~[illegible]~~ feruencior ut vinum
| Alia lucidior | ut sincerus est lactis
sicut cibum christus epulatur in nobis
hoc poculum bibit et eius potus
ebrietate nos prouocat | ut ad melio
ra et optima | ab inferioribus faci
amus excessum | Denique hoc anima
hausit misteriorum ebrietatem celesti
um et velut soporata a vino | et qu
in excessu vel stupore posita dicat
Ego dormio et cor meum vigilat
| Cum verbi presentis lumine paussa ocu
lis requieuisset in flexus excitatur
a verbo | Quartus autem hic passus
est anime | primum etenim caritatis impaciens

et verbi moras non ferens rogabat
ut oscula mereretur | et meruit et
suavitatem videre | Introducta quoque est
in cubiculum regis | Sed cum mutua
miscerent alloquia membra eius requie-
vit | et subito ei verbum e medio ser-
mone discessit | cruciventi tamen non diu
affuit | sed saliens supra montes
et transiliens super colles advenit
| Nec multo post quasi capreolus a-
cervorum hinnulus, dum affatur di-
lectam exiluit et reliquit | Tercio
cum in cubili et noctibus | in civitate
in foro et plateis quesitum non rep-
perit | et aliquando oracionibus suis preci-
bus revocavit a deo | ut ea causa fre-
quencius vocaretur a sponso | Quarto
ipsa iam ab eo dormiens excitatur
quamvis corde vigilaret | ut cominus
vocem pulsantis audiret | Sed mora
passa dum surgit quia velocitatem
verbi non poterat comprehendere | Dum
aperit hostium transivit verbum | et
ipse exivit in verbo eius | et per
vulnera requisitum | sed vulnera cari-
tatis | vix tandem invenit | et tenuit
ut postea non dimitteret ad sum-
mam hec compendioso sermone per-
stringimus | nunc discuciamus singula
| Et si dormias | si modo devotionem
anime tue noverit christus | venit et
pulsat eius ianuam | et dicit aperi
michi soror mea | Bene sororem
quia nupcie spirituales sunt verbi
atque anime | Neque enim anime norunt con-
iugiorum federa | et usus copule
corporales | sed sunt sicut angeli in
in celo | Aperi inquit michi sed non ex-
traneis | Claude sensus claude mundo | Ne-
que ipsa foras ad illa materialia procedas
neque tamen relinquens lumen tenebrosam
insudit caliginem | ut non videatur lu-
men vere glorie | Aperi inquit michi
noli aperire adversario | neque de

locum dyabolo | Aperi ipsam te mi-
chi | noli coartari | sed dilatare et
ad implebo te | Et quia de cursu or-
be terrarum | plus molestiarum et of-
fensionis repperi | nec facile habui
ubi requiescerem | Ideo tu aperi
ut in te filius hominis reclinet ca-
put | cui non est requies nisi
supra humilem atque mansue-
tum | Audiens anima | Aperi michi
et caput meum plenum | hoc est
temptacionibus stillantibus su-
bito turbata | et quasi surrectu-
ra | que surgere iubebatur | cu-
| cum aliena redoleret et mixtu-
insignia sepulture | Exui tuni-
cam meam | quo induam eam
Lavi pedes meos quo inquinabo
illos | Verentur enim ne iterum in temp-
taciones resurgat | ne iterum
in culpa recidat atque peccatum
et egressus suos | Utrubique pro-
cessus tremens incipiat vesti-
giis inquinare | Certe causa hoc
modo perfectione virtutis sue indi-
geat que tantam christi meru-
erit caritatem | ut ad eam ve-
niat et pulset ianuam eius
et veniat cum patre | et teneret
tamen eadem anima et ipsa cum eo | Si-
cut in apocalypsi | Ecce sto
| Etenim cum in superioribus au-
disset adeo huc a libano | Et
cum adverteret in carne se christi
adesse non posse | sed tunc ad-
esse si adesset in spiritu | confor-
mans se ad eius voluntatem
ut esset et ipsa conformis ima-
ginis christi | Iam non sentit car-
nis excitacias | Iam enim spiritus ex-
uens se corporis tribulacione
| Iam enim oblita | et que si velit

pule illud meminisse non pos-
it ait | expoliavi tunicam meam quomodo in-
duam eam | Exuit enim tunicam il-
lam pelliceam quam acceperunt
Adam et Eva post culpam | tu-
nicam corruptele | tunicam passio-
num. Quomodo induam eam. Non re-
nuit ut induat | sed ita significat
abiectam | ut iam indumento sibi
esse non posset | Lavi pedes meos
quomodo inquinabo illos | Hoc est vesti-
gia mea lavi | Dum egrederer ac
me declinarem de corpore totum
sermo | de illa conceptione et fa-
miliaritate carnalis amplexus
quomodo inquinabo ea | ut in corpore
claustrum et illud tenebrosum pas-
sionum eius carcerem revertantur
Cum hec illa dicat | misit operatio-
nem suam verbum | tamquam per caver-
nam | non adhuc faciem ad faciem
misit tamquam manum | et venter
inquit meus conturbatus est
super eum | Et surrexi ego aperire
fratri meo. Manus mee distil-
laverunt mirram | digiti mei ple-
ni sunt super manubria clausure | Quid
hoc significet consideremus | primo
sponsus sibi videtur ut dixi de
verbum tamquam per cavernam non ple-
ne atque perfecte | Deinde augetur
amor et conceptus adolescit | atque
et sensibus eius | que quodammodo ute-
ro intelligibili susceperit anima to-
tam plenitudinem divinitatis eius
habitatem in eo corporaliter | ut
regimine vite desiderat | surrexit
ut aperiat illud dei verbum videt | et in
hoc ipso processus eius significatur
quod surrexit per rigorem atque vir-
tutem | primitia enim verbi hausit
ac virtutem | sicut primitia Marie an-
utero gravius esset credidisti | Nunc in ute-
ro constitutum adeo ut exiliret ex utero
et exultaret quoniam primitiam recognoscens
surrexit aperire | et opera eius et facta
mortificata sunt mundo | Talis enim
debet esse anima que verbum est recep-
tura | ut moriatur mundo | et consepelia-
tur in Christo | Sic enim sponsus invenit
et ille sibi querit hospitium | Deinde
ipsa ministeria operationum id est ma-
nus et digiti quibus comprehenditur
sponsus mortificantur | Quod digit-
tos velut communia factorum nostro-
rum opera possimus estimare | Atque
velut exemplum sub tu iam exten-
deret intelligibiliter manus suas et
digitos ut comprehenderet verbum | Tamen
fuisse sibi illud non tam adhuc per-
transisse | Anima pia dicit | Et hoc ex-
cessum habet quando tuscat | et pertra-
scit animam dei verbum | Quia scriptum
est | Et tuam ipsius animam pertransibit
gladius ut revelentur multorum
cordium cogitationes | Hic adhuc tran-
situr non pertransitur ut Maria | In
posterioribus forte pertransitur | Ubi
tamquam signaculum ponitur in medio
eius dilectus | Denique statim ali-
profectus verbi consecutus | quia exivit
anima in verbo eius | Hoc est verbum
secuta exivit de corpore | Elevans se de
eius habitaculo | et peregrinam se fa-
ciens ei ut adesset deo | et esset civis
sanctorum | Simul enim et carnis dome-
stici et dei esse non possumus | Ergo
in hoc loco exire significatur | ut edu-
xi animam | quam abducat se a corporis
voluptatibus | Denique scriptum est
Exite de Babilone fugientes a caldeis
Non utique ut regionis Babilonis
hebreus fugiat | sed ut mores prophe-
tico admonetur alloquio | Siquidem
sunt qui in Babilone sunt hebrei | et
de Babilone exisse moribus doceant

Nam et illi de quibus dicit propheta quod
sedebant super flumina babilonis se-
debat quidem in regione babilonis
sed in civibus non erat vicijs et con-
fusione. Nam qui erant in illa con-
fusione merore qui flebat gerebat
penitenciam, quod de virga devocio-
ne fidei et virtutis patrie meritis ce-
cidisset. Ecce autem in verbo exit cum
verbum requirit. Unde et ista cum quereret
invenit custodes qui circuunt civitatem.
Percusserunt inquit me et vulne-
raverunt me. Tulerunt pallium a me
custodes murorum. Non quidem quasi
sponsa veniebat cum pallio quo ob-
umbret caput, cum sponsus occurre-
ret. Sic rebecca que cognito quod
ysaac sibi veniret obvius descendit
de camelo et pallio se operuit.
Ita et hec circa nupcialis vestis
premittebat insignia ne forte revincere-
tur quia vestem non haberet nupcialem, vel
ut caput velaret propter angelos. Sed
illi percusserunt eam ut amplius proba-
retur. Exercentur enim circa temptatio-
nibus. Tulerunt ei pallium que indutos se-
vere decorem. Unde virtutis afferret te-
quia sine integumento quis illam ce-
lestem civitatem debeat introire nulla
deferens secum operimenta fucorum. Sunt
etiam qui requirant nec quia circa exuvi-
as secum vehat carnalis illecebre
et concupiscenciam corporalem nudatur
pallio cum eius conscientia manifesta-
tur. Sed est et que bene nudatur
cui licet mutari dicentem. Venit
enim huius mundi princeps et in me inve-
nit nichil. Certe quia nullo solo
nichil invenit, quia peccatum non fecerat.
Beata et illa est in qua non gravia
aut multa invenit, sed invenit in
ea amictum fidei et sapiencie disciplinam.
Itaque sine dispendio sui, quia et si vo-
let quis non potest veram auferre
sapienciam. Et si adversarius

obstrepat. Ubi tamen vera in nostre
conversacionis claruit integritas
sine quo dispendio ergo transivit
custodes et filiabus celestis illius
civitatis admixta verbum requirit
et querendo eius in se excitat cari-
tatem. Et ubi verbum quereret agno-
scit. Quod inter ordines sancto-
rum moratur et ipsis inserere
novit. Et quod ecclesiam suam vel ani-
mas iustorum suorum inter lilia
pascat intelligit. Hoc misterium
est in ewangelio dominus demonstra-
vit, cum ~~dominus~~ in sabbato duceret
per sementa discipulos. Moyses
per desertum ducit plebem iudeorum,
christus per sementa ducit ~~ducit~~,
christus per lilia ducit, quia per
passionem eius de desertu floret
ut lilium. Sequamur ergo ut in die
sabbati illius magni sabbati in
quo requies magna est fructum
colligamus. Ne verearis ne
pharizei accusent sementa col-
ligentem, et si illi accusent, sed
christus excusat et similes facit
quas vult circa se sequentes.
David qui supra legem panes
proposicionis manducabat nove
gratie sacramenta prophetica sta-
tuit mente prospiciens. Lauda-
tur itaque sponsa quod tam bene
et constanter requisierit eum.
Ideo quia iam non solum soror dicitur
sed etiam beneplacita nominatur,
quia ei complacita qui com-
placuit patri, et speciosa sicut
tirus admiracio, sicut ordinata
hec civitas et ne universa
habeat misteria, et admiraci-
oni sit omnibus videntibus eam,
quia plena ut equitas atque
perfecta est et fulgorem de ubi

lumine mutuata dum id semper
intendit | Sic eciam tribulis ordine
quadam ad summum ꝑ recta virtutum
scalam qui ꝑfecte dicit | auerte ocu
los tuos a me | noli contra me in
tendere | ꝑ oracione nimia ac fide
possibilitatem nature et condicionis
ꝑprie super gressam | Quia lucem
inaccessibilem et regione intueri
est gracie | Auerte inquit oculos
tuos a me | eo quod plenitudinem
diuinitatis eius et splendorem veri
luminis sustinere non possit · possumus
tamen et sic accipere auerte oculos tu
os a me | Et si tu ꝑfectos alie
ni adhuc regimine sunt anime
alie fulciende | eleuas enim me
videndo | ego autem ideo descendi
vt omnes eleuem | et si surrexi et
habeo patris sedem | tamen orphanos
vos non relinquam | qui pater non
presidio destitutos | sed gracia mea
vos confirmabo | habes hec in
euangelio scriptum | Ecce ego vo
biscum sum vsque ad consummacionem
mundi | Aute ergo oculos a me
quia me eleuas | quanto enim quis
ad deum intendit · tanto amplius
deum eleuat | et ipse eleuatur | Vnde
et ille ait | Exaltabo te domine quoniam
suscepisti me | Sanctus enim exaltat
deum · doctor humiliat | Vult enim il
lam aliter oculos | nunc eciam con
siderans · quodiam superiora pos
sit sequi eleuetur | et ceteros a
minores relinquat | Vnde et in Eu
uangelio non omnibus discipulis
sed ꝑfectioribus suam gloriam de
monstrauit | Constitue nunc ali
quem doctorem · qui rem obscu
ram velit aperire audientibus
quemadmodum | et si ipse potens

in sermone sit et sciencia | condescen
dat tamen ad eorum scienciam qui non
intelligunt | et simplici et plano
re atque vsitato sermone vtatur
vt possit intelligi | Quamuis igitur
inter auditores viuacior sit sen
su | qui facile sequi possit | ele
uat eum atque extollit | Sed quia vides
doctor reuocat vt paciatur magis
doctorem humilioribus et plani
oribus immorari | quo et ceteri
sequi possint | Quod ait aquila
sonans | vt reuelata sonantem
vel admiracionem dignam retulit
esse magnam | et sonora virtutem opera
reuelata ad apertam claritatem vel
quod eius ait opera luceat coram
patre qui in celo est | vnde non ocio
se palium eius sublatum intelligis
vt apta meritis et vnda fulge
ret | laudatur porrecta quod fidelis
quod verbo potens | quod fructibus
fecunda diuersis | quod vna sicut
columba huius spiritus vnitatem | in qua
sit pax que fecit vtraque vnum | et
que non sit composita ex diuersis
elementis diuersis compugna
tisque nature | Quid enim tam diuer
sum | quam ignis et aqua · aer
et terra | ex quibus corpus nostrum cre
atura consistit | Alia autem benedicta
ouis simplex que ~~vtatur~~ mittatur
dilectionem | vt omnes vnum sint | sicut
tu pater mecum et ego in te et ipsi in
nobis sint vnum | Hec enim est con
summacio atque perfectio | vnde et
addidit | Vt sint vnum sicut nos
vnum sumus | ego in hijs et tu in
me sint consummati in vnum | Hec
est ergo alia columba atque perfecta
que simplex atque spiritualis | neque
huius turbatur corporis passionibus

In quo foris pugne intus timo
res sunt Denique hoc verbo unitatis
concordiam et pacem significari scrip
tura nos docet dicens Multi
tudo autem credencium habebat animam
unam et cor unum et non erat se
paratio in eis ulla nec orige fe
cunditatis laudatur anima non solum
quod sit fecunda virtutibus sed eti
am quod nichil habeat in se ma
li Illud enim decorum atque speciosum
est in quo nichil mali sit Decorem
enim quod malum bonum Quod autem
indecorum hoc malum Speciosa in
fecunditas est bonorum operum con
traria Ergo speciositate sterilitas
operum qui privatur specie uel decore
in eo est enim malum Quod autem
malum hoc est sterile et infecun
dum cuique rei quod evidentissime iudi
cium quam natura est Terra e
nim que bona est fertilis atque fe
cunda Que autem mala est ieiu
na et sterilis que vero fertilis hec
decora Quid enim in pleno agro
pulchrius cum segetibus fluctuat
cum poma invitulant uel cum
vitium serta dependunt aut bacis
onusta olea canescit uel viridan
ti gramine moenium ~~[struck]~~ utque
vallium humilia vestiuntur et ut
scripture utamur testimonio Jacob
decorus erat et ideo erat odor
agri pleni Esau hispidus erat
et indecorus et ideo agrestis erat
qui fructus illos habere non pos
set De ipso quoque domino postea
quam celestis fecunditatem fecit ad
surgere pulcherrime dictum Dominus regna
vit decorem induit Et alibi Con
fessionem et speciem induisti Liquet
igitur decorum id esse quod fecundum

Indecorum quod infecundum Simi
lis est causa anime soli quia deco
ra ea anima que fecunda sit me
ritis fecunda consiliis Ea indeco
ra que sterilis infirmitate Sed
enim anime sunt sterilitas et ma
teria Namque cum sterilitas
fructu se fraudat suo inopiam
fecit timorem incutit Ad delec
tationes cupiditates et vanas opini
ones sit anima cadit Quid ergo
est malicia nisi boni indigentia
Suo enim defraudatur atque alie
ni indiget Exinanitur atque re
pletur sine ulla mensura et
modo Materialia autem vicia
anime obumbrant gratiam Ignoran
cie concupiscencie anime sunt egri
tudines sed ad speciem quam de
materiam magis refertur Ma
teria est caro Species est ignoran
cia et concupiscencia Caro igitur
tanto accusatur cum tante sint
in specie labes Quia nichil species
potest sine materia Denique
nichil species sine materia facit
Quid enim esset concupiscencia
nisi eam calor inflammaret Fri
get in ~~[struck]~~ senibus plu
ris quoque Quia in hijs corpus
infirmum est ardet in adolescen
tibus vis corporis et fervet
Ex bonis igitur mala orta sunt
Non enim mala sunt nisi que pri
vantur a bonis per mala tamen
factum est ut bona eminerent
Ergo indigencia boni radix ma
licie est Et deffinicione boni
malicia deprehenditur quoniam per
disciplinam boni malum reperitur
Bonum autem nullius eget sibi
habundat mensuram et per

fectionem finem quem tribuit omnibus
in quo universa constant | et de quo
omnia pendent | hec bona natura est que
mentem replet | certa hic versatur
anima pura | hoc introspicit et in
hoc desiderium terminat | bonis omnibus habundat | unde et ait faucis eius
dulcedines et totus desiderium | Omnium enim bonorum auctor est deus
et que sunt eius | perfecto omnia bona
sunt | Nusquam enim illic malum | et si
in illo mens nostra maneat malum
nescit | Anima igitur que in deo non
manet ipsa sibi auctor malorum
est | Itaque peccat | Anima autem que
peccat ipsa morietur | Durius enim
vinculis soluta virtutum penna fertur
precipicio | et labitur ad inferiora | Anima autem beata est quam
nulla carnis corporis placita expugnant | hec anima sicut passer | lago
contrito evolat | Ecce enim malorum sunt voluptates corporis huius
quisque intendit laqueos innectit
animam suam | Deum autem absentis
eius temperat et de tenebris
eius exit | eius anima fulget ut
diluculum | De qua dicitur | Que est ista que
est hec progrediens tamquam diluculum speciosa sicut luna | prospiciat
enim tamquam de domo libera nec
dicat | Tenebre cooperiunt me | et
parietes circumdant me | et quis
scit si videt altissimus | Sed ipsa
magis lucem expetit tamquam in
superioribus domus sue | id est corporis sui | et supra mundum divina posita intuetur et dectrinam
se elevat | ut deo adsit | Iam lumen suorum operum | sicut luna orbem suum toto orbe circumferens | Sed
aut aquila ait | sonans sit sol
videtur illa avis celestis coner

sio | Solisque et lune et stellarum cursus
concentibus globorum expomi | Aquilis
Iam carnem nostris videtur qui quamvis
fide non venit saltem propter gratiam
suavitatis non videtur alienus
enim laudatur a sponso vertantur
de refugies coram laudari | Deum
sponsi amore revocata ait | Hortum nucis descendi videre | in nativitate torrentis | Ubi enim est   Nota
ecclesia nisi ubi virga et gratia floret sacerdotalis | Ibi est frequenter | ut in amaritudinibus | et temptationibus probetur | Per nucem amaritudines intelligimus | per torrentem temptationes | sed tamen tollerabiles | quia scriptum est | Torrentem pertransivit anima nostra | Itaque
descendit in locum amaritudinis
ubi floret vitis et malorum granata
torum specie diversus et multiplex
fructus | qui velut uno regimine
totius corporis fide et caritate in
venitur | In illa ergo amaritudine
non cognovit se anima | Corruptibile
enim corpus gravat animam | et terrena
habitatio cito inclinat | cognoscere autem semper se debet | sed temptatum
est et petrus | non se cognovit   De sancto petro
et petrus | Etiam si cognovisset
non negavisset auctorem | Sed
cognovit cum christus denique cognovit | qui carnem respexit et cognoscat
enim dominus qui sunt ipsius et tamen
me sue fremens ut bonus rector
revocavit a lapsu | Rector ergo noster
est christus | Ideo quod ait anima | posuit
me currus aminadab | Anima ergo
currus | que boni rectorem sustinet | Si currus est anima | habet equos
vel bonos vel malos | Boni equi
virtutes sunt anime | mali equi passiones corporis sunt | Bonus ergo

rector malos equos restringit et re
uocat bonos incitat Boni equi sunt
quatuor prudencia temperancia for
titudo iusticia Mali equi iracundia
concupiscencia timor iniquitas In
terdum ipsi equi inter se dissident
et aut iracundia contendit aut timor
~~iniquitas Interdum ipsi equi inter se~~
~~dissident~~ et se inuicem impediunt
et cursum retardant At vero boni
equi euolant et aeris ad superiora
se subrigunt animamque euolant
eleuant maxime si iugum habeant
suaue et onus leue dicentis Tol
lite iugum meum super vos Iugum
enim meum suaue est et onus meum
leue Ipse rector est qui nouit equos
proprios gubernare vt equalis om
cursus sit Si velocior est prudencia
tardior iusticia admonet flagel
lo proprio segniorem Si temperancia
mansuetior fortitudo durior no
uit copulare discordes ne forte
currum suum dissipent Itaque licet intel
ligibili spectaculo videre vnaquamque
animam cum summo certamine ad celum
rapi festinantes equos qui priores
preueniant ad brauium xpi quorum primus
imponatur palma virtutibus Isti equi
qui sunt subiecti fidei iugo astricti
vinculis caritatis iusticie frenis
retinaculis sobrietatis pulchre
ergo ait posuit me currus ami
nadab Hoc est pater populi Ipse autem
qui pater populi idest pater naason hic
serpentini Iam tu recole quis sit
serpens in cruce pependerit pro sa
lute vniuersorum et intelligis illam
animam esse pacificam cui pater deus
israel et xpus agitator anima scrip
tum est Et hoc nomen in nris Sic
pater agitator israel Hic ergo agita
tor dicit Conuertere i sunamitis con
uertere Bene et quasi agitator
et quasi ad currum dicit Conuertere
solamitis Hoc est pacifica conuer
tere pacifica est anima cito se conuer
tit et corrigit Etiam si ante pec
cauit et magis eam xpus ascen
dit et regere dignatur cui dicitur
Ascende in equos tuos et equi
tatus tuus sanitas Et alibi
Ascendisti equos tuos tharsis Hij
sunt equi xpi Ascendit ergo equos
suos xpus Ascendit verbum dei ani
mas pias Vnde cognosce quod
et istam ascendit et posuit
eam ad locum palme Quando et
dicit ad eam Quid pulchra et
suauis facta es caritas in de
licijs tuis Statura tua similis
facta est palme Et ipsa ait Dixi
Ascendam in palmam Sed etiam
ipsa caritas palma est Ipsa est
enim plenitudo victorie plenitu
do enim legis caritas est Curra
mus ergo vt comprehendamus
Curramus vt vincamus Qui
vicit ascendit in palmam et
manducat fructus eius Qui
vicit iam non currit sed sedet
Sicut scriptum est Qui vicerit da
bo ei sedere mecum in sede mea
Sicut et ego vici et sedeo cum
patre meo in sede ipsius Hinc
philosophi currilia illa animarum
in suis libris expressere certami
ne tamen ad palmam premium potu
erunt Qui summitatem verbi et
altitudinem illorum anime nescierunt
quam cognouit Hec anima in qua
erat verbi conuersio Sic enim ait
Ego fratri meo et super me conuersio
eius Hunc sensum tuo diuise re
peti Vt in canticis canticorum Im
solamitis

principio ait frater meus michi et
ego ei qui pascit in lilijs usque du
aspiret dies et moueantur umbre
Deinde ait ego fratri meo et frater
meus michi qui pascit inter lilia
In fine ait ego fratri meo et sup
me conuersio eius primum ad insti
tuacionem dicit ideo et premisit fra
ter meus michi. Ille enim se demonstra
te eciam adherendum deo subiecit
affectum quod sequitur secundum profectum
tercium secundum perfectionem. In primo quasi
institucione adhuc umbras vide
bat nec dum verbi appropinquante reue
lacione commotas et ideo adhuc ei
dies euangelij non refulgebat. In
secundo sine umbrarum confusione deo
fructus perfectos carpit. In tercio iam perfecta
requiem in se verbo ministrat vt co
uertatur super eam et caput suum
reclinet atque requiescat. Inuitat
ad agrum suum dicens veni frater meus
exeamus in agrum requiescamus
in castellis. Supra ad ortum inui
tabat. hic ad agrum habitem non
solum agri florem granum sed eciam
tritici et ordei. hoc est soli
diorum firmamenta virtutum ut
fructus eius aspiciat. Requiescamus
inquit in castellis ad que adam
cum de paradiso eiectus esset fue
rat relegatus. In huius requiescere
bat et terram operabatur. Anima autem
racione exire cum magis velit
intellectus manifestus est ut quasi
bonus pastor pascat gregem suum
lassos alleuet recusatos excitet
Quam et si anima ista noua et vete
ra seruauit et tamen sunt adhuc ve
lut agni qui lactis succo nutri
endi sunt. Ergo quasi perfecta non perfe
sed pro alijs intuenit vt de sinu pa

tris exeat vt procedat foras tamquam
sponsus de thalamo egrediens suo
Curratque viam vt infirmos lucret
non in illo secreto patris solio et
in illa luce immoretur. quo in tali
Dei equi non queunt. sed vt assumat
et inducatur in domum sponse atque
secretum sit foris sibi vt nobis in
tus sit medium nostrum. et si non
videatur a nobis. Unde ait Quis
dabit te fratrem meum lactantem vbera
matris mee. Inueniens te foris
osculabor te. Bona anima que foris
est vt verbum intus sit. Illa extra
corpus vt verbum habitet in nobis
Assumam inquit te et inducam te
Recte assumitur et inducatur verbum
dei quia pulsat animam vt aperiatur
sibi hostium. et non aptum sibi hostium
inuenerit non intrat. Si quis autem
aperuerit ianuam intrat et cenat
Sic sponsa verbum assumit vt a
sumendo dotatur. Unde non nunc
cito ascendit ad hanc ad superio
res mansiones. et semper processu
accipit. quod significat virtutes
que dicitur dic que est hec
que ascendit candida innitens
super fratrem suum. Superius dixe
runt que nam est hec prospici
ens tamquam diluculum speciosa
sicut luna electa vt sol. Hic pla
quod adiicitur inuentum est eo
quod verbo dei innixa ascenderet
perfectiores enim supra christum recum
bunt. Sic et iohannes in christi pecto
re recumbebat. Ista ergo et hec vel
incumbebat in christum vel supra christum
sese reclinabat. Aut etc quam de
nuptijs loquimur nam quasi tradita
in christi dexteram in thalamum ducebatur

sponso / et quia iam copula caritatis
est blanditur ei sponsus et dicit / Sub
arbore mali elevavi te illic cor-
rupta est mater tua / illic parturivit te
que peperit te / Bona anima que requi-
escat sub arbore fructuosa / et maxi-
me boni odoris / Nam si nathanael
bonus in quo dolus illius / non erat
sub arbore mali elevata est sponso
suo / plus est elevari quam videri
plus etiam a sponso elevari / Nam
et si nathanael videbatur sub ar-
bore / tamen anima eius sponsa non
erat / quia occulte veniebat ad xpm
quia verebatur iudeos / Non erat
speciosa sicut luna electa ut sol
que erat in umbra / Quia speciosa
per diem videbit / publice confitetur
Ideo ista sub arbore mali / illa sub
ficu / quia hec confessionis sue odo-
rem diffundebat longius / illa ha-
bebat puritatis et innocencie sua-
vitatem fragranciam spiritus non
habebat / Illic inquit parturivit
te mater tua / illic parturivit te
que peperit te / Ibi enim nascimur / ibi
renascimur / Parturiuntur autem
in quibus xpi imago formatur
Unde et ille ait / Filioli quos ego
parturio donec xpus formetur
in nobis / parturit enim qui in utero
accipit spiritum salutis / et aliis infu-
dit / Unde quoniam iam formatus in hac
erat xpo ait / pone me ut signa-
culum in cor tuum / ut sigillum in bra-
chium tuum / Signaculum xpi in fronte
est / signaculum in corde / In fronte
ut semper confiteamur / In corde ut
semper diligamus / Signaculum in brachio
ut semper operemur / Luceat ergo ima-
go eius in confessione nostra / luceat
ergo in lectione / luceat in operibus et

factis / ut si fieri potest tota eius
species / exprimatur in nobis / Ipse sit
caput nostrum quia caput viri xpus
Ipse oculus noster / ut per illum videamus
patrem / Ipse vox nostra per quam
loquamur ad patrem / Ipse dex-
tera / per quam patri deo nostro
differamus / Ipse ergo est signaculum
nostrum quod est perfectionis et
caritatis insigne / quia diligens
pater signavit filium / sicut legimus
deum pater signavit deus / Ca-
ritas itaque nostra xpus / Deo
caritas / quando se morti obtulit
pro dilectis / Bona caritas que
peccatum remisit / et ideo nostra
anima induat caritatem / et cari-
tatem huiusmodi que sit valida ut
mors / Quia sicut mors finis
peccatorum est / ita et caritas
quoniam qui diligit deum peccare
desinit / Caritas enim non cogi-
tat malum / neque gaudet super
iniquitatem / sed omnia sustinet
Nam que ea que sua sunt non
querit / quomodo querit aliena / Est
et mors illa valida planctus
per quam peccatum omne sepelitur
et culpa dimittitur / Talis et
caritas quam deferebat illa e-
vangelica mulier / de qua dominus
ait / Remissa sunt eius peccata
multa quoniam dilexit multum / Est
et illa mors sanctorum martirum
valida / que culpam abolet
superiorem / et ideo valida animus
non impar est caritas / que e-
quatur martirum passioni / ut
auferat meritum delictorum / Zelo
quoque infert / quoniam qui de zelo

habet pro Christo, nec sua querit. Ita
ergo et mortem habet caritas, et ze-
lum habet caritas, et alas ignis
habet caritas. Denique Christus diligens
Moysen in igne ei apparuit. Et
Jeremias ignem in se divini amoris
caritatis ardebat: Et erat ignis
inflammatus in ossibus meis, et
dissolutus sum undique, et ferre
non possum. Bona igitur caritas
habens alas ignis ardentis, que
volitat per pectora et corda sancto-
rum, et exurit quicquid materiale
atque terrenum est, et quicquid vero
sincerum est, et quod tetigerit
suo igne meliorat. Hunc ignem
in terras misit dominus Jhesus, et re-
fulsit fides, accensa devocio, il-
luminata est caritas, iusticia
resplenduit. Hoc igne inflamma-
vit cor apostolorum suorum. Sic testa-
tur Cleophas dicens: Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis, cum aperi-
ret scripturas. Ale igitur ignis fla-
mme scripture sunt divine. Deni-
que apperiebat scripturas, et ignis
excitabat atque audiencium corda pe-
netrabat. Et vere ale ignis sunt
eloquia domini: eloquia casta ar-
gentum igne examinatum. Item
paulus quoque assumeretur ad celum
vidit circumfulsisse super se lumen
et super eos qui simul erant. Ceci-
dit a pavore et persecutor resur-
rexit. Denique apostolus factus est
qui persecutor advenerat. Spiritus
quoque sanctus descendit et reple-
vit totam domum in qua erant
plurimi sedentes, et vise sunt

dispertite lingwe tamquam ignis. Ecce
ne ale caritatis, vere ale que
volitabat per ora apostolorum, et ale
ignis qui purgatum sermonem
loquebantur. Hijs alis evolavit
Enoch raptus ad celum. Hijs alis
evolavit Elias curru igneo et
equis igneis ad superna translatus.
Hijs alis dominus deus per columpnam
ignis deducebat patrum plebem.
Has alas habuit Seraphin quando
sumpsit carbonem ignis de alta-
ri et tetigit os prophete, et iniqui-
tates eius abstulit et peccata
purgavit. Harum alarum igni pur-
gati sunt filii levi, et baptiza-
bant populi nacionum. Sic testifi-
catur Johannes dicens: Dominus Jhesus
Christus vos baptizabit in spiritu et igni.
[illegible] sub se volebat
et cor suum David, quia alas ig-
nis caritatis sciebat non esse, quia
caritatis eius flamma refrigera-
bat. Et ut plenius cognoscamus
quia alas habebat predicta caritas,
audisti dominum dicentem: Quociens
volui congregare filios tuos sicut
gallina congregat pullos suos
sub alas suas. Summamus igitur
has alas que sicut flamme ad
superiora diriguntur. Excitat unusquisque
animam suam in volucris sordi-
doribus. Et qui aurum igni appro-
bet detersum luto. Sic enim pur-
gatur ecclesia ut aurum optimum. Pul-
critudo autem eius sincera virtus
et decens verorum cognicio superio-
rum, ut videat illud bonum ex quo
pendent omnia, ipsum autem ex nullo.
Eo igitur vivit atque intellectum
accipit, vite autem fons summum

Sincera virtus
autem est pulcritudo

illud bonu aug nobis accenditur
caritas et desideriu cui appinqua
re et inhereri voluptas est quod
ci qui non vidit desiderio est et
qui vidit incst Deniq alia vniusa
despiat hoc vno multetur et dele
ctatur hoc est quod subministrat
vniusam substanciaz ipm autez
manens in semetipm Dat aliis
michil aut ex se in aliis suscipt
De quo pphta ait Dixi domino meo
deus meus es tu qm bonoz me
orum no indiges Hoc solu vi
dere desideraut Sic ipe alibi ait
Vnam petij a domino hanc req
ram vt inhabitem in domo dni
omnibus diebus vite mee et vi
deam delectacioz domni et cosideret
templu eius Si quis igitur puz
illud et in corporeu summuz illud
vide meruit quid habet aliud
quod desideret Denique petrus glaz
resurrectionis xpi vidit et no
lebat descendere dicens Domine bo
nu est nos hic esse Et quanto in
comparabilior est illa diuinita
De spu sco tis gla et lux inaccessibilis cuia
siquis viderit quid aliud concu
piscat no regna no facultates
tes honores glam potestates
Illis enim vti nichil beatitudinis
est hoc vti beatu est Illa despi
ciens ille hec conuersus maneat
hanc igitur videns pulchritudinem ima
ginez ingrediatur intus fore
relinquat vultu corporis Nam
qui intuetur corpa no debet in
trorsum intueri ne more mer
gentis ingurgite rapiatur atque
absorbeatur et qui in pfundo
demersus nusquam appareat
fugiamus in patriaz verissi
mam Illic patria nobis et il
lic pater a quo creati sumus
vbi est ihrlm ciuitas que est
mater omnm Sed que est fuga
no vtique pedu qui sut corpu
Ista enim quocunque currerit in
terra currunt et de solo ad so
lum transeunt Nec nauibus
fugiamus et curribus aut
equis qui obligantur et ca
dunt sed fugiamus aio et
oculis aut pedibus interioribus
Assuescamus oculos inos vide
re que dilucida et clara sunt
spectare vultu continenciae et tep
anciae omnesque virtutes in quibus
michil scabrum nichil obscurum
et tortuosum sit et ipm et
pectet quis et gaudeat ercnad
suam et illum octum inuideat ne
quid habeat sordidu cruus
enim videtur no debet dissona
re ab eo qui videt qm confor
mes nos deus magnus vo
luit esse filij sui Cognitum
igitur nobis illud bonu ne
longe est ab vno quoque nostrum
In ipo enim viuimus et sumus
et mouemur Ipius enim et
genus sumus vt aplus ge
tiles posuit significari Ipm
est bonu quod querimus so
lum bonu Nemo enim bonus
nisi vnus deus Hic est o
culus qui magnu illu et
verum decorem intuetur solem
nisi sanus et vehemens oculus
non aspiciat nec bonu pt vide

nisi aĩa bona fiat / ergo bonus
qui vult vid̃e deum / et quod est
bonũ huius boni similes sumus
et scḋm id operemur / que bona
sũt / hoc est bonũ / quod supra
omnẽ opacionẽ est / sup oẽ
mentẽ atq̃ intellectũ ipm
est quod semp manet ad ipm
conuertantur oĩa / in quo ha
bitat plenitudo diuinitatis et
p ipm reconcilientur oĩa in ip
sum / et ut plenius diffinia
mus quid sit bonũ / vita est
bonũ quia semp manet gãs
vite / et est oĩbus quia fons
est oĩm vita xpus / De quo
ait pphã / In vmbra eius viue
mus / Nunc enĩ vita nr̃a abscõ
dita est in xpo / Cum at appa
ruerit xpus vita nostra / tunc
et nos cum illo apparebimus
in gl̃a / Ergo nõ timeamus mor
tem quia requies est corporis
/ Nec aut vl libertas vl abso
lucio / Nec vereamur eũ qui pt
carnẽ interfice / aĩaz aut non
pt / Quia non timemus eũ qui
potest vestimentũ auferre
nõ timemus eũ qui pt nr̃a
furari / nos aut nõ pt nos
igr̃ aĩe sumus si volumus de
Hebrei / De hijs qui sũt socij
Jacob vel imitatores eius
nos aĩe sumus / nr̃a aut mebra
sũt seruanda / sũt quasi vestime
ta ne scindantur / ne inueterá
scant / sed ille magis qui hijs
vtitur seruare se debet et cu
stodire.

Incipit de bono mortis liber
tercius

Quoniam de anima
superiore libro ser̃mo
nem aliquez con
texuimus / facilio
rem viam putamus
de bono mortis ta
ctare aliquid / Quia
si anime noceat malum viden
noceat / Si aut nichil officiat a
nime ne malũ quidez / Quod at
malũ non est id certe bonum
quia quod viciosum id malũ / quod
aut vicio caret / id bonũ / Ideo
bona malis contraria sunt / et
mala bonis / Denique innocen
cia est vbi nõ est nocendi vo
luntas / et nocuus dicitur / qui nõ
sit innocuus misericors qui
remittit / inmisericors qui igno
scere atq̃ inflecti nescit / Sed
forte aliqui asserunt quid tam
contrariũ / quam vita morti / Si
go vita bonũ putatur / quo
mors nõ est mala / Et ideo quid
sit vita / quid etiam mors con
sideremus / Vita est sperandi fru
imunere / mors p̃llari / Hec aut
sperandi munus / apud plerosq̃
in bonis ducitur / Hec est ergo
vita frui bonis / mors contra
bonis exui / Et scriptura dicit de
de dedit faciez tuaz vitaz et mor
tem / bonũ et malũ / vitaz bonũ
appellans / mortez malũ / Vel
illa sibi parata / et hec sibi conse
uens / Denique vt lectionis diuine
exemplo vtamur / In paradiso
est positus homo / vt ederet de
ligno vite / et ceteris paradisi li
gnis / De ligno aut in quo
esset cognicio boni et mali nõ

cōderet · terria aut die cōderet · mor
te moreretur · Non siuauit preptū
et caruit fructu · ita q̄ eiectus
de paradiso · mortem gustauit · ma
lum igitur mors · que hoīo dāp
nacionis infertur · Sed mortis
tria sunt genera · Vna mors pecca
ti est · de qua scriptū est · Aīa q̄
peccat ipsa morietur · Alia mors
misticā · cōndo quis peccato mo
ritur · et deo viuit · De qua ait
idem apl̄us · Consepulti enim sumus
cum xp̄o p baptismū in mortem
Tercia mors qua cursum vite
huius et munus explemus · de
dic corporibus scilicet sessio · Aduerti
mus igitur quod vna mors sit
mala · si propter pcā moriamur
Alia mors bona sit · quia is qui
fuerit mortuus iustificatus est
a pctō · Tercia mors media sit
Nam et bona iustis videtur · et
plerisque metuenda · que cū ab
soluat · oēs paucos delectat
Sed nō mortis est viciū · sed nr̄e
infirmitatis · qui voluptate cor
poris · et delectacōne vite istius
capimur · et cursum huc cōsu
mare trepidamus · In quo plus
amaritudinis quam voluptatis
est · At nō sancti ac sapientes
viri qui longeuitatem pegrinac
onis huius ingemiscebant di
solui · et cum xp̄o esse pulchri
us estimantes · Denique diem ge
neracionis sue execrabantur
Sicut quidam ait · Pereat dies
illa in qua natus sum · Quid
enim est · quod hec vita delectet ple
na erumpnis et sollicitudinibus
in qua innumere calūpnie
et multe molestie · et multe

lacrime eorum qui affligantur
molestijs · Et nō est inquit
qui eos consoletur · Et ideo
laudat ecclesiastes defunctos
magis quam viuentes · et
optimus inquit supra hos
duos · qui nō dum natus
est · qui nō vidit hec mala
Et alibi idem eccl̄ici · Melior
longeuo viro cū asseruit
quem ab ortu eicit mater
sua · quia nō vidit hec ma
la que fiunt in hoc mundo
Nec in has venit tenebras
nec in natiuitate ambulat
istā · et ideo requiem hic ma
gis habebit qui in hanc
vitam nō venit · quam ille
qui venit · Quid enim boni
est homini in hac vita qui
in vmbra viuit · Nec expleri
pt cupiditatibus suis · Et
si expleatur diuicijs fructū
quietis amittit · Quia co
gitur custodire quod mise
ra auiditate quesierit · vt
miserius eas possideat · qui
pdesse nō potuerunt · Quid
enim miserius · quam ut cu
stodia torqueat · quarum
habundancia nichil psit
Itaque si plena oneris vita
vtique finis eius alleuamentum
est · Alleuamentum autem bonum
mors · Mors autem finis · Mors
igitur est bonum · Neque enim a
liter gauisus est · et Symme
on qui responsum acceperat
non visurum se mortem nisi prius
videret xp̄m dn̄m · Et cū eum
parentes in templū inducerent

suscepit manibus suis et dixit: Nunc dimittis servum tuum in pace, quasi necessitate quadam in hac vita teneretur, non voluntate. Ita dimitti petit tamquam a vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. Sunt enim velut vincula quedam corporis huius, et quod est gravius vincula temptationum, que nos alligant et ad iniuriam captivitatis astringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipso videmus quemadmodum anima recedentis paulatim solvat se vinculis carnis et ore emissa evolet tamquam carcere corporis huius exuta ergastulo. Denique festinabat etiam sanctus David de loco huius peregrinationis exire dicens: Advena ego sum apud te in terra et peregrinus sicut omnes patres mei. Et ideo tamquam peregrinus ad illam sanctorum communionem omnium patriam festinabat, petens pro illius commorationis inquinamento remitti sibi peccata priusquam discederet a vita. Qui enim hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non erit. Non erit enim qui ad vitam eternam non poterit pervenire, quia vita eterna remissio peccatorum est. Ideo dicit: Remitte mihi ut refrigerer priusquam eam, et amplius non ero. Quid igitur tantopere vitam istam desideramus? In qua quanto diutius quis fuerit tanto maiore oneratur sarcina. Ipse dominus ait: Sufficit diei malicia sua. Et Iacob dixit: Dies annorum vite mee quos habeo centum triginta minimi et mali. Non quia dies mali sed quia nobis accessu dierum malicie incrementa cumulantur. Nullus enim

dies sine peccato nostro preterit. Unde egregie apostolus ait: Michi vivere Christus et mori lucrum. Aliud ad necessitatem vite referens, aliud ad mortis utilitatem. Christus enim nobis vivere cui summus huius operis a sanctis suis in terra predicatione et servitii obsequium. Denique et Symeon qui ait Nunc dimittis servum tuum, Christum expectabat. Christus enim rex noster est, et ideo quod rex iubet deserere non possumus et contempnere. Quantos imperator terre huius in pe- imperator
regrinos locis aut honoris specie aut muneris alicuius causa iubet eligere. Numquid hii inconsulto imperatore discedunt? Et quanto amplius est divinis parere quam humanis. Vivere et mori lucrum. Quasi servus enim non refugit vite obsequium, et sapiens lucrum mortem amplectitur. Lucrum est enim evasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deteriora, ad meliora transisse. Et addidit: Dissolvi et cum Christo esse multo enim melius, permanere autem in carne magis necessarium propter nos. Aliud melius, aliud necessarium. Necessarium propter fructum operis, melius propter graciam et copulam Christi. Ergo quod docuit apostolus: Cum quis evaserit ex hoc corpore, si meruerit, erit tamen cum Christo futurus. Quid sit mors, quid etiam vita desideremus. Itaque scriptura docente cognovimus quia mors absolutio est anime et corporis et quedam hominis separatio. Solvimur enim hoc nexu anime et corporis cum recedimus. Unde et David ait diru

pisti vincula mea tibi sacrificabo
hostiam laudis vincula autem vi
te huius idest coniunctionis mee que
ex anima constat et corpore significa
ri. Docet superior versiculus promi
cius· preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius et ideo quasi
propheta prouidens se cum sanctis et
ihesu pro deuotione animam suam
in xpo deposuit in futurum letatur
quia et ipse obtulit se fideliter
pro dei populo aduersus goliam sin
gulari certamine dimicans et
solus tociens periculum et timeri non
refellit vel cum se morti pro domini
placanda offensione promptus
obiecit vel cum se pro salute populi
laborantis diuine ultionis pati
offerret Sciebat enim gloriosius
esse pro xpo mori quam regna
re in hoc seculo Quid enim perfec
tius· quam fieri xpi hostiam Itaque
cum frequenter ab eo legamus domino
oblata esse sacrificia hic tamen
loco addidit Tibi sacrificabo
hostiam laudis Non sacrifico in
quit sed sacrificabo Significans
illud perfectum esse sacrificium cum
vnusquisque domino corporis huius
vinculis absolutus assistet et
offerret se hostiam laudis quia
ante mortem nulla est perfecta
laudatio Neque quisque in hac vi
ta possit defuncto preconio predi
cari cum posteriora eius in
certa sint Mors igitur absolu
tio est anime et corporis Deni
que et in apostolo docuimus lectum
Dissolui et cum xpo esse multo
melius Solutio autem ista quid
aliud nisi ut corpus resoluatur

et quiescat anima autem queratur
in requiem suam et sit libera
et si pia est cum xpo futura
sit Quid igitur in hac vita ali
ud isti agunt nisi ut exuant
se huius corporis cogitatio
nibus que velut vincula
nos ligant et se ab hiis mo
lestiis separare contendant Re
nuncient voluptatibus atque
luxurie fugiant flammas
libidinum Nunc igitur vnus
quisque in hac vita positus
spem mortis, imittatur Denique
vt ita se agere vt ei moriantur
omnes corporis delectaciones
et cupiditatibus omnibus mundi
quasi illecebris cum ipse mori
atur Sic mortuus erat pau
lus dicens mihi enim mundus
crucifixus est et ego mundo
Denique vt sciamus quod est mors
in hac vita et bona mors
hortatur nos vt mortem xpi
in corpore nostro circumferamus.
Qui enim habuerit in se mor
tem ihesu in corpore suo habe
bit operatur igitur mors in
nobis vt operetur et vita Bo
na vita post mortem hoc est
bona vita post victoriam
Bona vita absoluto certamine
vt iam lex carnis legi mentis
repugnare non nouerit vt
iam nobis nulla sit cum corpore
mortis contentio sed sit in
corpore mortis victoria Atque
haut scio ipse an maiores
virtutes operatur mors ista qua
vita sit Certe apostoli moueor
auctoritate dicentis ergo

mors in nobis operatur, vita autem
in vobis. Operatus mors quando corporis
vitam edificabat. Hanc docet et istam
mortem in hac vita positis expeten-
dam, ut mors Christi in corpore nostro
eluceat, et illam beatam qua corrum-
pitur exterior, ut renovetur interior
homo noster, et terrestris domus nostra
resolvatur, ut habitaculum nobis ce-
leste reseretur. Imitatur igitur
mortem qui se a commercio carnis
huius abducit atque illis vinculis
solvit de quibus dicit tibi Dominus
per Ysaiam: Sed solve omnem colliga-
cionem iniusticie, dissolve omnes
obligaciones violentorum commu-
tacionum, dimitte confractos in re-
missione, et omnem conscripcionem
iniquam disrumpe. Imitatur ille
qui se voluptatibus exuit et a
terrenis delectacionibus attollit
atque elevat, et in illo celesti
habitaculo locat in quo Paulus
cum adhuc viveret conversabatur. Qui
autem non dicit: Nostra autem conversa-
cio in celis est, quod pariter ad
speculacionem meriti et meditacio-
nem refertur. Illic enim eius erat me-
ditacio, illic anime eius conversacio,
illic eius prudencia que utique
inter angustias carnis huius
herere non solet. Sapiens enim
cum illud divinum requirit, absolvit
animam suam corpore, et eius abdicat
contubernium. Cum illam veri-
tractat scienciam, quam velut
nudam sibi et apertam desiderat
demonstrari, et ideo retibus quibus-
dam et nebulis huius corporis
se querit exuere. Neque enim ma-
nibus istis aut oculis atque au-
ribus comprehendere supernam illam
possumus veritatem. Etenim que vi-
dentur temporalia sunt, que autem
non videntur eterna. Denique sepe
fallimur visu, et aliter plerumque
quam sunt videmus, fallimur eci-
am auditu. Et etiam ideo contemple-
mur illa non que videntur, si nolu-
mus falli. Quando igitur anima vera
non fallitur? Verum solum veritatis
attingit, nisi cum se ab isto secernit
corpore, neque ab ipso decipitur et
illuditur. Illuditur enim visu ocu-
lorum, illuditur auditu aurium.
Et ideo relinquat illud et discedat
omnino, et apostolus clamat: Ne tetige-
ritis, ne attaminaveritis, ne gu-
staveritis, que sunt omnia ad corrup-
telam. Incorruptelam enim sunt
que sunt in corporis indulgenciam.
Et ideo ostendens non per corporis dili-
genciam, sed per anime elevacionem
et cordis humilitatem invenisse
quod verum est, reddidit: Nostra
autem conversacio in celis est. Ubi igitur
inquirat quod verum est et quod est et
manet? Seque in sese colligat
et congreget omnem anime virtutem
sue, nec aliis committat et credat,
sed ipsum se cognoscat et intel-
ligat, et quod sibi videtur verum
esse, hoc sequatur cum noverit
quod delectacione carnali eli-
gendum est maneat. Hic sciat fugien-
dum, ab eo fugiat et recedat, quia
fraudibus est plenum. Aperto ergo
depravavit et dehonestavit hoc
corpus, corpus mortis appel-
lans. Cuius enim oculis potuit
videre virtutum splendorem? Cuius
iusticiam manibus comprehendere?
Cuius sapienciam oculorum obtutibus
intueri? Denique cum aliquid co-
gitamus, neminem nobis certe

neminem volumus obstrepere auribus nostris. Atque ita intendimus animo ut plerumque non videamus presentia. In noctibus sincerius cogitamus et tunc melius que moliuntur corde meditamur. Unde et propheta ait: Que dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris conpungimini. Sepe eciam aliqui claudunt oculos si quid profunde volunt visu cogitacionis eruere, oculorum impedimenta vitantes. Sepe eciam solitudines captamus ne cuius sermo nostris auribus insusurret, et quasi semita quadam inherentem cogitacionum animam abducat a vero atque ab intencione deflectat. Multas igitur occupaciones nobis corpus huius necessitas gignit atque usus invehit, quibus impeditur animi vigor ac retardatur intencio. Unde pulchre et sanctus Job: Memento quia lutum me finxisti. Si ergo lutum est corpus, oblinit nos utique non diluit, et coinquinat animam inquinamento intemperancie. Corium et carnem inquit me induisti, ossibus et nervis intexuisti. Ligatur itaque et distenditur anima nostra istius corporis nervis et ipso interdum rigescit sepe curvatur. Et addidit: Ab iniquitate innocentem me fecisti. Si enim impius fuero, ve michi. Sin autem sim iustus non potero me reclinare. Plenus enim confusione sum. Induxisti super me temptaciones. Quid enim est aliud hec vita nisi plena laqueorum ~~luti~~. Inter laqueos ambulamus, inter plurimas versamur temptaciones. Denique idem supra ait: Numquid non temptacio est vita hominis in terra. Bene addidit in terra, quia est vita hominis in celo. Sicut mercenarii inquit

mercedis vita eius. In labore siquidem et tempore levior fabulis et flutans et natans verbis, alius habitacio in luctus domibus et ipsa vita in luctu. Nulla formido sentencie, nulla constancia: in die nox desideratur, in nocte dies queritur. Ante escam gemitus, inter cibos fletus, lacrime dolores, timoris sollicitudines, nulla requies a perturbacionibus, nulla a laboribus reclinacio. Ire et indignaciones motus horridior. Plerique cupiunt mortem et non impetrant. Si autem impetraverint gratulantur, quia sola est mors requies vivis. Fortasse dicat aliquis scriptum esse quia deus mortem non fecit. Vita erat in paradyso ubi lignum vite, et vita erat lux hominum. Mortem igitur mala que accedit et subintravit. Sed quo mala mors? Si autem secundum gentiles sensu caret, aut secundum apostolum lucrum Christi est, cui quod et si multo melius. Quid igitur mors nobis malum si nullus post mortem sensus est? Ubi enim nullus sensus, nullus itaque iniurie dolor, quia dolor sensus est. Aut quia est post mortem sensus, est utique vita post mortem, et superstes mortis est anima que sensu utitur et vita fungitur. Cum autem manet post mortem vita atque anima manet, bonum nec morte amittitur sed augetur. Nec ullo impedimento mortis retardatur anima, sed operatur magis quia operatur eque sua sunt sine ulla corporis societate. Quod anima

maiori oneri quam usui est. Quid
igitur est mali anime que puritatem
suam custodierit et virtutum di-
sciplinam servaverit. aut si non
servavit non mors malum sed
vita. quia vita non fuit. Verum vita
viciis peccatisque obsita. Quid igitur
accusamus mortem. que aut vi-
te peccatum luit. aut abolet eius do-
lorem atque cruciatum. Itaque mors
aut sue quietis bono utitur. aut
malo alieno laborat. Hinc illud
expecta. si vita oneri mors abso-
lucioni. Si vita supplicio mors
remedio. Aut si iudicium post
mortem etiam vita post mortem.
Vita igitur ea non est bona. aut
si hic bona vita. quomodo illic mors
non est bona. cum illic nullus
sit tribulis iudicii metus. Sed ipsa
hic vita si bona est. quibus
rebus bona est. virtute itaque
et bonis moribus. Non ergo quia
anime et corporis copulam bona est.
Sed quia per virtutem quod malum
est sui repellit. quod autem bonum
est mortis acquisiverit. ut quod
anime est magis quam id quod con-
tubernii et commistionis appetit.
Quod si vita bona que anime
se et corpore separantis est specu-
lum. Et si anima bona que se ele-
vat atque abducit a corporis con-
tubernio. Et mors utique est
bonum. que animam a societate car-
nis huius absolvit et liberat.
Ob nephandam igitur mors est
bonum. et quia compugnantia dividit
ne se invicem impugnent. Et por-
tus quidam est eorum qui magno
vite istius iactati salo fidei qui-
etis stationem requirunt. Et que
deteriorem statum non efficit. sed

qualem in singulis invenerit talem
iudicio futuro reservat. et quiete
ipsa fovet invidie subducit. et fu-
turorum expectatione componit. Ac-
cedit eo quod frustra homines mor-
tem timent quasi finem nature.
Nam si recolamus quod deus
mortem non fecerit. sed postquam
homo lapsus in flagicium est pre-
varicationis et fraudis senten-
cia comprehendit. ut in terram suam
terra remaneret. invenimus mor-
tem finem esse peccati. Ne quo
esset vita diuturnior eo fieret
culpa numerosior. passus igitur
dominus subintrare mortem ut cul-
pa cessaret. Sed ne rursum nature
finis esset in morte. data est
resurrectio mortuorum. ut per mor-
tem culpa deficeret. per resurrecti-
onem autem perpetuaretur natura.
Itaque mors hec transitus univer-
sorum est. Opus est ut constan-
ter transeas. Transitus autem
a corruptione ad incorrupcionem
a mortalitate ad immortalitatem
a perturbacionibus ad tranquillita-
tem. Non igitur te nomen mortis
offendat. sed boni transitus ben-
eficia delectent. Quid est enim Mors
mors nisi sepultura viciorum virtutum
suscitacio. Unde et ille ait. Mo-
riatur anima mea in animis iu-
storum. id est consepeliatur ut
sua vicia deponat. iustorum as-
sumat graciam. qui mortificaci-
onem Christi in corpore suo atque
anima circumferunt. Mortificacio
autem Christi remissio peccatorum
abolicio criminum. erroris ob-
livio. assumpcio gracie est. Quid autem
de bono mortis est plenius pos-
sumus dicere. quam quod mors de-

que mundum redemit. Sed de commun
omni morte dicamus. quid eam timea
mus que anime nocere non solet. Scrip
tum est enim. Nolite timere eos qui
occidunt corpus animam autem non
possunt occidere. per mortem autem
istam anima liberatur. Nam a corporis
contubernio secernitur. et involu
cro perturbationis exuitur. Unde et nos
dum in corpore sumus usum mortis
imitantes. abluamus animam nostram
ex istius carnis cubili. et tamquam
de isto exurgamus sepulchro. abdu
camus nos a corporis nexu. relin
quamus omnia quecumque terrena sunt
ut cum venerit adversarius nichil in no
bis inveniat suum. Contendamus
ad illud eternum ad illud divinum. et
volemus pennis dilectionis. et
remigio caritatis. Surgamus hinc
hoc est de sedibus atque mundanis.
Dixit enim dominus. Surgite eamus hinc
precipiens ut unusquisque surgat
de terris. erigat animam humi iacen
tem. ad superna attollat. excitat a
quilam suam illam. de qua dictum
est. Renovabitur sicut aquila
iuventus tua. Ad animam hoc dictum
est. Anima ergo nostra sicut aqui
la alta petat. supra nubes volet
renovatis splendescat exuviis. ce
lo volatus suos inserat. ubi laque
os incidere non possit. Avis enim que
descendit ex alto. vel que in altum
se extollere non potest. frequenter aut
laqueis capitur. aut visco fallitur.
aut quibuscumque irretitur insidiis.
Sic quoque anima nostra caveat ad hec
mundana descendere. laqueus in
auro viscus est in argento. nexus
in predio. clavus in amore. Dum aurum
petimus strangulamur. Dum ar
gentum petimus querimus in visco

eius heremus. Dum predium inva
dimus alligamur. Quid mane
querimus lucem preciose anime de
trimentum. Exiguus totus tibi
est mundus. precium anime dispe
dio. Quid enim prodest homini si
huius mundum universum lucretur
anime vero sue detrimentum paciatur
aut quam commutationem da
bis pro anima tua. Non auro redime
tur. non argento. immo auro a
mittitur. Clavum etiam mulieris
decus dum temptatur astringit.
Clavus est libido. clavus tristi
cia. clavus iracundia. clavi sunt
omnes passiones. que velut veru
quodam animam nostram penetrant
et insigunt corpori. visceribusque
eius annectunt. Fugiamus ergo
hec mala. et exaltemus animam no
stram ad illam imaginem dei et
similitudinem. Fuga malorum simi
litudo dei est. et virtutibus ima
go dei acquiritur. Ideo qui nos
pinxit. quasi auctor pinxit vir
tutum coloribus. Ecce ego inquit
ab Iherusalem pinxi muros tuos. Non
detergeamus penicello neglige
ncie depicta anime nostre firmamenta
muralia. Ideo dixit. muros pin
xi quibus hostes possimus ar
cere. Habet anima muros suos de
quibus eminet et de quibus
dicit. Ego civitas munita. ego
civitas obsessa. huius munitur
muris. huius obsessa defenditur.
Et vere murus anima que preten
dit in castris. unde et ipse ait in ma
tias. Ego murus et ubera mea
ut turris. Bonus murus quem
pinxit dominus. Sic ipse ait. In mani
bus meis pinxi muros tuos. et

in conspectu meo semper. Bona
anima que habet speculatorem dominum
commendatur ut spiritus qui in con
spectu dei est. Oculi enim domini super
iustos. sicut et ipsa ait. Ego enim
in oculis eius tamquam inveniens
pacem. Bonas turres habet que
habet. et de intellegibilibus ver
bum. et de moralibus disciplinam
pro eo quod hec anima huius grani sinapis
pro (?). ingreditur in ortos et
inveniens illic sponsum sedentem
et disputantem. Amicis ait qui
sedes in ortis. vocem tuam insi
nua michi. Aptissime inquit non
amicas. fuge frater meus. hor
tatur ut fugiat sponsus. quia
iam sequi potest. eciam terrena ip
sa fugientem. Dicit ut similis
sit damule que evadit de rethi
bus. vult enim et ipsa fugere et evo
lare supra mundum. Hunc ortum
illum sibi plato composuit. quem
iovis ortum. alibi ortum mentis
appellavit. Novem enim et deum
et mentem totius dixit. In hunc
introisse animam quam venerem nuncu
pavit. ut se habundancia et divi
tiis orti repleret. in quo reple
tus potu iaceret. qui potius potu
nectar effunderet. Hoc igitur ex libro
Canticorum composuit. eo quod
anima deo adherens in ortum men
tis ingressa sit. in quo esset
habundancia diversarum virtutum
florescens sermonum. Cuius autem
ignorat. quod et paradiso il
lo quem legimus in genesi habentem
lignum vite. et ligna sciencie
boni et mali et ligna cetera
habundanciam virtutum puta
verit transferendam. et in orto
mentis esse plantandam. Denique in
Canticis Salomon ortum animae signi
ficavit. vel ipsam animam. Sic enim scrip
tum est. Ortus clausus sponsa so
ror mea. ortus clausus fons si
gnatus. Transmissiones tue pa
radisus. Et infra ait anima. Exur
ge aquilo. et veni auster. perfla
ortum meum. et defluat unguenta mea.
Descendat frater meus in ortum suum
consulto hic pulcherrimus. quod anima or
nata virtutum floribus. ortus sit.
vel in se paradisum habeat germi
nantem. In quem ortum invitat ver
bum dei descendere. ut anima illa verbi
imbre celestis. et eius copiis ir
rigata fructificet. Verbum autem vtilitas dei ubi
dei pascitur anime virtutibus. quociens
obedientem sibi. et opimam invene
rit. et carpit fructus eius. atque sapore
delectatur. Cum autem descenderit in
ea dei verbum. defluunt ex ea salu
brium unguenta verborum. et diver
sarum flagrant longe lateque redo
lencia graciarum spiramina. Unde ait
sponsus. Sponsus autem anime deus
verbum est. cui anime legittimo quo
dam conubii federe copulatur. In
gressus sum in ortum meum soror
mea sponsa. vindemiavi mirram
meam cum unguentis meis. man
ducavi panem meum cum melle me
o. Edite proximi mei. et bibite et
inebriamini fratres mei fratres. Ego
dormio. et cor meum vigilat. Co
gnoscamus quos fructus et cibos
compellere deus quibus ne delectatur.
Delectatur eo si quis mortificet
peccatum suum. obliteret culpam
suam. sepeliat atque abolere faciat

iniquitates suas / Narra enim est sep-
ultura mortuorum / Mortua autem
peccata sunt que vite suavitatem sen-
tire non possunt / Perfunduntur autem divi-
ni sermonis unguento / Et fortiori-
bus verba velut pane et suaviore
sermone velut melle curantur quedam
vulnera delictorum sermonum autem cibos
esse docet / Et alibi / Salomon dicens
favi mellis sermones boni / In illo
ergo orto sermones boni sunt / Alius
qui culpam coherceat / Alius qui
iniquitatem corripiat / Alius qui
mortificet insolenciam / et velut
sepeliat eam / Quando correptus ali-
quis erroribus suis renunciat / Est
etiam forcior sermo qui confirmat
cor hominis validioribus sententie
celestis alimentis / Est etiam sermo
suasorius dulcis ut mel / et in
peccatore consciencias in ipsa sua-
vitate compungens / Est etiam fer-
vencioris sponsi sermo / qui inebri-
at sicut vinum / et cor hominis letifi-
cat / Est etiam lactans sermo purus
et candidus / Hos cibos dulcium
utiliumque sermonum epulandos spon-
sus proximis suis dicit / Proximi
autem sunt qui eum sequuntur et nup-
tiis eius intersunt / Tanto cibo et
potu repleta anima / bibit enim unus-
quisque aquam de suis vasis / et
de puteorum suorum fontibus atque
inebriata dormiebat sensu / vigila-
bat deo / Et ideo sicut posteriora do-
cent / aperiri sibi deus verbum
eius ianuam postulabat / ut eam
suo repleret ingressu / Hinc ergo epu-
latores illi platonici / hinc nectar
illud et vinum et melle propheticos
hinc somnus ille translatus
est / hinc vita illa perpetua quam

dilectos suos duxit epulari / quia
Christus est vita / Dilecto que talium ser-
monum sermonibus / anime eius reple-
tus est venter atque ipsa exivit
in verbo / Que autem exit anima si-
licio isto et elevat se a corpore
verbum sequitur / Sed sunt prin-
cipatus aerij / et potestates
mundi / qui nos vel de muro diste-
cere vel impedire recta gradi-
entes / vel ad altiora tendentes
querunt deponere atque ad terrena
revocare / Sed nos multomagis
ad sublimia mentem erigamus
verbum sequentes dei / Illi principa-
tus offundunt secularia / quibus
tuam mentem incurvet / tunc ma-
gis ad Christum anima dirige gressus
tuos / Immittunt cupiditatem auri
argenti vicine possessionis / ut
aquirere eius gratia excuses a
cena illius / qui ad nupcias ver-
bi te invitavit / Tu quere ne ex-
cuses / sed vestem te indue nupci-
alem et utere convivio divinis / ne
dives qui te invitaverat / cum tu
excusaveris dum eos servabis oc-
cupatus alios inmittet et tu ex-
cludaris / Immittunt etiam honoris ap-
petenciam potestates mundi / ut te
extollas sicut Adam / et deum vis
adequare dum similitudine potesta-
tis divina precepta despicias / et quod
habebas incipias amittere / Cui
enim non habet / et quod habet auf-
fertur ab eo / Quociens in oracione
nobis quam maxime deo appropinqua-
mus offundimur ea / que plena
sunt obprobrij aliisque aut scelere
quos nos a studio oracionis avo-
cant / Quociens inanes cordi nostro
conatur inserere / quo nos reflectat

Oculus meretricis est laqueus anime

a sanctitatis proposito et piis votis
quotiens corporeos inflammat ardo
res. quotiens occursare facit oculos
meretricis quibus castum iusti temp
tet affectum / ut improviso amoris
spiculo feriat imparatum / quotiens
miscerit animo tuo verbum iniquum / et
cogitaciones cordis absconditas
de quo tibi dicit lex / Attende tibi
ne fiat verbum absconditum in cor
de tuo / ne ut tu habundaveris auro
et argento / et opimis agrorum fru
ctibus / vel honoribus dicas
virtus mea dedit michi hec / et
obliviscaris dominum deum tuum / Hiis
ergo anima que cupit evolare de
primitur. sed tu obluctare / quasi
bonus miles Christi Jhesu / Et inferi
ora despiciens terrena obliviscens
ad celestia / et eterna contende at
tolle animam tuam ut eam inliciat esca
laqueorum. voluptates seculi / esce quedam
sunt et quod peius / esce malorum esce
temptacionum / Dum voluptatem que
ris. / laqueos meretricis / laqueus enim
meretricis / laqueus amatoris est
Oculus enim meretricis / est laqueus
laqueus est eciam sermo meretricis
qui oblectat ad horam / fauces tuas
et postea exasperat eas amaritu
dine conscientie peccatricis / laqueus
aliena amenitatis plena posses
sio / Omne enim istius vite plenum
laqueorum est / Unde iustus dicit
In qua via hac ambulabam abscon
derunt laqueos in ... via inquit
hac absconderunt / Ideo tu illam
viam ambula que dicit / Ego sum
via et veritas et vita / ut dicas
animam meam convertit / Deduxit me
super semitas iusticie / propter no
men suum / Moriatur igitur nobis

hoc seculum / Moriatur nobis carmen
istius sapiencia / que inimica est
deo / Subiciamus animam nostram so
li Christo ut dicat unusquisque / Nonne
deo subdita est anima mea / Deo soli
subdita / Non mundo inquit subdi
ta / Non propter hoc pecuniosus non
propter avarus dicitur / sed dicit iustus et
continens avarus autem dicit / Anima ha
bes multa bona in annos multos
posita. requiesce manduca / bibe
et epulare / Quia avari anima
subdita est luxurie corporali / Iu
sti autem anima utitur corpore ut in
strumento / aut organo. que velut
preclara artifex quo vult obsequium
corporis ducit et effingit de
eo speciem quam elegerit / et eas
quales voluerit facit in eo resonare
virtutes / pangens nunc modulos ca
stitatis. nunc modulos temperancie
sobrietatis carmen / integritatis
suavitatem / gravitatem viduita
tis / Interdum tamen modulator com
patitur organo suo / Et ideo ho
nesta modulare / ut sit honesta
compassio / Nam et ille qui videt
videndo plerumque et audiens audi
endo afflatur / Et ideo dicit scriptura
Oculi tui recta videant / Et infra
Ne multus fueris ad alienam
Noli intrudere in oculos mune
rule noli intendere verba me
tricis / Et quid de extraneis laque
is loquar / nostri nobis laquei
sunt cavendi / In ipso hoc corpore
nostro laquei circumfusi sunt
nobis. quos debemus vitare.
Non credamus nos huic corpo
ri. non misceamus cum eo ani
mam nostram / Cum amico ...

Avari anima

Oculi tui recta
~~Oculi tui ...~~
~~videant~~
videat

miscere animam tuam non cum inimico sed inimicum tuum corpus est tuum, quod repugnat menti tuae, cuius opera inimicitiae, dissensiones, lites, perturbationes quae sunt. Noli miscere cum eo animam tuam, ne utrumque confundas, etiam si misceatur. Ergo melior fit caro, haec inferior est quam anima quae superior. Denique anima vitam corpori tradit, caro autem mortem animae transfundit. Confunditur ergo utriusque operatio, confunditur quaedam ipsa utriusque substantia. Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis, et corpus omnibus animae virtutibus fungitur. Ac ne forte quis infusam animam corpori etiam confundi putet, exemplum nobis sit huius luminis gratia. Siquidem et lumen in eodem loco infunditur. Non sit ergo confusa operatio quorum dispar substantia est. Sed sit anima in corpore ut vivificet corpus, hoc gubernet, illuminet. Negare tamen non possumus quod compatiatur corpori suo, etiam et contristatur. Siquidem Ihesus ait: Tristis est anima mea usque ad mortem, affectum hominis in se exprimens. Et alibi: Anima mea turbata est. Siquidem et modulator e modulis suis aut tibiae aut citharae aut organi voce gestu affectuque compatitur, in tristibus sonis tristior, in laetis laetior, in acutioribus excitatior, in imis mitioribus mitior atque mansuetior, ut sonum cantuum et ipse commendet et quodam modo moduletur affectus. Anima quoque in hoc corpore tamquam in fidibus musicis, quae sobria est, tamen sumens ut ita dicam digitis velut nervorum sonos, ita pulsat carnis istius passiones ut consonum reddat morum atque virtutum consonantem et concentum, ut in omnibus cogitationibus suis et in omnibus operibus id custodiat ut omnia consilia et facta sibi concinant. Anima est ergo qua utimur, corpus quod usui est. Et propter hoc aliud quod in pretio, aliud quod in ministerio; aliud quod sumus, aliud quod nostrum est. Si quis animae pulchritudinem diligit, nos diligit; si quis corporis decorem diligit, non ipsum hominem, sed carnis pulchritudinem, quae tamen cito marcescat et defluit. Non illi intendat de qua dixit propheta: Qui non accepit in vano animam suam. Sed in vanum accipit animam suam, ut iam de huius vitae diversis molestiis, qui secularia instruit, edificat corporalia, cruciatur die [illegible] ad edendum et bibendum surgens, et nullus expletur ut non post momentum esuriat ac sitiat, cruciat cottidie lucri querimonia, et nullus cupiditati modus ponitur. Non satiabitur, inquit, oculus videndo nec auris auditu. Qui diligit argentum non satiatur argento. Nullus finis laboris, et nullus est fructus habundantiae. Cupimus cottidie scire nova, et quid est ipsa scientia nisi cottidiani doloris adiectio? Omnia quae sunt iam fuerunt, et nichil sub sole est novum, sed omnia vanitas. Ideo totam vitam odio habui, dixit Ecclesiastes. Qui vitam odio habuit, utique mortem praedicavit, denique laudavit

mortuos, magisque viuentes. Et
illum iudicauit beatum, qui in hanc
vitam non venit nec malum huius
suscepit laborem. Tiranniunt magis
cor meum vt sanarem impij leticiam
et ut desiderarem et quererem
sapienciam et numerum. Et ut sci-
rem per impium leticiam et mo-
lestiam et lactacionem. Et inuenio
ego eam amariorem quam mor-
tem. Non quia amara sit mors,
sed quia impio amara. Et tum ama-
rior vita quam mors. Grauius
est enim ad peccatum viuere quam in pec-
cato mori. Crimina impius quamdiu
viuit peccatum auget. Si moriatur
peccare desinit. Plerique criminum
suorum absolucione letantur.
Si emendaturi essent. Si perseue-
raturi meius stulte, quia longe
illis plus dampnacio quam fuisset
ne incrementa facerent peccatorum.
De quo sublimis Apostoli sentencia
dicentis quod non solum hij qui
flagiciosa agunt, sed eciam qui
ea probant digni morte sunt.
Sed et illos qui talia condemp-
nant in alijs qualia ipsi agunt
inexcusabiles dixit. Et sua dap-
natos sentencia. Cum enim alios
condempnat, seipsos condempnat.
Licet sibi eos blandiri oppertere
quia penarum ad tempus immunes
videntur, et exortes reatus cum
grauiores penes intra se luant
et sibi rei sunt, qui alijs non
videntur atque in se torqueant
grauiorem consciencie sentenciam
tu de aliorum peccatis iudicant.
Sed noli inquit o homo diuine bo-
nitatis et paciencie thezaurus

contempnere. Bonitas enim dei ad
penitenciam te prouocat. ad correcci-
onem inuitat. Duricia autem tua
qua incredulis permaneas perseue-
ras, futuri iudicij auget seue-
ritatem, vt dignam retribucionem
tuorum accipias delictorum. Non igitur
mors malum. Nam neque apud vi-
uentes mors est, neque apud de-
functos. Apud alios enim non est
quia adhuc viuunt, alij tamen fuerunt
itaque neque apud eos mala est
qui eam adhuc nesciunt hoc ipso
quia nesciunt. Neque apud eos qui iam et
secundum corpus nichil senciunt, et secundum
animam liberati sunt. Quod si terribilis
apud viuentes estimatur, non mors
ipsa terribilis sed opinio de morte quam
vnusquisque pro suo interpretatur affectu
aut pro sua consciencia perhorrescit. Sue
igitur vnusquisque consciencie volnus
accuset, non mortis acerbitatem.
De morte iustis mors quietis est por-
tus nocentibus naufragium putatur.
Certe hijs quibus grauis est timor
mortis non est grauiue mori, sed grauius
est viuere sub metu mortis. Non graue
mors grauius, sed pro metus mortis
actus aut opinio minus est. Opinio
nostre infirmitatis contraria veritati.
Nam per veritatem virtus. per opinionem
infirmitas. Opinio autem non mor-
tis vtique, sed vite est. Ergo illud quod
in vita magis inuenitur esse.
Liquet igitur quia mortis metus non
ad mortem referendus est, sed ad vi-
tam. Non enim habemus quod in mor-
te metuamus, si nichil quod timendum
sit vita nostra commisit. Et enim presen-
tibus delictorum supplicia terrori sunt.
Delicta autem non mortuorum metus
sunt, sed viuencium. Vita igitur ad nos

refertur | tunc actus in nostra pote
state est | mors autem nichil ad nos
est enim separacio anime et corporis
anima absoluitur | corpus resoluitur
que absoluitur gaudet | quod re
soluitur in terram suam nichil sen
tit | porro quod nichil sentit | nichil ad
nos · tamen si mors malum · quo
iuuenes non timent fieri senes | nec
finiuntque morti vertitur etatem
paciencium quia deficit qui pro supta
morte deficit | quam qui inopina
ta | tempus quorum qui mortem ma
lum putant aptum responsum
arbitrorum | quia per vitam ad mor
tem est transitus | per mortem autem
ad vitam reditus | Neque enim nisi
qui mortui fuerint possunt re
surgere | Insipientes autem mortem
tamquam summum malorum reformidant
sapientes tamquam requiem | post labores
et finem malorum expetiuint | Dua
bus autem ex causis mortem insi
pientes veretur | vnam quod eam in
teritum appellet | Interitus autem
hominis esse non potest | cum anima superstes
corporis sit saluo eo quod ipsum
corpus maneat resurrecturum | Alte
ra autem causa quod penas inferni
finxerunt poete | videlicet fabulis tri
ti · latratus cerberi | et cocyti flu
minis | tristem voraginem | charonte
tristiorem | furiarum agmina autem pre
rupta tarte tunc quibus hydra se
mor sedem habeat | titios quod visce
ra reparandis fecunda supplicijs
que voltur immanis sine vllo fi
ne depascatur | ixioni quoque orbis
perpetuum sub pena atrocitatem ver
tigimem | tum saxi desuper imminentis
super capita accubancium inter
epulas impendentem ruinam | Hec

plena sunt fabularum | Nec tamen
negamus eciam penas esse post mor
tem | sed quid ad mortem | id quod
post mortem est | Si autem que post
mortem sunt referantur ad mortem
eadem eciam que post vitam sunt
referantur ad vitam | Nulla ergo
erunt supplicia que referantur
ad mortem | Mors enim vt supra
diximus absolucio est | et sepa
racio anime | et corporis | Non est autem
mala solucio | quia dissolui et cum
Christo esse multo melius | Non igitur
mala mors | Denique mors pec
catorum pessima | Non vtique mors
pessima generaliter | sed pessima
specialiter peccatorum | Denique preciosa
sa iustorum | Vnde liquet acerbi
tatem non mortis esse | sed cul
pe | pulchre autem ~~grece~~ greca
a fine mortem appellarunt
Teleuten enim mortem appellant
eo quod finis istius vite sit | Sed
eciam somnum mortem scripture
nuncupant | Sicut est illud lazar
us amicus noster dormit · sed vado
vt suscitem eum | Sompnus autem
bonus | quia quies est | Sicut
scriptum est | Ego dormiui et qui
eui et surrexi quia dominus susce
piet me · Dulcis igitur quies
mortis | Denique dominus suscitat
quiescentes | quia dominus resurreccio
Illud quoque egregium | quod ait
scriptura | Ante mortem non laudaueris
quemquam · Vnusquisque enim in nouissi
mis suis cognoscitur · et in
filijs estimatur | Si bene filios
suos instituit | et disciplinis
competentibus erudiuit | Si quis
ad negligenciam patris refert
dissolucio filiorum | Ideo quia

vnusquisque quam diu viuit ob noxios
est lapsui nec senectus immu-
nis a crimine. Ideo legis quod Abra-
ham mortuus est in senectute
bona, eo quod in proposito sui boni-
tate permansit. Mors igitur vite — nota
est testimonium. Nam si laudari
non gubernator non potest quam
in portu nauem deduxit. Cuius
laudabis hominem priusquam instaci-
onem mortis successerit. Et ipse
vite huius iactatur profundo, a quam
diu in salo isto tam diu inter
naufragia. Dux ipse nisi confecto
prelio non sumit lauream, nec si
miles arma deponit superatorum
mercedem adipiscatur nisi hoste
superato. Mors igitur stipendiorum
plenitudo summa mercedis, gra-
cia missionis est. Vnum autem
morti dedit sanctus Iob qui
dixit: Benedictio morituri in
me veniat. Nam et si Ysaac
benedixerit filios suos, et Jacob
benedixerit patriarchas, tamen benedic-
tionis [illegible] illius gratia potest
solis benedictorum meritis depu-
tari vel pietati paterne. Hic
vero nulla prerogatiua minor
est, nulla pietate, sed solius
mortis priuilegium, cum benedicto
cuiuscumque morituri tantum vtitur habere [?]
vt etiam sibi sanctus propheta op-
tauit. Ac per hoc cogitemus se-
quitur consilium et teneamus
si quem viderimus pauperem mor-
tuum supremum viuentemque. Dicat v-
nusquisque nostrum: Benedictio mo-
rituri in me veniat. Si quem
viderimus debilem non deseramus.

Si quem in extremis positum non
relinquamus. Oretur et nobis di-
cat: Benedictio morituri in me
veniat. Laudet et te vnusquisque
moriturus, vnusquisque depositus
eius, vnusquisque confectus vulnere
graui, vnusquisque morbo assumptus
et iam morti proximus. Sit ver-
siculus, quotiens benedicta fecit, quo-
tiens in pudorem incussit. Si
moriturum pretereo, si non visitaui
grauiter egrum, si [illegible] in- — vestiui
opem, si captiuum non redemi,
si senem spreui. Sit ergo in cor-
de semper vt stimulet diuiores
vt ammoneat prompciores, re-
sonet te postrema verba mor-
turi et benedictionem tui confodiet [?]
corpore, anima scilicet rechat [?]. Eripe
cecatum [?] cum qui ad mortem ducitur
qui periturus erat nisi tu sub-
venisses, vt dicas: Benedictio
morituri in me veniat. Cuius
igitur dubitet de bono mortis
cum id quod inquietum, id quod
erubescendum, id quod iniquum
nobis est, id est quod violentum, id quod
periculosum, et ad omnia vicia ille-
cebrosum est, conquiescat, et ia-
ceat, et quasi feruida tamen
clauditur sepulchri. Reclinque-
tur rabies eius exanimis et
emortua visceri compago
in terram resoluatur. Id autem quod
familiare virtutibus animum
disciplinis studiosum glorie
sequax boni; eo subditum est
ad illud sublime euolet, et cum
illo puro et perpetuo bono atque

immortalis maneat, Christo adhereat
et cum ipso sit, de quo cognacionem ducat
ut quidam ait: Cuius et genus sumus.
Non enim mori animam cum corpore mani-
festum est quia non est de corpore. Non
esse autem eam de corpore scriptura
multis modis edocet. Nam et Adam
a domino deo nostro accepit spiritum vite
et factus est in animam viventem. Et
David ait: Convertere anima mea in re-
quiem tuam quia dominus benefecit michi.
Et in quo benefecit audi: Quia
liberavit inquit pedes meos a lapsu.
Vides gratulari eum mortis huius
remedio, quia finis est factus
erroris, quia culpa non natura de-
fecit. Denique quasi exutus et liber
dicit: Placebo domino in regione vi-
vorum. Illa est enim regio. Denique
illam animarum requiem terram dicit
esse viventium, quo peccata non pene-
trent, ubi virtutum vivit gloria. Ista
autem regio plena est mortuorum
quia plena est delictorum. Aper-
teque dictum est: Relinque mortu-
os sepelire mortuos suos. Sed
et supra similiter ait: Anima eius in
bonis demorabitur, et semen
eius hereditabit terram. Hoc est
anima timentis deum habitabit in
bonis ut semper in eis sit. Et
secundum ea quod potest etiam de eo ac-
cipi qui sit in corpore, ut et ipse
si timeat deum in bonis habitet
et in celestibus sit, et possideat
corpus suum et dominetur ei
quasi in servitutem redacto, et possi-
deat hereditatem glorie et celestium
promissorum. Unde et nos si volumus
post mortem corporis huius in
bonis esse, caveamus ne ad-

glutinetur anima nostra huic cor-
pori, ne commisceatur, ne inhe-
reat, ne trahatur a corpore, et
tamquam ebria per turbaciones
eius vacillet et fluitet, ne se
ei credat atque eius delectati-
onibus, ut committat se eius
sensibus. Nam et oculus eius
error et fraus est, quia fallitur
visus; et auris eius decepcio
est, quia et auditus illuditur; et
sapor eius decepcio est. Denique
non ociose dictum est: Oculi tui
recte videant et lingua non
loquetur perversa; quod non
esset dictum nisi frequenter erra-
rent. Vidisti meretricem, cap-
tus es vultu eius et formam
decoram putasti. Erraverunt
oculi tui, perversa viderunt, alia
nunciaverunt. Nam si vere vidis-
sent deformem meretricis affectum,
inhorrentem procaciam, incestam
impudiciciam, marcescentes libi-
dines, tetram colluvionem, anime
vulnera considerassent, cicatrices. Qui
viderit inquit mulierem ad concu-
piscendam eam. Vides quod ipse fal-
sum quesivit, qui non verita-
tem sed adulterium requisivit.
Vidit enim quesivit ut concupisceret,
non ut verum cognosceret. Errat
igitur oculus ubi errat affectus.
Affectus ergo decepcio est, decep-
cio visus. Et ideo tibi dicitur:
Neque capiaris oculis tuis. Vide
ne capiaris anima tua. Mulier
enim virorum preciosas animas capit.
Decepcio auditus. Denique multo
blandimento sermonis mulier

formicaria sepe inuenis cor sedu
xit decepit illusit Non laqueis
ergo nos arceamus et retibus
hijs qui decipiunt et illudunt hijs
corda temptantur impediuntur cogit
taciones que impediuntur visu
impediuntur auditu odore tactu
sapore Non sequamur illecebrosa
et seductoria sed sequamur illud
quod bonum est illi adhereamus
illud imitemur illius presencia illius
communicacio nos meliores faciat
maiores nos colores illius quedam
nos societas informet Qui enim
bono adheret assumit inde quod
bonum est quia scriptum est Cum sancto
sanctus eris et cum peruerso peruersus
eris et cum innocente innocens
eris Assiduitate enim atque mu
tacione quedam similitudinis ima
go formatur Denique addidit
Quoniam tu illuminas lucernam me
am domine Etenim qui appropinquat
lumini citius illuminatur et
plus in eo splendor eterni lu
minis refulget in proximo Ergo
anima que illi adheret inuisibi
li bono deo atque immortali et
ipsa corporea hec fugit et
terrena et mortalia derelin
quit fitque illius similis quod desi
derat et in quo viuit et pasci
tur Et quia immortali inhe
sit non est ipsa mortalis Que
enim peccat moritur non utique
alia sui dissolucione sed mor
to moritur deo quia viuit pec
cato Ergo que non peccat
non moritur quia manet

in substancia sui manet in vir
tute et gloria Nam quomodo substan
cia eius interire potest Cum utique
anima sit que vitam infundit Et
cui anima infunditur vita infun
ditur A quo anima discedit vita
discedit Anima ergo vita est quomodo
potest mortem accipere cum sit con
traria Sicut enim nix calorem non
recipit nam statim soluitur
et lux non recipit tenebras
non statim discutit Infuso
enim lucis tenebrarum horror
aufertur Sicut admoto igni
niualium rigor desinit ita et
anima que vitam creat mortem
non recipit non moritur Anima
autem mortem non recipit
Anima ergo non moritur Habemus
ergo vitam sed hec humana
Illud diuinum quod ait dominus
potestatem habeo ponendi animam
meam et potestatem habeo ite
rum sumendi eam Vides igitur
quia non moritur cum corpore
que et ponitur et resumitur
et in manus dei patris comme
datur Sed forte dicas speci
ale esse quod christus est et homo
ille quem fuit homo susceperit
tamen quia altius est causa Et istud
astruere ne tempore teramus
audi dicentem Certe scis an hac
nocte a te tua anima reposcatur
Numquid dixit moriatur in
te anima tua sed reposcatur
a te Certe data est reposci
tur vel repetitur a te Re
petitur enim anima non interimitur

que respicitur manet quod interim
tur non manet. Cuius cum interimi
tur et qua dixit sapiencia Si
Non timeatis eum qui occidit corpus
pus occidere aiam autem non potest
De qua dicit propheta Aia mea in
manibus tuis semper. Semper
inquit non in tempore est. Et tu com
menda aiam tuam in manus domini non
solum cum recedit de corpore sed etiam
cum est in corpore est in manibus
domini quia non vides eam unde veni
at aut quo vadat. Est et in te et
et cum deo. Denique cor regis in
manu domini et ab eo regitur
et gubernatur. Cor replet mente
quia mens aie principale est et vita
aie est. Non enim virtutem dico que
in lacertis sed que in consiliis tem
perancia pietate atque iusticia est.
Si cor hominis in manu domini multo
magis aia. Si aia in manu dei est
Aia in manu dei est — no utique aia nostra sepulchro simul
cum corpore includitur nec busto te
netur sed quiete pia fungitur
Et ideo frustra homines preciosa sepul
uiat sepulchra quasi ea aie non
solum corporis receptacula sint
aiarum aut superiora esse habitacula
scripture testimoniis valde probatur
Siquidem et in Esdre libris legimus
quia cum venit iudicii dies reddet
terra defunctorum corpora et pulvis
reddet ea que in tumulis requi
escunt reliquias mortuorum et
habitacula inquit reddent aias
que his commendate sunt et re
uelabitur altissimus super sedem iu
dicii. Hec sunt habitaciones de quibus
dicit dominus multas mansiones esse a
pud patrem suum quas suis pergens
ad patrem discipulis preparare. Sed
Esdre usus sum scriptis ut co
gnoscant gentiles que in philosophie
libris mirantur translata de nostris
atque utinam non superflua hiis
et inutilia miscuissent ut di
cerent aias hominum pariter ac be
stiarum esse communes eorumque
summum principium si magnorum
philosophorum aie in apes aut in asinum
bestias demigrarent ut qui ante
hominum genus sermone pavissent
postea mellis dulcedine aut
cantus suauitate mulcerent
Satis fuerat dixisse illis quod
liberate aie de corporibus ex
petent adem locum qui non videtur
quem locum latine infernum dicimus
Denique eciam scriptura habitacula
illa aiarum promptuaria nuncu
pavit. Occurrit etc quereole
humane eo quod iusti qui pre
cesserunt videantur usque ad iu
dicii diem per plurimum temporis
poris debita sibi remunera
cione fraudari. Mirabiliter ait
coronae esse similem iudicii di
em. In quo sicut novissimorum
tarditas sic non priorum velocitas
Coronae enim dies expectatur ab
omnibus ut intra eum diem et
victi erubescant et victores pal
mam adipiscantur victorie. Il
lud quoque non reliquit occultum
eo quod superiores videantur
qui ante generati sunt. Inferi
ores qui postea. Comparavit
enim utero mulieris partus fili
orum. Qui fortiores sunt qui
in iuventute virtutis nati sunt
inferiores qui in tempore se
nectutis. Refrigerat enim multitudine

Adam per mandatorum materiam lapsus est.

generationis hoc seculum tamquam
puerpera generantis et tamquam
senescens robur iuventutis sue
velut marcenti iam partu suorum
vigore deponit. Ergo dum expectatur
plenitudo temporis expectant anime re-
munerationem debitam alias ma-
net pena alias gloria et tamen nec
ille interim sine iniuria nec iste
sine fructu fuit. Nam et ille vi-
dentes servantibus legem dei repo-
sitam esse mercedem glorie con-
servari earum ab angelis habita-
cula. Sibi autem dissimulationis
et contumacie supplicia fu-
tura et pudorem et confusio-
nem ut intuentes gloriam altis-
simi erubescant in eius conspectu
venire cuius mandata temeraue-
rint. Sic enim prevaricatio adest ita
et confusio. Unde sic ille primus
mandatorum celestium lap-
sus est et pudore se pro lapsio-
nis abscondit fulgorem divine
presentie verecundia peccatricis con-
scientie subire non ausus ita
et anime peccatorum vibrantis luminis
eius splendorem non sustine-
bunt ipso teste se reminisce-
tur errasse. Iustorum vero animarum
per ordines quosdam digesta le-
ticia primum quod vicerint car- primum
nem nec illecebris eius in-
flexe sint. Deinde quod pro pre- 2°
tio sedulitatis et innocentie
sue securitate potiantur nec
quibusdam sicut impiorum anime
erroribus et perturbationibus
implicentur atque viciorum suorum
memoria torqueantur et exa-
gitentur quibusdam curarum

estibus. Tercio quod servate legis 3°
divino testimonio fulciantur ut
factorum suorum incertum supremo in-
dicio non vereantur eventum. Quartum 4°
quod incipiunt intelligere requiem
suam et futuram sui gloriam providere
eaque se consolatione mulcen-
tes in habitaculis suis cum magna
tranquillitate requiescunt stipan-
te presidiis angelorum. Quintus autem 5°
ordo exultationis habet uberrime
suavitatem quod ex hoc corrupti-
bilis corporis carcere in lucem li-
bertatemque pervenerint et repro-
missam sibi possideant hereditatem.
Est enim ordo quietis quia est et re-
surrectionis. Sicut enim in adam
omnes moriuntur ita et in christo
omnes vivificabuntur. Unusquisque
autem in suo ordine. Primicie
christus. Deinde qui sunt christi qui
in adventu eius crediderunt.
Deinde finis. Erit igitur ordo
diversus claritatis et glorie. Sicut
erit ordo meritorum. Processus quoque
ordinum processum exprimet clarita-
tis. Denique sexto ordine demo- 6°
strabitur hiis quod vultus earum sicut
sol incipiat refulgere et stellarum
luminibus comparari quibus tamen ful-
gor earum corruptelam iam sentire
non possit. Septimus vero ordo is 7°
erit ut exultet cum fiducia et
sine ulla cunctatione confidant
et sine trepidatione letentur fe-
stinantes vultum eius videre cui
sedule servitutis obsequia detu-
lerunt. De quo innoxie consciencie
recordatione presumant gloriosam
mercedem laboris exigui quam

Iuste anime per ordines lete tunc sunt.

incipientes recipere cognoverunt indignas esse huius temporis passiones ad eam remunerationem futurae gloriae tanta refertur. Sextus ordo inquit animarum quae sunt iustorum quos etiam immortales non dubitavit dicere in quinto ordine eo quod spatium inquit incipiunt recipere fruentes et immortales. Haec est inquit requies earum per septem ordines et futurae gloriae summa perfectio postquam in suis habitationibus quietae congregationis munere perfruantur. Unde ait propheta ad angelum: Ergo dabitur tempus animabus postquam separatae fuerint de corporibus ut videant de quo modo dixisti. Et dixit angelus: Septem dies erit libertas earum ut videant in septem diebus qui praedicti sunt sermones et postea congregabuntur in habitaculis suis. Haec ideo plenius de iustorum ordinibus expressa sunt quam de passionibus impiorum quia melius est cognoscere quomodo iusti salvantur quam quomodo cruciantur flagitiosi. Ergo quia iusti hanc remunerationem habent ut videant faciem dei et lumen illud quod illuminat omnem hominem abhinc induamus huiusmodi studium ut appropinquet anima nostra deo appropinquet oratio inhaereat illi nostrum desiderium non separemur ab eo. Et hic quidem positi meditando legendo quaerendo copulemur deo cognoscamus eum ut possumus. Ex parte enim hic cognoscimus quia hic imperfecta illic perfecta omnia hic parvuli illic robusti. Videamus inquit nunc per speculum in aenigmate tunc autem facie ad faciem.

Iusti videbunt deum

Tunc revelata facie gloriam dei speculari licebit quam nunc animae corporis huius concretae visceribus involutae et quibusdam carnis huius maculis et colluvionibus obumbratae sincere videre non possunt. Quis enim inquit videbit vultum meum et vivet? Et recte. Nam si solis radios oculi nostri videre non possunt et si quis diutius ad regionem solis intenderit caecari solere perhibetur: si creatura creaturam sine fraude atque offensione sui non potest intueri quo pacto sine periculo sui vibrantem potest cernere vultum creatoris aeterni corporis huius opertus exuviis? Quis enim iustificatur in conspectu dei cum infans unius diei mundus a peccato esse non possit et nemo possit de sui cordis integritate et castimonia gloriari? Non timeamus igitur recipi ab hominibus, non vereamur illum debitum omnibus finem in quo Hesdra remunerationem suae custodiae invenit. Dicit ei dominus: Tu enim recipieris ab hominibus et conversaberis residuum cum filio meo et cum similibus tuis. Quod si illi gloriosum et iucundum erat cum similibus conversari quanto nobis gloriosius erit et iucundius ad meliores pergere et conversari cum his quorum facta miramur. Quis utique per Hesdram an Platonem? Nam Paulus Hesdrae non Platonis secutus

pulcre

Dicta hester revelavit secundum co-
lationem in se revelatam iustos cum
christo futuros. Futuros autem sanctos
divine et beatitos ille fiest mac
se dicat ad illos suos deos ad il-
los optimos viros nostra st-
itaque que in prophetarum litteris p-
stante. Alle posuit ca quorit
ipsum testimonium non habebat
nos divini precepti habemus
auctoritatem. Moyses et helyas
cum christo apparuerunt. Abraham
duos alios cum deo suscepit ho-
spicio. Jacob dei castra conspe-
xit. Daniel iustos sicut so-
lem et stellas fulgere in celo
revelante sibi sancto spiritu
declaravit. Hinc igitur fratri in
trepide pergamus ad redempto-
rem nostrum ihesum intrepide ad pa-
triarcharum concilium intrepide
ad habraham patrem nostrum cum
dies advenerit proficiscamur
intrepide pergamus ad illum
sanctorum cetum iustorumque conven-
tum. Ibimus enim ad patres nostros
ibimus ad illos nostre fidei precep-
tores. Ut etiam si opera desint
fides opituletur defenditur
hereditas. Ibimus et ubi sinu-
sum habraham sanctus expandit
ut suscipiat pauperes sicut
suscepit et lazarum. In quo
sinu requiescunt qui in hoc se-
culo gravia atque aspera pertule-
runt. Sed nunc pater etiam atque
etiam extende ad suscipiendum
hunc pauperem manus tuas
aperi gremium tuum expande

pulere consolationem

sinus tuos ut plures suscipias
quia plurimi domino crediderunt.
Sed tamen quamvis fides creverit abha-
bundat iniquitas refrigescat ca-
ritas. Ibimus ad eos qui recumbunt
in regno dei cum abraham ysa-
ac et jacob qui rogati ad ce-
nam non excusarunt. Ibimus
eo ubi paradisus iocunditatis est ubi
adam qui incidit in latrones ne-
scit iam vulnera sua flere ubi
et latro ipse regni celestis con-
sortio gratulatur ubi nulle
nubes nulla tonitrua nulle
corruscationes nulla ventorum pro-
cella neque tenebre neque vespe-
ra neque estas neque yemps hyemis
vices variabunt temporum non
frigus non grando non pluvie
non solis istius erit usus aut
lune neque stellarum globi sed so-
la dei fulgebit claritas. Deus
enim erit lux omnium et illud lumen
verum quod illuminat omnem hominem
fulgebit omnibus. Ibimus eo ubi
filiis suis dominus ihesus mansio-
nes paravit ut ubi ille est et
nos simus. Sic enim voluit que
sint ille mansiones audi dicen-
tem In domo patris mei man-
siones multe sunt. Que sit vo-
luntas patris inquit Venio et
accersiam vos ad me ipsum ut ubi
ego sum et vos sitis. Sed dices
quia solis disciplulis loquebatur
quibus ipsis solis spopondit mul-
tas mansiones. Igitur undecim
tantum discipulis preparabat. Et ubi
est illud quod ex omnibus mundi
venient partibus et recumbent

Solucio dubii

in dei regno unde voluntatis de qua du-
bitamus effectus. Sed christi velle fecisse
est. Per meos demonstravit et viam de-
monstravit et locum dicens. Et quo va-
do vos scitis et viam scitis. Locus
apud patrem est, via christus est. Sicut
ipse ait: Ego sum via et veritas
et vita, nemo venit ad patrem nisi
per me. Ingrediamur hanc viam, tene-
amus veritatem, vitam sequamur.
Via est que perducit, veritas que
confirmat, vita que per se reddit.
Et ut sciamus veram voluntatem
addidit in ~~pastoralibus~~ posteri-
oribus: Pater quos dedisti michi
volo ut ubi ego sum et illi sint
mecum, ut videant claritatem me-
am. Repeticio ista confirmacio
est. Sicut illud Abraham, Abraham.
Et alibi: Ego sum ego sum qui de-
leo iniquitates tuas. Pulchre autem
quod supra promisit hic poposcit
et sic promisit. Promisit quasi arbiter
muneris consciens potestatis. Po-
poscit a patre quasi pietatis interpres
et ante promisit ut potestatem a-
gnoscas, poposcit postea ut pie-
tatem intelligas. Non poposcit
ante et sic promisit, ne videtur
promisisse pocius quod impetrave-
rat quam quod promiserat pre-
stitisse. Ne superfluum putes quod
poposcit cum tibi exprimat paterne
voluntatis consorcium, in quo u-
nitatis indicium, non incrementum
est potestatis. Sequimur te domine

Invocacio domini

ihesu, sed ut sequamur accerse
quia sine te nullus ascendit. Tu
enim via es, veritas, vita, possibi-
litas, fides, premium. Suscipe tuos
quasi via, confirma quasi veritas

vivifica quasi vita. Parat enim illud
tuum bonum quod videre desiderabat
David. Inhabitas in domo domini
Ideoque dicebat. Cuius ostendit
nobis bona. Et alibi: Credo videre
bona domini in terra viventium. Ubi
sunt bona, ubi vita perpetua est,
vita sine crimine. Alibi quoque dicit:
Replebimur in bonis domus tue.
Quibus ideo frequentavit ut sciens
hinc bonum illud philosophos
transtulisse quod summum asserunt.
Parat ergo illud vere bonum tuum,
illud divinum in quo et vivimus
et sumus et movemur. Ubi que
nunc quasi in via sumus, qui in vite
vivimus, quasi in vita eterna. Demon-
stra nobis illud quod est bonum
simile sibi semper, indissolu-
bile atque immutabile. In quo
simus eterni in agnicione omnis
boni. Sicut electionis tue pau-
lus testificatus est dicens: For-
sitan enim ideo discessit ad ho-
ram ut eternum illum reciperes;
eternum ergo ministrum dei scri-
bens ad philemonem. Ut eius
fides in agnicione omnis boni
quod in sanctis est in christum ihe-
sum, cuius donacionem fieri postu-
labat. In quo bono est requies
puri lux immortalis, gracia
perpetua, hereditas anime pia et
secura tranquillitas, non morti
subiecta, sed erepta de morte,
ubi nulle lacrime, nullus est
fletus. Unde enim hic fletus, ubi
nullus est lapsus. Ubi sunt
sancti tui erroribus et sollici-
tudinibus, insipiencia atque igno-
rancia, timore ac metu tu

pditatibus / Alter omnibus corporeis
collunionibus et passionibus ab
soluti ubi regio viventium et ut a
seraphim / Huic adiungamus auc
toritatem de quo bono propheta dicit
Convertere anima mea in requiem
tuam quia dominus benefecit michi
Quia eripuit animam meam de mor
te / oculos meos a lacrimis pe
des meos a lapsu / placebo
domino in regione vivorum / pla
cebo dicit non placeo / hic est
de ipse sibi blanditur futuro / Con
traria sunt autem presentibus futura
et temporalibus eterna / Et ideo
quoniam ibi vivorum regio / hic utique
mortuorum / Unde non mortuorum hic
regio ubi umbra mortis / ubi por
te mortis / ubi corpus est mortis
Denique donatur petro ne porte
inferni prevaleant ei / porte in
ferni iste sunt tenebre Unde et ille
ait / Qui exaltas me de portis
mortis / Sicut enim sunt porte
iusticie in quibus sancti domino
confitentur ita sunt criminum
porte / in quibus impii dominum
negaverunt / Audi qualis regio
ista sit mortuorum / Si quis igi
tur tetigerit iniquitatem inmun
dus / Si quis in deliciis mortuus
quoniam que in deliciis vivens ~~Si q~~
mortua est / Si quis igitur mor
tuum tetigerit inmundus erit / In Auct
mundus autem in conspectu domini
omnis iniquus / Et qui infideles
sunt descendunt in infernum viven
tes Et si nobiscum videntur vivere
sed in inferno sunt / Si quis usu Auct
ram accipit / rapinam facit
vita non vivit / ut habes in Eze
chiel / Si quis autem iustus in

Dicitur iniquus inmundus est in conspectu domini

Usurarius vita non vivit

sufficationes dominum custodit ut fa
ciat eas / Vita inquit vivet Et
vivet in eis / Ipse est ergo in regione
vivorum in illa regione / ubi vita
non abscondita sed libera / ubi non
umbra sed gloria / Hic enim nec ipse
paulus vivebat in gloria / De
nique in corpore mortis ingemi
scebat / Audi dicentem / Nunc enim vi
ta vestra abscondita est cum christo in
deo / Cum autem christus apparuerit
vita vestra / tunc et vos cum illo ap
parebitis in gloria / Festine
mus ergo ad vitam / Si quis vi
tam tangit vivet / Denique te
tigit illa mulier / que tetigit fim
briam eius / et a morte dimis
sa est / Cui dicitur fides tua te sal
vam fecit / vade in pace / Si enim
qui mortuum tangit inmundus
est / sine dubio qui viventem tan
git salvus est / Queramus ergo
viventem / Sed iterum videamus ne cum
queramus inter mortuos / et dicatur
nobis / sicut et mulieribus illis / Quid
queritis viventem cum mortuis
Non est hic sed resurrexit / Ipse
quoque dominus ubi queri vellet osten
dit dicens / Vade ad fratres meos
et dic eis / Ascendo ad patrem
meum et patrem vestrum / Deum me
um et deum vestrum / Ibi ergo queramus
eum ubi quesivit Iohannes et
invenit / Ille eum in principio
quesivit / et invenit viventem
apud viventem filium apud
patrem / Nos eum in temporum
fine queramus / et complecta
mur pedes eius / et adoremus
eum ut dicat et nobis / Nolite
timere / Posset nolite timere a pctis

Qui vitam
tangit vivet
[illegible]

seculi. Nolite timere ab iniquitatibus
mundi. Nolite timere a fluctibus
corporalium passionum. ego sum
peccatorum remissio. Nolite time-
re a tenebris. ego sum lux.
Nolite timere a morte. ego sum
vita. Quicumque ad me venit mor-
tem non timebit in eternum. quia in
ipso est plenitudo divinitatis. et
ipsi est laus gloria perpetuitas
a seculis et nunc et semper
et in omnia secula seculorum
Amen.

Finit de bono mortis Incipit de Esau et fuga seculi liber quartus

Frequens nobis de effu-
giendo seculo isto sermo
atque utinam quam fa-
cilis sermo. tam cautus
et sollicitus affectus
Sed quod peius est fre-
quenter irrepit terrena-
rum illecebra cupidita-
tum et vanitatum offusi-
o mentem occupat ut
quod studeas vitare hoc
cogites ac animo volvas
quod cavere difficile
est homini exuere aut
impossibile. Denique vo-
ti magis eam esse rem
quam effectus testatur propheta di-
cendo. Declina cor meum in testi-
monia tua et non in avariciam
Non enim in potestate nostra est cor
nostrum et nostre cogitaciones.
Que inproviso offuse mentem a-
nimumque confundunt atque alio
trahunt quam tu proposueris. ad secu-
laria revocant. mundana inserunt
voluptaria ingerunt. illecebrosa in-
texunt ipsoque in tempore quo ele-
vare mentem paramus insertis
inanibus cogitacionibus ad ter-
rena plerumque deicimur. Quis autem tam
beatus qui in corde suo semper
ascendat. Sed hoc sine auxilio di-
vino qui fieri potest. Nullo profecto
modo. Denique supra eadem scriptu-
ra dicit. Beatus vir cuius est au-
xilium eius abs te domine ascen-
sus in corde eius. Beatus plane
quem delectacio non revocat quem
non inclinat voluptas qui ad in-
feriora non respicit. Quod nec
ipsius loth uxor potuit evadere
divino admonitus exemplo. Paulus
posteriora obliviscens et ea que
sunt priora appetens. festinabat
ad bravium et prehendere meruit
quia ante se Christum videbat. a quo
ad iusticie vocabatur coronam. Sed
prehendit ille qui se ipsum abnegavit
et Christum lucrifaciebat. Denique non ipse
vivebat. sed vivebat in eo Christus.
Nam quid inter tot passiones
huius corporis inter tantas il-
lecebras huius seculi tutum atque
intemeratum servare vestigium po-
test. Respexit oculus. et sensu
mentis lusit. Audivit auris et
intencionem inflexit. Inhalavit odor
et cogitacionem impedivit. Os
libavit et crimen retulit. Tactus
contigit. et ignem adolevit. Intra-
vit mors per fenestram. Dicit propheta
Fenestra tua oculus tuus est.
Si videas mulierem ad concupiscen-
dum intravit mors. Si audias
sermones meretricis intravit mors.
Si luxuria sensus tuos capiat
penetravit mors. Et ideo qui vult
ascendere non leta seculi non amena

non delectabilia sed plena doloris et
fletus sequatur / Melius enim ire in
domum luctus / quam in domum gaudii
Denique nec primum de paradiso descen
disset / nisi delectatione deceptus
esset / Pulchre igitur dauid qui
philosophos homines / et iam ipsos
aspectus fuerat expertus / Beatum
illum dicit cuius spes omnis in domini nomine
sit enim non respicit in vanitates
et in insanias / Si semper in Christum
intendat / semper Christum interioribus
oculis aspiciat / Unde tertium ad ipsum
conversus ait / Auerte oculos meos
ne videant vanitatem / Vanitas cir
cuis est quia nichil prodest / Vana
est equorum velocitas / quia mendax
ad salutem est / Vanitas theatrum
est / vanitas quilibet ludus omnis / Omnia
inquit vanitas dixit / Ecclesiastes
que in hoc seculo sunt / Denique qui
saluus esse vult / supra mundum
ascendat / querat verbum apud deum
fugiat hunc mundum / terras relin
quat / Non enim potest prendere
illud quod est / et est semper
nisi prius hinc fugerit / Unde et
dominus volens patri deo appropinquare
apostolis ait / Surgite eamus hinc
Docet te causam hec lex fugiendum
seculum / Deum sequendi / Aliud enim
aliud docet cum dicit / Disponetis
vobis ciuitates ad refugium / et
erunt vobis refugia / quo refugiat
homicida omnis qui percusserit
animam invitus / Et infra / sex ciuita
tes ad refugia erunt vobis / Tres
ciuitates dabitis trans iordanem
Et tres ciuitates dabitis in terra
chanaan / Recte quidem confugientibus
hoc crimen homicidii refugia pro
sita sunt / Sed consideremus alia qua
tuor sunt / que admonent refugia
esse expetenda / istius arcana

lectionis / Primum qua ratione ex his
ciuitatibus que leuitis inter por
cionem sortem obvenerunt / Sex ciui
tates ad refugium date sunt homi
cidii crimine laborantibus / Cur non
eciam aliarum tribuum ciuitates ad
hoc munus deputate / Secundum quam
rationem sex numeros / Non enim
ociose mihi hic prescriptus videtur
neque plurium / neque pauciorum ciui
tatum / Tercium cur tres cis ior
danem ultra ciuitates et tres in
regione chananea disposite sint
que peccantibus forent / Quartum
cur denunciacio et definito tempore
comprehensa / intra quod habitet ho
micida in ciuitate refugii / quo mori
atur sacerdos magnus / et post
mortem sacerdotis magni reuertatur
homicida in ciuitatem habitacionis
sue / De singulis quos opportet dice
bitur eo ordine quo proposuimus que
sita absoluere / Competenter itaque
leuitarum ciuitates datas ad re
fugium / proximo explicamus est / Co
gnite autem precipue liquet / quia leui
te fugitiui sunt mundi quia ut pla
ceant deo / relinquant patriam pa
rentes filios omnem cognacionem vt
adhereant uni deo / Denique abrahe
dictum / Exi de terra tua et de cognaci
one tua et de domo patris tui / Sed
forte dicas / leuita non erat / sed
habebat in lumbis suis leuim / ut
legimus ad hebreos scriptum / Et dominus
leuitis dixit cum discipulis su
is / hoc est apostolis dicit / Si quis
vult venire post me abneget
semetipsum / et tollat crucem suam et
sequatur me / Quamquam quibus de o
lim dictum sit / Vos autem genus
electum regale sacerdocium / gens
sancta / populus in adopcionem / et
plenitudo / requie cessarunt

xpus enim omnes vocauit · omnibus per
fectio patet / vt omnes sequantur
bibus regnum propositum / et vita eterna
Ergo cui deus porcio est / nichil
debet curare nisi deum / nec alcius
impediatur necessitatis munere
Aliud enim ad alia officia confertur
hoc religionis cultui / atque huic
nostro officio decerpitur / Hec enim
vera est sacerdotis fuga abdicacio
domesticorum / et quedam alienacio
carissimorum / vt sibi se abneget
qui seruire deo gestit / Recte ergo
fugacitos fugacibus commendauit
et hec legis sanctio / vt qui huic mu
ndum obliti sunt eos recipiat qui
peccata sua obliuionem vite superiore
expectat / et secularia que gesse
runt abolere desiderant / Fugitans
igitur est suorum sacri altaris eius
minister / vnde dominus / quasi princeps
sacerdotum formam leuitis in tra
dans suo dixit / Que est mater
mea / aut qui sunt fratres mei / hoc
est non agnosco matrem / non re
cognosco fratres / ignoro proximos
Mater et fratres mei hij sunt / qui
audiunt verbum dei et faciunt / Solum
ergo verbum dei nouit minister · eos
eos nouit in quibus operatur dei
verbum / Et ideo qui l est menti / fu
gitans corporis fugitans passi
onum / abdicat se omnibus / vt solus
remaneat / Sicut helyas dixit
Et ego relictus sum solus / Sed
non erat solus / cum quo erat
xpus / Et ipse dominus relictus est
solus / Sed non sum inquit solus
quia pater mecum est / Est eciam
illa talis / quia leuite ministri sunt
dei / Et ideo ipsorum ciuitates fugien
tibus ~~homines~~ homicidis per legem
deputantur / quia ipsorum est diuina
mandata exequi circa eos qui

crimen mortale admiserint / Restit
ecclesia publicas leges suas noluit
vt domino sacerdos obediat impe
rato / Audi leuitam dicentem / Reddi
huiusmodi sathane in interitum carnis
vt spiritus saluus sit in die domini no
stri ihesu xpi / percussus igitur leuiti
co gladio moriatur sensus carnis
in nobis / vt viuat anima nostra / Nisi
enim sensus carnis / occiderit nullus
esse potest vite fructus eterne / Sex autem
ciuitatum refugia sunt ita vt prima
ciuitas sit cognicio verbi / et ad
ymaginem cuius forma procedi
creauitque enim cum cognicionem
fuit ingressus / tutus a pena e
Secundum quod et dominus ait / Iam vos mun
di estis propter sermonem quem locu
tus sum vobis / Et alibi / Hec est
autem vita eterna / vt cognoscant
te solum deum verum / et quem misisti
ihesum xpm / Hec igitur ciuitas re
lut metropolis / cui adiacent alie
quoque ciuitates leuitarum / Secunda
ciuitas consideracio diuine operacio
nis / qua creatus est mundus / Ter
cia ciuitas contemplacio potestatis
regie / et maiestatis eterne / Quar
ta ciuitas supplicacionis diuine co
tuitus / Quinta ciuitas legis
diuine contemplacio / que precipit
quid faciendum sit / Sexta quoque
ciuitas [positiua] porcio legis que prescri
bit quod non faciendum sit / S enta
habundancia diuine misericordie
sputa diuine pietatis eius / vt sin
gulorum facilia fragilitates conditione hu
mane condicionis consideratas / Quod
et inuiti ac reluctantes delicta culpa
ducimur / et non voluntaria delicta
vicii illecebris frequenter commit
timus · Diuersa nobis refugia
proponeret / Sex videlicet vrbium

vt quo numero adversus munda-
na vicia et soli eius naufragia
remedium prebetur / Primum igitur
remedium / vt sicut boni proditi
pro culpa nec possit / vel sine vlla
compendi natione / si perfectam ve
lit habere securitatem / ad ipsam veru
artem / cum pervenire vbi verbum est
dei in illo sinu patris id est archa
no ac recessu dei / vbi est fons
sapientie / vnde per morte vite eterne
hauriat potum immortalem / Secundum
est remedium vt qui non potest cogni
cionem illius boni probare et
tardior / vel ingenio est vel fidei
comprehensione / Cum velocitate men
tis vigore atque ingenii acumine
ad cognicionis summa contendit
saltem opera domini consideret atque
ex hijs que facta sunt tanti con
templetur operis auctorem quoniam
ex hijs bonis que sunt in constitu
cione istius creature / Bona enim
valde sicut dominus dixit / Boni il
lud sentimus atque eterni comprehe
ditur cum ordo rerum que disci
plina et tuc gra / Nonne hijs qui
tempus tardium ingenium diligere
auctorem suum provocat / Et enim si
parentes / quia nos genuerunt
amamus quanto magis diligere de
bemus creatorem parentum au
ctoremque nostrum / Ergo opera
virtus dei / et si non videtur tamen ex
suis opibus estimatur / operatorem
per opera sua prodit / vt intelligatur
qui non comprehenditur / vnde et dominus
dit / Si michi non creditis vel opibus
credite / Bona igitur etiam hec
civitas ad refugium / que edifica
toris sui testificatur gratiam / et
affectum nostrum excitat / vt eius simus
cupidiores / qui tantam nobis fabri

cam huius videtur contulisse pul
chritudinem / Tercius ordo est rega
lis potestatis contemplacio / vt subi
ciamur regi si non deferimus tamquam
parenti / Metu enim presidentis plerum-
que fit obediens potestati qui est
salutis ingratus / vt necessitatem
sobrietatis agnoscat / qui noluit
vel nequit gratiam pietatis agno
scere / Corrigit ergo necessitas quem
pietas provocare debuerat / hec est
tercia civitatis trans iordanem / presto
ri prudencie ad refugium data
vt primo culpam fugiamus indu
cione animi conformemus ad ima
ginem dei / Ita enim creati sumus
dicente deo faciamus hominem
ad imaginem et similitudinem no
stram / hec ergo prime illius lex
est civitatis / Deinde si prefragi
litatem carnis et mundi illecebras
ita mentem nostram formare non pos
sumus / venenata paterna genera
cionis et sedulitatem prolis pec
catum levemus / Caritas enim mul
titudinem peccatorum operit / Cui
ergo ad imaginem dei esse non
potuerit / sit ad plenitudinem
caritatis / Illa civitas culpam ex
cludit / hec solvit / hec secunda
lex secunde civitatis / Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo / et ex
tota anima tua / et ex tota virtute
tua / Sed si rursus angusti
animi / et muniti sunt qui ha
bundanciam caritatis et gratiam
recipere non possunt / habeo terciam
civitatem vt divine potestatis
formido te sobrium faciat / et
inflectat metus / Et hec lex
tercia / Dominum deum tuum adorabis
et ipsi soli servies / hec igitur

prope virtutes et ideo paucorum non plurium super iordanem posite ut exprimas quod imago arche typum diligas quod filius patrem, seniores quod subditus regere. Levi autem iordanem transierunt. Iordanis autem descensio eorum dicitur Levi descenderint ergo ex illis superioribus virtutibus ad hec inferiora idest in quibus integritas humilitas vacillauit. Habent propterea homines refugia que petant ut qui obnoxii delictis et infestis imbuti sunt non voluntariis sperent dominum sibi reconciliari posse, si veniam petant, sperent se posse corrigi, si precepta sequantur celestium testamentorum, quibus aut informantur ad innocenciam, aut reuocantur a culpa. Hec igitur intra iordanem ciuitates sequentes sunt ut propiciemus nobis dominum. Sequamur que iubet, vitemus que prohibet. Sit ergo propiciande diuinitatis ambicio, scientie preceptionis obseruatio, intelligentie predicationis cautio, quibus propiciatoriam dei misericordiam et nomotheticam eius prouidenciam, vel institutorum obsequio, vel interdictorum declinatione veneremur. Quarta superest que de morte summi sacerdotis ait scriptura usque ad illud tempus erit in ciuitate refugii homicida illa donec moriatur sacerdos magnus. In quo secundum literam heret interpretatio, primum ipsam fugam forte sorte magis quam equitate aliquis examinis definita, deinde in causis paribus impar euentus est. Poterat enim fieri ut post homicidium illius refugium sequenti die obiret magnus sacerdos, tunc aut sub incerto sententia. Ergo quia heret litera queramus spiritualia. Primus est iste

magnus sacerdos nisi dei filius verbum dei. Itaque aduocacionem pro nobis habemus apud patrem qui ex ore omni est voluntario et accidentali delicto in quo consistunt omnia que in terra sunt et que in celis. Vinculo enim verbi constricta omnia sunt et eius continentur potestate et in ipso constant quoniam in ipso creata sunt omnia et in ipso inhabitat omnis plenitudo. Et ideo omnia manent neque dissoluuntur illa non sunt que ipse conformauit quoniam in eius voluntate consistunt. Omnia enim quo ad vult suo imperio coheret et regit et naturali concordia ligat. Viuit igitur dei verbum et maxime in animis viuit piorum. Nec unquam moritur plenitudo diuinitatis. Iniquam enim moritur semper plena diuinitas et eterna dei virtus. Sane moritur nobis si a nostra anima separatur non quo morte corrumpatur sed quo dissoluatur atque exuatur nostra ab eius communione. Mors enim vera est verbi et anime separatio. Denique statim incipit anima peccatis parere voluntariis. Habemus hec gratia non adumbrata sed expressa virtutum in apostolo dicente Ita quod in me est promptus sum et vobis qui rome estis euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti iudeo primum et greco. Iusticia enim dei in eo reuelatur de in eo qui credidit. Denique addidit ex fide et fide Sicut scriptum est iustus autem ex fide viuit. In quo ergo iusticia dei reuelatur nisi in eo qui conformis est imaginis filii dei. Habes primum preceptum ad imaginem. Secundum quia in

Nisi conformis est ymagini dei in eo iusticia dei reuelatur.

invisibilia dei per ea que facta sunt
intelliguntur idest sempiterna virtus
eius et divinitas operibus eius co
gnoscatur. Hec est operatoria utique
Tercium de imperiali potestate. quia
verbum dei regale est et iudiciale
et plenum iusticie sacerdotalis re
muneracionem et bonorum actuum
et retribucionem malorum venturis in
iudicium suum suvans. De quibus ait
apostolus. Scimus enim quoniam iudicium
dei est secundum veritatem in eos qui
talia agunt. Itaque qui veritatem
et iusticiam dei cognovit non
debet ea agere que morte digna
sunt. Sequitur bonitas dei operaria
toria utique. de qua dicit. An divici
as bonitatis eius et paciencie et
longanimitatis contempnis. Igno
ras quoniam bonitas dei ad penitenci
am te adducit. i. debet te adducere
provocat te. ut quia bonus est deus
sperare possis tuorum peccatorum indul
genciam. Non vult enim vindicare
qui est paratus ignoscere. Subtexu
it eciam legislacionem idest nomo
theticen. ut si quis contemplacio
ne divine bonitatis resolvitur
et magis ad negligenciam quam
ad primam provocatur legem sequa
tur. Quicumque inquit sine
lege peccavit sine lege et per
ibit. Et quicumque in legem pecca
verunt per legem iudicabuntur
Lex autem gemina. naturalis et scrip
ta. Naturalis in corde. Scripta in ta
bulis. Ergo omnes sub lege. sed
naturalis. Sed non est omnium. ut
vniusquisque lex sit. Ille autem sibi
lex est. qui facit sponte. que
legis sunt. et in corde suo scriptum
opus legis ostendit. habes que
bona legis sunt. que tu non scire

sare vel audire prosuctorie. Sed eciam
facere debemus. Non enim auditores
legis iusti sunt apud deum sed factores
legis iustificabuntur. Cogno
visti eciam que mala. primum na
tura boni operis magistra est. Scis
non furandum et furtum tuum si fur
tum tibi fecit verberas. Et si
quis ad uxorem tuam aspectaverit
persequendum putas. Quod ergo
in aliis reprehendis ipse committis
Qui predicas non furandum fura
ris. Qui dicas non adulterandum
adulteras. Secuta est eciam lex
que data est per Moysen. per
legem autem agnicio peccati. Accepi
sti eciam quid declinares et ea
ligeres que prohibita cognosceres
Lex autem quid operatur. ut omnis Quid lex operatur
mundus subditus fieret deo.
Quia non solum hebreis lata
est. verum eciam advenas vocat
que non exclusit proselitum. Sed
quia et lex os potuit omnium
obstruere. non potuit mentem
convertere. Ideo ultimum remedium
positum est illius civitatis debe
batur in quo esset refugium sa
lutare ut morte principis sacer
dotum ab omni nos mortis libe
raret formidine. atque crudeli
metu. Cuius est ille nisi de
quo lectum est. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccatum mundi.
Quem proposuit deus propiciato
rem per fidem in sanguine ipsius
ad ostensionem iusticie sue. Ac
cipe autem quia ipse est princeps
inmortuus. Quia alii temporales
omnes sub peccato. hic autem in
peccabilis habet sacerdocium
omnes sub morte. hic autem
semper vivens. Quem quod salvare

alios potest ipse prius quemadmodum pos-
set. Talis enim inquit nobis decebat. Re-
lata est elocucio superius et apud eos qui
verborum et elocucionum dilectum habue-
runt huiusmodi invenitur dicere alios lo-
cum eductorem quam victoribus dece-
bat. Quod ideo non preterii ut sciamus
quia apostolus naturalibus magistris vel gratis
aut secundum artem utitur verbis. Ta-
lis ergo inquit nobis decebat princeps
sacerdos iustus sanctus innocens imma-
culatus segregatus a peccatoribus
et excelsior celis factus. Hoc est
igitur verbum quod supra celos habitans
illuminat omnia. Unde et unctus nali'
legitur a deo patre quia lumen est
verum quod illuminavit omnem hominem
venientem in hunc mundum. Hoc est ver-
bum dei in quo est magnum sacerdo-
cium. Cuius moyses in illo vestimen-
to principis sacerdotii indumenta descri-
bit intelligibilia. Quod virtute sua in-
duit mundum et tamquam eo amictus
fulget in omnibus. Induit etiam eo-
gnacionem generis humani per humani
corporis susceptionem et inenarra-
bilem caritatem infundens se omnibus
spiritu et plenitudine divinitatis
sue. De cuius plenitudine omnes ac-
cepimus ut sciamus supereminen-
tem sciencie caritatem Christi. Et im-
pleamur in omnem plenitudinem dei.
Caput est enim omnium Christus ex quo
totum corpus producitur et mutua
sibi connexione coniungitur incre-
mentum sui edificacionem caritatis
accipiens. Hoc est igitur verbum
quod supereminet. Quod moysi nul-
lius dicere testimonium edificacione
dicat. Immittes in archam testimonia
quecumque dabo tibi. Et facies impo-
sicionem propiciatorii et insuper im-
pones propiciatorium super archam de-
super et immittes testimonia

que dabo et innotescam tibi inde
et loquar tibi desuper. Hoc est in-
de ubi supra celos est, ubi apud
patrem est inde tibi loquar. Ac-
cedamus itaque fidei suffragio
submissi et eius remigiis ele-
vati ad illam sedem que fugientes
hoc seculum et eius contagionem.
Hoc est autem fugere abstinere
a peccatis ad similitudinem et yma-
ginem dei formam virtutum assume-
re tendere vires meas ad imitta-
cionem dei secundum mensuram nostre
possibilitatis. Vir enim perfectus y-
mago et gloria est dei. Unde et dominus
ait: perfecti estote sicut et pater
vester qui in celis perfectus est.
Hoc est igitur similem esse dei
habere iusticiam, habere sapienciam
et in virtute esse perfectum. Omnis
enim sine peccato, et ideo qui peccatum
fugit ad ymaginem dei est. Non
est igitur dubium quod hic qui a
peccato abstinet fugit. Unde et
apostolus clamat: fugite fornica-
cionem. Persequitur enim vos pec-
catorum illecebra, persequitur libi-
do. Sed tu fuge tamquam furiosam
dominam que si comprehenderit nec
die nec nocte requiescere sinit.
Exagitat urit incendit. Fuge
avariciam ne te inmanius compre-
hendat. Fuge perfidiam ne te su-
is involvat retibus. Unde et
dominus ait: cum autem persequentur
vos in civitatem istam, fugite
in aliam. Quod si in aliam perse-
quentur vos, fugite in aliam. Amen
dico vobis non consummabitis ci-
vitates Israel donec veniat fi-
lius hominis. Etenim quamvis propter
infirmitatem carnis fugam nob

de fuga viciorum pulcre

suadere videatur | tamen melius fugit
qui fugit illecebram secularem
ut non teneatur diviciarum suarum
sollicitudine | non thezaurum totem
placione | non vite istius cupidi-
tate | sed directa animi intencio-
ne festinet ad gloriam regni celestis
properet ad coronam | nec terrenorum
contuitu a sui corporis passione
revocetur | Fuga ergo mortis est
vel celebrata vel adumbrata
Et forte illas exprimit refugii civi-
tates legittimas | ut confugiamus
ad virtutum culmina | quas Dominus
bono feneratori alibi dispensat
dicens | Quia in modico fidelis
fuisti eris potestatem habens super
decem civitates | Lex quoque ho-
nuit civitates | sed legem implevit
qui potuit dicere | Non veni
legem solvere sed implere | per statio-
nem remunerationis indulgens
Non ergo erubescamus fugere
Gloriosa enim hec fuga est fugere
a facie peccati | Sic fugit Iacob
matre suadente | Dixit enim Rebec-
ca | Exurgens fuge in Mesopota-
miam | Sic fugit et Moyses a
facie regis Pharao | ne cum au-
la regia coinquinaret ne imitaretur
potentia | Denique preciosius Egypti
diviciis estimavit opprobrium
Christi | Sic fugit etiam David a
facie regis | Saul | a facie Ab-
solon | Denique fugiens addebat
incrementa pietatis | qui et in-
sidiatori pepercit | et parricide
salutem rogavit | Sic fugit
et populus Hebreorum | ut fidelis
cuius et vita inter fluctus sibi
aperiret viam | Fuga illa cat
tramites innocentie virtutis via
pietatis assumpsio | Audio dicere

Sic fugit et Ionas in Tharsis | non
corporis fuga sed mentis profectio-
ne | qui usque ad Christi ascendit si-
militudinem | ut fieret typus Christi
Sicut enim fuit Ionas in ventre
ceti tribus diebus et tribus no-
ctibus | Sic erit et filius hominis
in corde terre tribus diebus et tribus
noctibus | Nam si sic non fugisset
nunquam de ventre ceti esset auditus
Sed si dubitas doceat te Rebec-
ca quam beata sit fuga quam
suscepit Iacob | Suasit Rebecca
fuge inquit in Mesopotamiam
Et Ysaac dicit | Surgens vade
in Mesopotamiam in domum
Bathuel in hymnis vel oraculis
a plerisque ut ante nos scriptum est
Bathuel sapientia dei interpretatur
aut latine filia dei significatur
In domum ergo sapientie mittitur Iacob
et accipere admonetur uxorem
a filiabus Laban | qui habitabat
in Charris quod significat caver-
nas in quibus spes est | qui se
tamquam in cavernis corporis ut
visus in oculis | auditus in auribus
odoratus in naribus in ore sa-
por | Iuxta cum delectatur homo
mundo et tripudiat in voluptati-
bus corporis | obnoxius est
sensuum passionibus | atque in
Charris habitat et diversatur | Vin-
ci dicit Rebecca | habitando pau-
cos dies cum illo non multo tempo-
re corporeis teneretur volupta-
tibus | et sibi capiatur illecebre
persuadet aut habitare | ut
discat studiosorum disciplinas vir-
tutis sensu | et velut situs quos-
dam carnis atque regiones ut
se cognoscat | et noverit vel he

Nam homo mundo delectatus obnoxius est sensuum

De inicio spectationis a sensu

menciam carnis grauis et qua causa
creatus sit quemadmodum vnus quisque
sensus operatur. Qui viderit mu-
lierem ad concupiscendum eam
male sic videt oculus. videat ergo
oculus et fungatur suo munere
non lubrice mentis impio dirigatur
ad lapsum vt vicium referat pro
officio. Decurrit ergo tempus ad cogno-
scendos sensus vel pocius ex-
periendos datur et fortasse te-
nerioris adolescencie prima ex-
ordia statim quoque revocatur ne diu-
tius titubet in lubrico et dividua
quadam mutacione corporis hu-
ius seculi inserantur animi inte-
riora vestigia. Cum autem vel ex-
pertus fuerit vel steterit in in-
stabili et incerto atque humido
solo revocatur a matre paciencia
vel prudencia que dicit
Apertam dote et accersiam te
mecum vt et illic in lubrico totum
portum invenias sapientie que te
non sinat tamquam in naufragio
fluctuare. et reuersus per-
severare circa dei noverit cul-
tum et sibi in conventu gencium
Significatur eius fide ecclesiam
gentium congregandam. Iste
igitur paciencie instructus et
prudencie disciplinis perfectus
Iacob copulatam sibi acquisiuit
et sapientie domo consortem appositi
opimam dote prudencie cum qua
vite tempora sine vlla offensione
transigeret. Predito igitur the-
sauro sapientie variarum ovium sibi
instituit gregem. sed illum varia
nobilem virtutum plurimarum diversitate
fulgentem. vnde et lactancia carnis

eius recedit quod significat femoris
stupor. Salua sacri interpretacione
misterii. Hiis ergo virtutibus et
gradibus quibusdam mens eius
ascendit in celum et dei secreta
cognovit. et confirmatus est
et repletus. vt laban scrutatus
domum eius nichil apud eum ma-
ne nichil vacuum reperit. nul-
la simulacra. nullam effigiem
vanitatis. Non enim erat apud
ymaginem sed veritas. Non effi-
gies ignavie sed solida forma
iusticie et vive virtutis expres-
sio intelligibilis. Itaque laban
perscrutatus est domum eius spa-
lem et non invenit effigies
plena enim erat non figurarum
sed negociorum. potuisset autem
invenire fundamenta virtutum
et culmina nisi cecitatem cordis
et perfidie mentis caliginem detu-
lisset. Denique ea improbitatis ce-
citate suffusi mentem Sodomite
hospitum nequaquam sancti loth
invenire potuerunt. Vnde enim mens
impia videre potuit viri sancti
vel exitum vel ingressum. Ipse quoque do-
minus in ewangelio ait. Venit enim
mundi huius princeps et in me in-
veniet nichil. Quo nichil in-
venire potuit in eo in quo ple-
nitudo divinitatis habundat
et habitat corporaliter. De quo
virtus exibat et sanabat omnes
Quo nichil invenire potuit in
soliditate virtutis vbertate sa-
piencie integritate iusticie. Ipse
dixisti domine plenissimum. Ipse
dixisti mitte manum tuam in la-
tus meum et noli esse incredulus
sed fidelis. Misit manum qui non

fugiamus inane

recedebat / et demum te et demum reppe-
rit / Non ergo tu vacuus sed ille vacuus
manens princeps istius mundi Cum
nesciat in sua terra / nesciat nisi su-
a invenire / ea que christi nescit
agnoscere / Putat sisit quemadmodum
plerisque habet / Non inveniet in
me nichil / hoc est non inveniet
in me maliciam quia malicia
nichil est / Non inveniet mor-
tuum quia mortuus non est / Sed
quo eum mortuum reperiret qui
vivificat mortuos / et vocat
que non sunt tamquam que sunt
/ Non inveniet inquit / peccatum
in me qui mundi peccatum abstuli
Quid enim nichil habet qui omnia
habet / Et quod plus est / omnia habet
que pater habet / Sicut ipse ait / O-
mnia que pater habet mea sunt
Fugiamus ergo hinc ubi nichil
est ubi inane est omne quod
esse magnificum putatur / ubi et
qui se putat aliquid esse nichil
est et homo non est / Vidi in-
quit impium super exaltatum et
elevatum ultra cedros libani
Et transivi et ecce non erat
Et tu transi sicut david transi
sicut hebreus / ut dicatur
tibi transi rectabe / Transi sic
Moyses ut videas deum abraham
ysaac et iacob / et videas visum
magnum / hoc est visum magnum
Sed si videre vis / solve calciamen-
tum pedum tuorum / solve omne
vinculum iniquitatis / solve vin-
culum seculi / relinque calciamen-
tum quod terrenum est / Ideo ihesus
sine calciamento auro et ar-
gento / apostolos destinavit / ne

secum terrena portarent / Qui enim
bonum querit non in calciamento
sed in pedum velocitate et decore
laudatur dicente scriptura / Quam specio-
si pedes evangelizantium pacem
evangelizantium bona / Solve ergo
calciamentum pedum tuorum ut speci-
osi sint ad evangelizandum / Sol-
ve dixit non liga / Solve ut tu
scias / et illum quem mirabaris in
terra impium nichil illic esse / nichil
posse reperias / Transi igitur hic
est fuge de terris ubi malicia est
ubi avaricia / Ideo et sanctus david / De-
clina a malo et fac bonum / Decli-
nare fuge est utique malum aut
in terris / bonum in celo est / Unde
et addidit / Inquire pacem et se-
quere eam / Pax in celo est / De-
nique de celo veniens dixit / pacem
meam do vobis / pacem relinquo vobis
Ergo quia fugienda et declinan-
da sunt mala mala aut in terris
in terris iniquitates / fugiamus
terrena ne nos comprehendant
iniquitates / Sic ipse testatur
dicens / Comprehenderunt me ini-
quitates mee / et non potui ut
viderem / Eo quod fumo iniquitatis
oculus mentis cecatur / ne videat
que sunt lucida / Sic ergo et laban
bona iacob videre non potuit / et
princeps mundi gloriam mundi christi
Sed forte dicas / Cur igitur iacob
ad laban missus est si laban
reprehensibilis / Si non consideremus
candidus dicitur latine / Ergo ad
splendidiora iacob iubetur cedere
Sed quia carnalis erat / melius
intelligimus splendidiora vite
huius quasi nondum perfectus / Primo
ad eum vadit apud quem ad [illegible]

exultaret in lucem cuius filios ad
teriores habebat. Vide tollerabilius
nomen quam opera. Et ideo et matris
consilio et divino oraculo et ipsius
Jacob amatoris discipline volunta
te cito deseritur ac derelinquitur.
Abscondit autem simulacra sancta
Rachel id est ecclesia vel prudentia
quia ecclesia manet ideas et vanas
nescit simulacrorum figuras. Sed
veram novit trinitatis substan
ciam. Denique umbram aboleuit
splendorem glorie manifestat. Re
linquamus ergo umbram qui
solem querimus. Deseramus fu
mum qui lumen sequimur. Fumus
iniquitas est. quia sicut fumus
oculis. Sic iniquitas ptatibus
ca. Umbra vita est. Umbra enim est
nostra hec vita in terra. Sic Job
dixit. Quid autem hic nisi temptatio
nes. Omne tempus in sollicitudine
omnis vita in molestiis. In medio
laqueorum inquit ambulabis. Et
alius. In via qua ambulabam. Et
tentos sibi sed absconditos laque
os querebatur ne deprehensos ca
veret. Volebat fugere sicut passer
sed adhuc laqueus contritus non
erat. Periit inquit fuga a me.
Gravitatis habebat pennas per
illam tenebrosam aquam in nubi
bus aeris. et fortasse evolare
non poterat. Denique pennas il
las querebat columbe ut evolaret
et requiesceret. Sicut scriptum est
Quis dabit michi pennas sicut
columbe et volabo et requiescam
ubi enim volatus ibi requies. De
nique alibi dicit. Si dormiatis inter
medios cleros. penne columbe
deargentate. Sed fortasse dicas.

Quis ergo hic fugam dicat a se p
isse qui supra dixerat. Si sus
cero penas meas ante lucem
nunquid contrarium est. Absit
Multa enim iustorum certamina
nunquam semel athleta luctatur
quotiens post coronas multas
vocatur in alio certamine. quo
tiens qui sepe vicerit in medium
fluctuat et incerto heret
et sepe fit ut fortibus fortis
congrediatur maioraque oriantur
certamina ubi maiora virium
incrementa. Ergo David ubi
fugam querebat dicit ut evaderet
adversarium et non inveniebat pe
nas suas ancipiti fluctuabat
certamine. Siquidem ubi in po
testate habet penas suas. Titu
lus psalmi in finem est id est
ad perfectionem et consummationem
victorie. Denique est victor
dicit. Domine probasti me et co
gnovisti me. tu cognovisti
sessionem meam et resurrectionem
meam. Merito habebat volu
tatem volandi. qui penas re
surrectionis acceperat. Hic
autem adhuc in spelunca est
id est in carne in antro quo
dam istius corporis. cum rege
Saul filio duriae et intelligi
bilis illius principis potestate
detinens qui non videtur. sed
intelligitur. Unde et psalmi
titulus intellectus est. Quem
tamen David positus in carne con
clusit. sed ut contulit rogan
do meruit. Denique a voce pre
dicationis cepit. Ad illud quod
ille ex persona salvatoris predicavit

dicatur iste ex persona david qui
in potestate non habebat victo
riam · sed sperabat a christo et spe
postea quam expandit manus su
as ad deum tamquam pennas anime
sue et confugit ad deum et spiritus
sancti consolationem poposcit quo
cognosceret viam per quam possit
ascendere. Anelmari vidit celos
ut christus descendit et rogavit ut
levaret eum manu sua. Aut for
te ideo pennas suas iam non
querebat quia perfectior factus ma
num christi desiderabat. Cui vult
igitur manu christi levari ante
se volet habeat pennas suas
qui fugit seculum pennas habet
et si suas non habet ne for
te ille solus habeat suas qui
potestatem habet volandi. Si suas
inquinatas non habet accipiat. Celi fu
git ergo seculum volat. Ecce inquit
elongavi fugiens et mansi in
solitudine. Evolavit ergo david
sic nycticorax in domicilio. Sicut
passer singularis in domicilio. Si
vero ad christum referas evolavit
in corporis passione ut sub um
bra alarum suarum protegeret populos
nacionum. Evolavit divinitate
mansit corpore atque habitavit
in deserto ut plures fierent de
serte filii quam eius que habebat
virum. Aliud ergo corpus sequamur
ut et nos resurgamus. Ubi enim
corpus ibi et aquile. Cui non
potest ut aquile volare volitet
sicut passer. Cui non potest ad
celum volitet ad montes. Fugiat
ante valles terra que cito corru
puntur humore et ad montes
fugiat. Transivit ad montem
segor nepos abrahe et salvus

factus est. Uxor autem non potuit
ascendere affectu femineo reclina
ta salutem amisit. Appropinquante
motibus eius dominus dicit per mi
cheam prophetam. Surgite et ite
quia non est vobis hic refrigeratio
propter spurcitiam. Corrupti estis
corruptione pessimarum passio
nis et dominus dicit. Aut qui in
iudea sunt fugiant ad montes
ubi mons syon et civitas pacis
ierusalem non terrenis vivis constructa
lapidibus et decem milia ange
lorum primitivorum ecclesia perfectorum
spiritus iustorum deus qui in sangui
ne suo melius locutus est quam
abel. Ille enim vindictam clamat
hic indulgentiam. Ille peccatum fratris
accusat. Hic peccatum mundi remi
sit. Ille prodidit crimen hic texit
secundum quod scriptum est. Quia beati
quorum tecta sunt peccata. Sed qui
fugit velociter fugiat ne com
prehendatur velociter expediatur
sicut nudum ut hebreus Egyp
tum. Cui parturit pariat ne
onusto et gravato iniquitati
bus inclusus utero fugere non pos
sit. Et fugiat non qui lactantem fetum
sed qui expeditum non parvulum gestans
sed perfectum in christo exhibet. Fugi
at non qui feriatus in sabbato
sed tamquam operarius in negocio nec
tamquam sterilis in frigore sed
tamquam opimus in messe. Ideo enim
dictum est. Orate ne fiat fuga
vestra hyeme vel sabbato. Fuga
ergo fecunda virtutis est non cessa
ta meritorum. Fuga hec nescit
frigus timoris tremorem mortis
distractionem sollicitudinis. Dissolu
cionis ocia lascivie feriatis cor

porem lenitudinis. Sed vite celestis
requirit impigrum viatorem regni
superioris competitorem strenuum
diluitem agricolam qui fructus suos
cogat et cogendo diripiat. Quid
enim aliud a te o homo querit
nisi ut timeas deum requiras eum
post ipsum ambules comprehendas
vias eius. In quo inquit comprehendam
dominum. Sic comprehendam
in holocaustis. Non in decem milibus hedorum nec in milibus arietum
non in fructibus impietatis
reconciliatur deus et peccata redimuntur. Sed in bona vita dei gratia
comprehenditur. Renunciatum est
inquit tibi homo quid sit bonum
aut quid dominus exquirat a te. Quid
aliud nisi ut facias iusticiam
et diligas misericordiam et paratus sis ire cum domino tuo. Dicit
tibi ergo Ewangelium iterum. Surgite
eamus hinc. Dicit tibi lex. Post
dominum deum tuum ambulabis. Didicisti quo hinc fugias quid moraris. Dicit tibi Ewangelium. Progenies viperarum quis vobis demonstravit fugere ab ira futura. Et de
hoc illis qui veniebant ad baptismum penitentie. Ergo penitencia fuga est bona. Gracia dei fuga est bona in qua assumpto
fugiente est desertum. Fuga est
bona et quam fugit Helias
Heliseus Iohannes baptista. Fugit
Helias mulierem Iezabel id est
effusionem vanitatis. Et fugit
ad montem Choreb quod significat
siccitatem ut siccaretur in eo
carnalis profluvium vanitatis
et cognosceret deum plenius.
Erat enim ad torrentem Chorad

Gratia dei fuga est bona

quod est cognicio. Ubi habundanciam profluentem divine cognicionis
hauriret. Ita fugiebat seculum
ut nec cibum corporis huius exquireret in quem aves detulissent ministerio. Quamquam esca eius
plerumque terrena non fuerit. Denique quadraginta diebus in
virtute esce quam acceperat
ambulavit. Utique non mulierem
fugiebat propheta tantus sed
hoc seculum. Nec mortem timebat
qui se obtulerat requirenti
et qui dicebat ad dominum. Accipe animam meam. Tedium vite istius sustinens non cupiditatem
sed fugiebat seculi illecebras
et conversacionis maculose contagionem et impie ac prevaricatricis nacionis sacrilegia. Salomon quoque in mulieris illius
specie corruptelam seculi huius
exponit et meretricias astucias
declinandas edocet. Hec est
mulier aliena et fornicaria
a qua te ut custodias hortatur
ne declines ad vias seculi cor tuum
sed colloces illud in manu dei
in qua est cor regis. Qui enim
se ipsum regit quod plus est
quam aliis imperare. Cor eius
in manu est dei et quo vult
deus convertit illud. Non immerito
si convertit in bonum qui perfecte
bonitatis est. In manu ergo
dei simus ut bonum queramus
illud bonum incorruptibile atque
immutabile. De quo dicit Amos
propheta. Exquirite bonum et non
malum ut vivatis et sic erit vobiscum dominus deus omnipotens. Quemadmodum dixistis. Odio habuimus

De dei bonitate

mala et diligimus bona. Ubi ergo bonus deus ibi et bona sunt que desideravit videre david et visum se credidit. Sic ait ipse: Credo videre bona domini in terra viventium. Illa enim bona sunt que manent semper que non queunt temporis vel etatis mutatione corrumpi. Ipsius illius bonis est qui dominum quesierit et invenerit. Ubi enim cor hominis ibi et thezaurus eius est. Non enim solet bonum datum deprecantibus dominus denegare. Ergo quia bonus dominus est et maxime sustinentibus se bonus est ipsi adhereamus. Cum ipso simus tota anima nostra, toto corde, tota virtute, ut simus in lumine eius, et videamus eius gloriam, et delectationis superne fruamur ~~gloria~~ gratia. Ad illud igitur bonum erigamus animos, et in illo simus atque in ipso vivamus. Ipsi adhereamus quod est super omnem mentem et omnem considerationem, et pace utitur perpetua ac tranquillitate. Pax autem super omnem mentem est et super omnem sensum. Hoc est bonum quod penetrat omnia, et omnes in ipso vivimus, atque ex ipso pendemus. Ipsum autem nichil supra se habet, sed est divinum. Nemo enim bonus nisi unus deus. Ergo quod bonum divinum, et quod divinum bonum. Et ideo dicitur: aperiente te manum implebuntur omnia bonitate. Per bonitatem enim dei nobis universa tribuuntur merito bona, quibus admixtum est nil mali. Hec bona promittit scriptura fidelibus dicens: Que bona sunt terre manducabitis.

Boni ergo illius similes simus ut que bona sunt adipiscamur. Bonum quod est sine iniquitate est sine dolo, sine asperitate, cum gracia, cum pietate, cum sinceritate et benivolencia, caritate, iusticia. Itaque omnes virtutes bonitas tamquam mater fecunda amplectitur. Est igitur non mediocris causa cur hinc fugere debeamus ut premamus de malis ad bona, ab incertis ad fidelia et plena veritate, a morte ad vitam. Ipse quoque dominus dicendo: posui ante te bonum et malum, vitam et mortem, demonstravit quod bonum vita est, sed eterna. Si enim hec obnoxia seculo atque eius malignitati. Utique illa est bona que non corrumpitur et non mutatur, que nullo vicio degenerat, que virtute acquiritur. Fugiamus ergo maliciam seculi cuius in quo dies ipsi inquit mali sunt. Et fugiamus impigre. Propterea ysaias clamat: Convalescite manus remisse et genua dissoluta. Idest non corporis sed animae genua convalescite ut directum ad celi altissima mentis vestigium possit attolli. Ut sit doctrinis solidior, vita maturior, gratia plenior, prudencia circumspectior. Hoc est enim fugere scire quo tendas, allevare se a seculo, allevare se a corpore, ne iterum frustra se reliquiis extollat inflamata mente carnis sue, et non teneat caput, et dicatur de hijs: fugerunt et non viderunt. Sed hoc est fugere hinc: mori elementis istius mundi, abscondere vitam in deo, et declinare corruptiones, non attaminare cupiditates.

nesciat que sint mali istius qui no-
bis varios gignit dolores. Extima-
mit cum repleuerit, cum exinani-
uerit repletur. Et hec omnia inania et
vacua in quibus nullus solidus
est fructus. Mortuus est diues
et nichil habet quia non est in diuinis
diues. Et ideo insipiens quia sapi-
entia cultura est dei. Abstinere
aut a malis disciplina. Dimis
ergo non fugiat malicie locum offi-
cinam improbitatis que intueri ne-
sciat. Denique non otiose signum
positum super Cain ne quis eum
occideret, ut significaretur quod non
extinguatur et auferatur a terris
malicia. Timebat Cain ne oc-
cideretur quia fugere nesciebat.
Augetur enim et cumulatur ipso
usu malicia, et est sine modera-
tione, sine fine dolo et fraude.
Decernens que factis suis prodit
et sanguine peremptorum. Sic et
Cain proditus est. Versatur ita-
que in terris malicia atque istic
erat. Et ideo rogamus voluntatem
dei fieri in terris sicut et in celis
ut et hic sit innocentia. Itaque ma-
licia cum illic iam locum non
habet, hic eruit, hic seuit, se-
seque effundit non mundano mer-
sa diluuio, non Sodomitano
excussa incendio. Denique semina
posita in seminariis pullulat
usque in ipsum parricidales ac
sacrilegas iniciens manus vni-
uersorum auctorem salutis. Lex fa-
ctum dampnat, non aufert ma-
liciam. Ipse dominus Ihesus peccatum do-
nauit, auctorem eius distulit
ut esset per quem iusti probarentur.
Etenim quia malum deus non fecit
et nequitia diaboli inseruit vni-

dictam. Deus distulit ut ab ipsis
quos acceperat diabolus vinceretur.
Exercentur ergo decepti, ut et
prius luant facilitatem et su-
mant studium virtutis industri-
am cautionis. Unde ait: Esto-
te astuti sicut serpentes.
Cauere sit serpentes, ut et
ille spolietur suo, ut quia a-
lios exuere voluit amittat
que sunt ipsius, non venena
sed merita nature. Denique di-
xit: Ille cum tu ascenderis. Scriptum
est enim: Videbam sathanam sic-
ut fulgur cadentem de celo. Non
fulgor inquit sed fulgur,
quia suum lumen amisit
quod habebat antequam tibi tuum
lumen vellet auferre. Vere
forte dicas quia et de salua-
tore legimus: Etenim sicut ful-
gur coruscans de sub celo
ita erit et aduentus filii ho-
minis. Bene et hic sicut ful-
gur, quia et hic supra fulgur.
Denique fulgur de sub celo, lu-
men autem vere supra celum. Er-
go sathanas sicut fulgur quia
amisit quod habuit, tu autem
recepisti quod amiseras. Non
enim ita circa illum circa te soluta
est sententia. Nam Christi gratia
que tibi resoluit, illum astrin-
xit. Manet enim maledictio di-
recta in serpentem propter tuam
deceptionem. Sic enim dictum est
ad eum: Maledictus tu ab omnibus
pecoribus terre. Omnibus enim com-
munis inimicus est qui fuit
hostis bonorum. Et ab hiis dampna-
tur quos adhuc non lesit.
Cum ipsi hominem lesit cui illa

omnia subiecta sunt / lesit omnia
communem etenim legem soluit
quia et ipse homini cum ceteris
subditus est / Ideo cum odio
atque execratione omnium male
dictis eius oneratur / Genus autem
dampnationis non mors / sed pe
na diuturna est / Super pectus
inquit tuum et ventrem ambu
labis / premeditatum enim fuit nequicia
cogitacionis / et pertractanda malicia
a fraudulentiumque secretum
tamquam ad sinus reuerendum
simul ostenditur quod terrena
malicia sit que in terram reuer
tet / Denique addidit / Et terram
edes omnibus diebus vite tue / Desi
bi quidem hijs natura serpentis
videtur / Sed magis omnibus ma
licie vas describitur / omnis
serpens improbitatis / qui in
ventrem se deiciat atque intra
se venenum suum claudit / et
intus in pectore suo vol
uitur cogitacionibus suis
lubricus / et super fraudes su
as ambulans sub dolis se
ipse implicans mouens semper
atque exagitans sua venena
cum cogitationibus / ventrem quoque hoc est
seminarium cordis sui pretendens
unde pulchre dauid ait / Alienati
sunt peccatores ab vtero erra
uerunt / a ventre locuti sunt fal
sa / Furor hijs secundum similitu
dinem serpentis sicut aspidis
surde / et obturantis aures
suas / que non exaudiet vocem
incantancium / et venefici qui
incantantur a sapiente / Propter

hoc etiam illud pulchre dictum videtur
quod in libro propheticio legimus
/ Ventrem meum doleo / ventrem
meum quia ibi est malicia vbi
debet esse innocencia / Et illud
plus laborat quod in nobis debet
esse tranquillius / atque id ne
quicie vestigijs proculcatur / Sti
mulatur vnguibus et processu quo
dam improbitatis / incrementoque
concutitur vbi et genitale seminarium
posteritatis eterne / videtur hoc ad
id esse referendum quod dolebat
perisse quos creauit filios et
suscepit / Sed multo magis quod
in ventre suo verbi seminarium non
habebat / Ideo ventrem suum dicit quasi
preciosissimum / precordius enim meus vte
rus est in quo secunda leges
consilio verbi semine pullulare ce
pit / et vite totius solent atque
virtutum ac disciplinarum quedam
membra formari / Sed ut redeamus
ad propositum quod maliciam deus
reprimendam magis quam abolen
dam putauit / Ait ad serpentem
/ Et inimicicias ponam inter te
et inter mulierem / et inter semen
tuum et semen mulieris / Ipsa tibi
seruabit caput / et tu illius calca
neum / Vbi inimicicie sunt discor
dia est nocendique studium / Vbi
nocendi studium / ibi malicia ponitur
/ Ergo discordia inter serpentem
et mulierem / discordia malicie sub
est / Non est ergo sublata penitus
malicia / Denique seruatum est ser
penti vt calcaneum mulieris et
seminis eius obseruet quo noceat
et venenum suum infundat / Non
ergo ambulemus in terrenis

ventrem meum doleo
i. seminarium
precordius vterus e

et serpens nobis nocere non potest
Humanum enim calciamentum quo
venenum serpentis excluditur mor
sus eius evacuatur ut simus calciati
pedes in evangelium Et fortasse ideo
moyses iubetur solvere calciamen
tum pedum suorum ut sumeret calci
amentum evangelii vel quia non moy
si id est non prophetiis sed amplius
predicatio evangelii debebatur
Ea est quam supra diximus dicta
in serpentem sententia In hominem
quoque quamvis directa sit con
fidimus Maledictus ille qui auctor
est culpe sed non est maledictus
iste qui aliena fraude deceptus
est Et quia non fuit mandati
dei operi suorum labore dampna
maledicta sane terra sed in operibus
peccatoris et maledicitur donec
resolvatur in terra Ideo ergo susce
pit ihesus carnem ut maledictum
carnis peccatricis aboleret et
factus est pro nobis maledictum
ut benedictio absorberet maledi
ctionem Integritas peccatum Indul
gentia sententiam vita mortem
Suscepit enim et mortem ut im
pleretur sententia satisfieret
iudicato maledictum carnis pec
catricis usque ad mortem Nihil
ergo factum est contra sententiam
dei cum sit divine conditio imple
ta sententie Maledictum enim
usque ad mortem post mortem
gratia Mortui ergo scio sumus quod
adhuc et scio determinus mortui
sumus cum christo Quid adhuc vi
vite actus te huius actus requirimus Mor
tem christi in corpore nostro circu
ferimus ut et vita christi in nobis
manifestetur Non ergo iam
nostram illam vitam sed christi vi
ta vivimus vitam innocentie
vitam castimonie vitam sim
plicitatis omniumque virtutum Cum
christo resurreximus in ipso
vivamus in ipso ascendamus
ut serpens calcaneum nostrum
quod vulneret in terris rep
perire non possit Fugiamus
hinc potes animo fugere et si
retineris corpore potes et
hic esse et adesse domino
Sed illi adhereat anima tua
si post ipsum cogitationibus
tuis ambules si fide non
specie vias eius sequaris
Si ad ipsum confugias Est
enim refugium et virtus cui
dicit david Ad te confugi et
non sum deceptus Ergo quia
deus refugium deus autem in
celo et supra celos utique
hinc illo fugiendum est ubi
pax ubi requies ab operibus
ubi epulemur sabbatum ma
gnum Sicut dixit Moyses
Et erunt sabbata terre vobis
esce Epulatio enim et ple
num iocunditatis et tranquilli
tatis est requiescere in deo et
eius delectationes videre Qui
ergo confugimus in deum ad mu
ndum revertemur Qui peccato
mortui sumus peccata repeti
mus Qui renunctiavimus
seculo et usui eius iterum in
luto eius herebimus Fugiamus
hinc quia tempus breve est
Audi quo fugiamus Et qui

habent uxores ita sint ac si non
habeant et qui flent tamquam
non flentes et qui gaudent
tamquam non gaudentes et qui
emunt tamquam non possidentes
et qui hoc mundo utuntur tamquam
quam non utantur preterit
enim figura huius mundi Non ergo
cum pretereunte figura mundi opera
nostra preterant ne etiam nos
pereamus sed maneamus in ve
ritate Si maneamus in ~~veritate~~
veritate si maneamus in veritate et cum
Christo maneamus in vita et cum
eo manebimus et non peribimus
sed dicemus Benedictio domini
super vos benediximus vos in
nomine domini Illi enim preter
eunt non possunt dicere quod non
dixerunt pretereuntes viam bene
dictio domini super vos quemadmo
dum dixit propheta Itaque si vo
lumus non preterire opera nostra
non pretereamus mandatum
dei Si non pretereamus requiremus domini
Ihesu Christi diligentiam emerentes
di eius gratiam Non periit enim
illa mulier que usque in pha
risei domum ingressa in qua
Christus recumbebat in pedes eius
unguentum superfudit Non pre
tereamus discipline alicuius
profectum Sic etiam Ioseph a
dolescentulus non periit quia
fratres suos requirebat et ad
eum festinabat locum in quo
pascebant oves Et cum cognovis
set quia in Dothaim sunt
perrexit Et significatur autem in illo
verbo Dothaim defectio ydo
neus id est vanarum opinio
num Defectus non mediocris

sed perfectus et plenus in quo pro
fectus est Sapiens enim quod
minuit addit Deficiunt enim se
cularium opiniones que muli
eribus infirmis comparantur
Unde pulchre quo ostenderetur
Sara ad profectum venisse ut
gratiam et risum et leticiam de
fecerunt inquit Sare fieri mu
liebria Bona ergo defectio cu
piditatum defectio vanitatis que
voluptatis abiectio est Unde et
sanctus ait Defecit in salu
tare tuum anima mea paritura
etenim erat que defecerat et
promiserat deus paritura leti
tiam et sobrietatem illam iocun
ditatis ebrietatem paritura ani
mum expeditum ingenii celeritate
partus feta sapientie Denique
et de aliis hebreis mulieribus
habes quia hebree prius pari
unt quam veniat obstetri
ces eo quod anime instructe non
expectent artes et discipli
nas propter inventionum gene
ra nec requirant adiumenta
generandi sed sponte partus
suos fundant expectationemque
eorum preveniant Fit enim minus impi
ger ad inveniendum quam ad ex
equendum Iacob cui cum mater
dixisset ut inferret patri escas
dissimulationem quandam subrepsisse
creditur minus Nam et ait in
et inventorem suorum auctorem
testificatus est deum in quo et
diligentie palma et ingenii
significatur ubertas prima enim di
finicio in inventione quod invenit

queritur / Et quod querit temporis
est / quod tempus est utique diligentie
est. Ingenium igitur divinum est mu
neris / Quod autem divini muneris
hoc nature. Ingenium ergo nature
est inventio diligentie / Illud sine
tempore / hoc indiget tempore
/ Postque illud in tempore presto est / hoc
in spacio temporis investigatur
Illud super nos hoc vero ad nos
refertur / Querenti igitur patri
cibum ubi / non enim in solo pane
vivit homo / sed in omni verbo dei
Talem cibum querebat ysaac / Ta
lem cibum esuriebat petrus quando
vidit creditum gentilis ipsi miste
ria / Esau presto non habuit cibum
spiritualis et velocioris ingenii / Du
ille venatur et querit in p[ro]du
rum atque agrestem sermonem
surgere parat / prevenit Jacob ce
leri invencione et mitti ex ipse
domestica responsione suave
verbum ministrans que cum mul
ceret ac delectaret / Unde mira
tus pater ait / Quid est hoc quod
tam cito invenisti fili mi / Re
spondit Jacob / Quod tradidit
dominus deus tuus in manus meas
Prima differentia in interrogaci
one est / secunda in responso / Ple
na igitur omnia reperiendo pro
que erant vel diligentie vel
ingenii de sermonis consumaci
one conclusit dicens / Ecce odor
filii mei / tamquam odor agri ple
ni quem benedixit dominus / Ager
enim et naturale habet fertilitatis
ingenium / et culture diligen
ciam temporalem / Meritoque in eo
est plenitudo / cui utrumque non

deest / Simul cum addiderit quem
benedixit dominus / videtur nature gratiam
pretulisse culcionis labori / Et con
firmavit esau dicens / Iuste vo
catum est nomen eius Jacob
Supplantavit enim me iam bis
et primogenita mea accepit
Sed forte dicas / In quo facit
moram / qui ad venacionem d pre
missus est / Sed considera quia
et prius primavit / se patium
hic non possit quod specialiter
petebatur / Et ideo qz / Efficiebat
ingenio vel diligentie subsidium
ut adiungeret exigebat / Cele
ritatis quoque admonet / qui ait
Cape arcum et sagittas / Accepit
ut et diligentie fructum qui co
gnoscat superius esse ingenii
munus / Nec immerito dome
sticos cibos detulit / qui de dome
sticas sermonis sui / sapientie sibi ac
quisivit copulam / Bona ac
diligentia cum sapientia / et inven
cio cum ingenio naturali
Denique legimus in principio sapientie
copulam sanctus ysaac deam
bulabat in campo immo ab
alienabatur / Et nos primo sa
piencie copulemur et sic
exeamus in campum querere
et invenire cupiectos multi enim
sine sapientia / male querunt / Et ca
aym quia non acceperat a deo
prudenciam / male quesivit
male exivit in campum / Abel
bene qui perfectum sacrificii mu
nus implevit / Bonum enim
sapientie sacrificium / Bona est ho
stia fidei et omnes virtutes / Denique
sapientia immolavit suas hostias et

miscuit in craterem vinum suum
Et ideo ut insipientibus gentibus
potum fidei daret ad craterem su-
um convocavit eos dicens / Qui
est insipiens divertat ad me
et egentibus sensu dixit / Ve-
nite et edite de meis pani-
bus et bibite vinum / quod mi-
scui vobis / Hunc autem plato
in suos libros transfundendum pu-
tavit / Ad cuius potum evocat
animas sed eas replere nescivit
qui potum non fidei / sed perfidie
ministravit / Fugiamus hinc
sicut fugit de patria sanctus Jacob
Sciebat enim veram patriam
esse superiorem / Fugiamus sicut
cervi ad fontes aquarum / Quod
sitiebat david / Sitiat et ani-
ma nostra / quis est ille fons / Audi
dicentem / Quoniam apud te fons vi-
te / Huic fonti dicat anima mea
Quando veniam et parebo ante
faciem tuam / Fons enim deus est
Sed qui hunc fontem desiderat
effundat super se animam suam / ut
nichil possessioni carnis relin-
quat / sed ubique anima superfluat
Pulchre eam effudit susanna
ut evaporare in ea non posset
corporis incendia / mortis
formidines / vite cupiditates
Effusa super ipsam anima omnem
restrinxit carnale desiderium
secularis studium / Quis enim tam
prodigiosorum senum et impudenti-
um pectorum potuit flammas
restinguere / nisi in huius libidi-
nis perfluvium redundasset
A quibus cum intenderetur calu-

De Suzanna

mnia si assensus negaretur adul-
terio / ingemuit susanna et dixit
Angustie mihi sunt undique / Si enim
hoc fecero / mors est mihi / si non fecero
sin autem non effugiam manus ve-
stras / proclivius tamen iudicavit cri-
men potius fugere / quam peri-
culum ploravit / itaque cum crimen
obiceretur / ploravit cum sibi de pu-
dica et casta adulterii indicium
vindicaretur / non mortem deplo-
rans / sed castitatis calumpniam
religionis iniuriam / ploravit
et effudit super se non corpus
sed animam / Effudisset enim corpus
si carnalibus adquievisset / De-
nique cum morte dampnaretur
exclamavit / quasi iudex reorum
arbitra calumpniantium / et inno-
centie conscientie auctoritate
divinam sibi iniudicium attexuit
cognitionem / Non timore mor-
tis perterrita / sed arguentis censure
potestate precelsa / Susanna
ergo fugit seculum / et se deo credi-
dit / per illam arcem sinceritatis
etiam fugies que totum mundum
complectitur / Qui intra deum est
fugit et paulus / ut evaderet
per fenestram dimissus in sporta
Sparteum enim triplex corrumpi — i. funiculum
non posse noverat / sed fugit
ut evangelium domini toto orbe pre-
dicaret / Et ideo in paradisum rap-
tus est / Et nos fugiamus
per fenestram audientes precepta
domini / et visu sobrios atque ocu-
lorum castitate servatos / fugi-
amus sicut loth / Sodomitana
crimina amplius quam suppli-
cia formidantes / Magis enim

prius certe scelerum fugit contagia qui Sodomitanis domum suam clausit nec cohabitantes noverat eorum quorum flagitia nesciebat et opprobria adversabatur. Nec fugiens respexit eos quorum conversationes non desiderabat. Fugit ergo sicut Loth qui reminiscitur viciis, abdicat se incolarum moribus, qui post se non respicit, qui superiorem illam civitatem ingreditur intuitu cogitationum suarum nec recedit ex ea donec moriatur princeps sacerdotum qui tulit peccatum mundi. Mortuus quidem semel est sed moritur ~~cotidie~~ cotidie qui baptizatur in morte Christi ut cum sepeliamur cum eo ut resurgamus cum eo et in novitate vite illius ambulemus. Bene fugis si cor tuum non innititur peccatorum consilia, cogitationes eorum. Bene fugis si oculus tuus fugiat aliena, declinet ut lingua tua veritatem custodiat. Bene fugis si non respondeas imprudenti ad imprudentiam illius. Bene fugis si dirigas gressus tuorum pedum. Ex ore insipientium electos cum malis ducibus cavetur. Ergo si vis bene fugere longe fac vias tuas ab eorum sermonibus. Mortuus est tibi princeps sacerdotum, tibi crucifixus est ut clavis eius adhereas. Hec cum in illa carne et tua peccata suscepit affixa sunt illi patibulo tuorum delictorum cirographa, ut iam mundo nichil debeas cui semel renunciasti et recte nichil debes cui suscepit dicere: Michi enim mundus crucifixus est et ego mundo, ut iam mortem non timeas si geras Christum in quo potes dicere:

De victore fuga

Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors aculeus tuus? Et enim cum vetus homo noster affixus est cruci destructum est peccatum, obtusus aculeus, evacuata culpa ut ulterius servire flagiciis desinamus. Abiit enim vetus homo. Nunc autem iam non vetus homo in nobis sed nova est creatura. Habemus in se similitudinem Christi cuius morti similitudini consepulti ymaginem vite eius assumpsimus alas gratie spiritualis accepimus. Sic igitur volate ut dicatur de vobis: Qui sunt isti qui sicut nebula volant et sicut columbe cum pullis suis, ut nebule vestre rorent iusticiam et columbe pariant simplicitatem. Sic navigate quasi fluctuantes mundi non periclitantes quasi naves tharsis ut non in intelligibili portu cursum dirigatis et collocatis diluviis maris. Sic festinate ut dicatur de vobis: Leviores facti sunt super aquilas. Abiit enim ventura fugiendum videre quam declinare poterunt qui per penitenciam sibi spem locaverint evadendi et reconciliationis future fidem asserint per dominum nostrum ihesum cristum cui regnum est a seculis et nunc et semper et in omnia secula seculorum Amen.

Finit de fuga seculi liber secundus. Incipit de Jacob et vita beata sequitur

Incipit liber quintus de Jacob et vita beata

De passione corporali

Necessarius est ad di
sciplinam bonus ser
mo omnibus, plenus
prudentiae, et mens
rationi intenta
praeferat virtuti
bus passiones,
coerceat. Docibil
enim virtus. Deni
que studio et discendo quaeritur
dissimulando amittitur. Al
ioquin nisi sermo bonus necces
sarius esset ad correctionem, num
quam lex diceret: Non adultera
beris. Sed quia nudus sermo ad
monendum utilis, ad persuadendum
infirmus est, ideo adhibenda
est rationis rectae consideratio
ut quod sermo bonus praescripserit
ratio plenius tractata persua
deat. Non enim serviliter ad obedien
dum constringimur necessitate
sed voluntate arbitra, sive ad
virtutem propendimus sive ad
culpam inclinamur. Et ideo ad
nos aut liber affectus ad erro
rem trahit aut voluntas re
vocat rationem secuta. Passio
autem gravissima culpae concupiscen
tia, quam ratio mollit et com
primit. Emolliri enim potest, eradi
cari non potest. Etenim animus qui
est rationis capax non exstinctor
passionum dicitur sed repressor.
Itaque enim fieri potest ut facilis
ad iracundiam non irascatur
sed ut ratione se temperet
indignationem cohibeat, reprimen
do se revocet. Sicut et propheta
nos docet dicens: Irascimini et
nolite peccare. Concessit quod
naturae est, negavit quod culpae.
Omnis itaque ex aliis non esse ori
ginem ducit. Itaque secundum e
iram aut de naturalibus suscipitur
aut de utilibus, itaque aut naturalia
temperat aut utilitatis assertor
est. Denique non alibi excidit con
cupiscentiam, sed facit ne concupi
scentiae serviamus. Nemo enim
tantus ut corporalem motum
possit auferre, nisi solus ille *Corporalem passiones nemo potest auferre nisi solus deus*
qui potuit de infructuosa ficul
nea dicere: Hoc est malitia Iude
orum: Ecce anni tres sunt ex quo
venio quaerens fructum in ficul
nea hac et non invenio. Succide
ergo illam. Cui respondit: Domine,
remitte illam et hoc anno usque
dum fodiam circa illam et mit
tam cophinum stercoris, et si quidem
fructum fecerit. Sin autem in futurum
succides illam. Merito ad Dominum
retulit, quia excidendae tempora
lis per passionis potestatem sibi
ipse vindicare non poterat
sed Domino reservabat. Denique
quem de hominibus meliorem et
fortiorem assumimus quam sanctum
David? Qui cupiditatem sibi quam
concupierat aquam de lacu Be
thleem hostili interclusam exer
citu sibi auferre non potuit, po
tuit mitigare. Itaque cum aliis
utique defuisse non inveniamus,
id est tanto exercitus numero
cum utique multo minus regi deesse
potuerint ceteris fontibus a
qua, irrationabilem quandam
concupiscentiam passus desidera
vit eam quae hostium erat circum
fusione vallata. Unde sine magno

periculo non facile potuisset deferri
itaque ait Quis michi potum dabit
de lacu qui est in bethleem ad por-
tam. Et cum essent rupti tres
viri qui hostium castra perciderent
et detulissent aquam quam summo
desiderio desiderasset, cognoscens
quod periculo alieno aquam sibi
constituisset, effudit illam domino
ne sanguinem illorum qui eam de-
tulerant bibere videretur. Clare
ergo indicatum est quod concupiscentia
quidem racionem preveniat, sed
racio cupiditati resistat. Huma-
num itaque passus est David ut
irracionabiliter concupisceret. Sed
illud laudabile quod irraciona-
bilem concupiscenciam racionabi-
liter parato sedavit remedio.
Dum viros qui erubuerunt desi-
derium sui regis, et maluerunt sine
eius verecundie vel periculo proprie
salutis afferre, plus laudo eum
qui erubuit in suo desiderio ali-
enum periculum et aquam dubie sor-
tis precio quesitam sanguini
comparavit simulque repressa
victor cupiditate effudit eam
domino, ut ostenderet quod concupis-
cenciam suam verbi consolacione re-
stinxisset. Potest igitur mens so-
bria impressiones refrenare ac
reprimere, quippe gravium passio-
num et fervorem omnem cupidi-
tatis flagrantissime refrigera-
re, declinare alios motus, et
recte racionis tractacione despu-
ere passiones. Etenim cum deus
hominem constitueret in eo mores
sensusque plantaret, tunc moti-
bus eius regale imposuit men-
tis imperium, ut omnis sensus mo-
tusque hominis eius vigore ac po-

Sobrietas omnes refrenat passiones Nota

pulcra parabola

testate regerentur. Adiunxit adhuc
adam creature ut mentem ipsam
divinis informaret preceptis et
sapiencie instrueret disciplinis quibus
et cavenda nosceret et eligenda
cognosceret. Accepit igitur recta ra-
cione tenens disciplinam sapiencie ut
divina et humana cognoscat. Cre-
ditur in lege per quam discit quas
sibi subicere debeat passiones.
Passionum autem velut duces sunt
mali ~~delectacio~~ delectacio et dolor
quas secuntur cetere. Ille enim
complectuntur universas quarum
virtus non solum corporis sed
eciam secundum animam passiones sunt.
Et quia diximus subesse huius
alias passiones, ante delectacionem
concupiscencia, post delectacionem
gratulacio est; ante dolorem
autem est timor, post dolorem
tristicia. Commocio autem animi
communis passio et delectacionis
et doloris est. Considerat alias
idest superbiam, avariciam, am-
bicionem, contencionem, invidi-
am, que sunt secundum animam pas-
siones. Transcendat eciam inno-
plebilem vorandi libidinem, con-
fusionemque luxurie atque la-
scivie, que vicia nota sunt cor-
pori. Et secundum illud opinatur a ge-
nitoque temperancia que maxime
passionum est ratus restinguit
ardorem, quem primum sobrietate
atque modestie cum temperancia
mentem informat. Deinde eciam
delicatorum abstinenciam restinguit
alienas corporalis ferocitatis.
Ideo lex reddit aborum licenciam
epularum copias non solum
ut resecaret luxuriam, verum eciam
ut inhiberent contemplacione

preceptis. viam tractationis racionis
capiet. que irritamenta glorie re
teraseque recabit cupiditates. cor
porue passionis motusque cohi
beret. Temperantia est igitur
correctionis forma discipline
magistra. Habeat perfectus
Jacob sanctus. privatus a fra
tribus quos non habebat accepit
cuiusque prelatus assensu. Docuit
in reliquum intemperantes pro
sibi viles esse iudicio. Abhebat
perfectus Joseph. et calorem iuve
tutis extinxit. et temptatum
adulterinis animi illecebris re
cte rationis induccione fir
mavit. Denique spiritus fortis es
set et validus. tamen tractatu ra
tionis fultus se maluit. Dicebat
uxori domini sui. Dominus meus si
nesciat. per me aliquid in domo
sua et omnia quecumque tradidit in
manus meas. neque subtractum
est a me quicquam preter te. que
uxor illius es. et quomodo faciam
verbum hoc malum. et peccabo
coram deo. Haec est igitur recte
rationis tractatio quam gra
vi legis sermone innotuit quam nos
sapientie intenta sollicitatur. pul
chre enim rationes quo hec
beneficijs dominum esse debet inquit
nec occultum posset esse peccatum
quod deo teste committeret que
latere non posset. Bona igitur
racio que et hostilem perfert
que affectum exuit. et dolorem in
iurie sequestrat. Denique et
matre perferens victorem miti
gat et feritum in veronem
retardat. et rogantem morti
eripit. cuius subiectis parte
iusta racio persuadeat. Etiam de
excludendo vel mittigando in
iurie dolore quis melior ma
gister quam patriarcha Jacob
cum illi prius coarguens filios
Symeon vel Levi ait. Odiosum
me fecistis. ita ut senius vide
ar. et utique ulti fuerant soro
ris iniuriam. que contra insti
tuta paterna violato fuerat
pudore temerata. Nec potuit
Jacob preceptor discipline custos
pudoris stuprum probare. commu
nium. sed maluit insolentes
ratione cohiberi. Sicque indi
gnationem racio temperare possit.
Temperantia est igitur que re
secat cupiditates. Hanc primis
hominibus tenendam mandavit
deus dicens. De fructu autem ligni
quod est in paradyso non edetis
neque tangetis illud ne mori
amini. et quia non est retenta
ideo transgressores virtutis egre
gie. paradisi exules facti sunt
et immortalitatis exortes. Hanc
lex docet et uniusquisque infundit af
fectibus. Docere autem eam et sa
pientiam et disciplinam scriptura
testatur. De temperantia in lege
De tercio in Job libro in quo
scriptum est. Elion nec dominus est qui
docet intellectum et disciplinam.
Et in ewangelio dominus ait. Discite a
me quia mitis sum et humi
lis corde. et alibi ad discipulos
ait. Ite docete gentes baptizan
tes eos in nomine patris et fi
lij et spiritus sancti. Unde autem disci
puli dicti sunt quid aliud a xpo
nisi virtutum operari precepta disce
bant. Denique david ait. Venite

De timore dni

filij audite me timorem domini do
cebo vos / utique timor dni & inicio
statutus est una / virtutum sapientie
timor domini / per quem assciscatur
pie forma doctrine / & qua paulus
ait / Gra autem deo quod fuistis ser
ui peti / sed obedistis ex corde in e
am formam doctrine in qua tra
diti estis / liberati autem a pecco
serui facti estis iusticie / Doctrina
igitur facit ut possimus prevenire
ad iusticiam / per quam acquiri
iusticia discendo / Intendamus
igitur studio in formam euan
gelice doctrine minimi studij
plerumque pro maximo habetur
in studio cum sint omnia / per quod
adhibetur obediencia / que in u
tramquelibet partem preponderit
aut culpam adiungit / aut gratiam
Hec nos in primo adam traxit
ad mortem / hec in adam ~~secdo~~ scdo
ad vitam vocauit / Non est quod
unquam nostram ascribamus
erumpnam / nisi nostre voluntati
Nemo tenetur ad culpam nisi
voluntate propria deflexerit / Non
habent crimen que inferuntur
reluctantibus / voluntaria tantum
commissa sequitur delictorum
invidia / quo in alios crimen
voluntarium sibi militem elegit
Apostolus voluntarium seruum sibi
diabolus auctionatur / Neminem
nem iugo seruitutis astrictum
possidet / nisi se ei prius pretorta
licet vendiderit / Quid carnem
nem eius infirmam accusamus
Membra nostra arma sunt / et
arma iusticie / vidisti pauperem
iniuriam accipientem / protexisti
eum / membra tua arma pietatis
sunt / quibus pauperem ab iniu
ria vindicasti / vidisti egenum
donasti eum muneribus / dextere
re tue / mortem a tuo pectore
repulisti / videns eum qui du
citur ad mortem eripuisti
eum quia scriptum est / Eripe
eum qui ducitur ad mortem
Membra tua sunt arma
iusticie / si iniuste hominem
perire non passus es / vidisti
mulierem / castigasti corpus tuum
mortificasti libidines pro
tactus / inclinasti oculos tuos
satius / deseruisti / membra tua
arma sunt et arma castimo
nie / contra autem si oculus tu
us vidit mulierem ad concupi
scendum eam / aperuisti vulneri
impressisti telum corpori tuo
membra tua arma peccati sunt
Vidisti possessionem pupillorum
et patrimonia ~~eius~~ eos expu
listi sedibus / sustulisti terminos
quos posuerunt patres tui
Membra tua arma iniquitatis
sunt / Affectus igitur non caro
auctor est culpe / caro autem
voluntatis ministra / Non ergo
vendat nos voluntas mala / Cla
mat apostolus / Nescitis quoniam cui
exhibetis vos seruos ad obedi
endum / serui estis eius cui ob
edistis / Siue peccati ad mortem
siue obedicionis ad iusticiam
Ergo si aut peccato seruimus aut
iusticie / consideremus in qua parte
seruitus tolerabilior fructus
vberior / Sed si potest esse fructus
in morte / peccati enim stipendium
mors / et ideo nullus in eo
fructus est / sed pudoris

Quid in libro efficit doctrina

De obedia

Aug'
Peccatum non est nisi quod voluntati repugnat

Membra nostra quid efficiant

Seruitus dei e optima

stipendium, cum ea que gessimus
erubescimus. Servitute autem iusticie
libertas est. Qui enim vocatus est
in domino servus libertus est domini.
Similiter qui liber vocatus est servus
est Christi. Utraque condicio optima est
sub Christo, sub quo et preciosa servitus
et gloriosa libertas. Preciosa servitus
qui tanti sanguinis precio
comparata. Gloriosa autem libertas
quam nulla servitus culpe, nulla
peccatorum vincula constringunt, nulla
flagiciorum onera, nulla criminum
commercia degeneris negocii servi-
tutis addicunt. Disce humilitatem
o homo. Apostoli unum cognosce ma-
gisterium. Si servum te dicas, liber
es. Si liberum te iactes, servus es.
Nam et ille qui cum servus redemp-
tus est libertatem habet, et iste qui
cum liber vocatus est bonum est illi
ut servum Christi se esse cognoscat,
sub quo servitus tuta est et liber-
tas secura. Cuius cum ydiotam
paulum vel in apostolo iure asserit
sciuit discernere inter libertum
et liberum, et ideo non confusione
sed proprie dixit. Qui enim vo-
catus est in domino servus libertus
est domini. Similiter qui liber vocatus
est servus est Christi. Revera enim
omnes Christi liberti sumus. Nemo
liber, omnes enim in servitute ge- dicitur
nerati. Quid servili condicioni
arrogantiam libertatis assumis.
Quid titulos nobilitatis usur-
pas servilis hereditas. Nescis quod
te peccatum atque error culpa man-
cipauit servituti. Fatearis quod te
redimerit Christus non emerit.
Non auro neque argento redempti
estis de vana vestra conversatione

de humilitate

paterne tradicionis, sed precioso
sanguine agni, clamat apostolus
Petrus. Ergo redemptus a domino
es, servus eius qui redemptus es,
et quam domino servitutem debes et
eius redemptori, et ne insolentem
putes libertinitatem sub Christo
quam libertatem esse, ad digni-
tatem equalis, ad tuicionem pre-
stancior est, ad graciam par, adversus
lapsum cautior, ad usus super-
biam rectior. Ista libertatem ac-
cepisti ut meminisse manumis-
soris tui debeas, ut patrono
tuo noveris legittimum obsequium
deferendum, ne ab ingrato revo-
cetur libertas. Quid te beatius
qui sub domino regnas et sub
patrono militas. Quid autem est
quod tibi non contulit dominus. Legem
dedit, adiunxit graciam. Lex enim
peccatum denunciavit, sed in eo — hoc potius deinde / cicdunt
racione lubrica penitus cohi-
bere non potuit. Cognovi enim
peccatum quod nesciebam, cognovi
concupiscenciam. Quod autem per
ignoranciam meam mortuum
videbatur, mihi revixit. Ego autem
mortuus sum peccati vulnere, quia
cognita culpa que in me sopita
videbatur, licet docuit ut sciam
quod vitare non possem, peccatum
enim prodidit, et per bonum denun-
ciacionis sue peccati vires acuavit
in perniciem. Itaque supra modum factum
est peccatum mihi, quia cumulatum
est denunciacione mandati. Crescit
enim culpa cum proditur nec cavetur.
Quid ergo bonum mandatum quod mihi
mors est? Aut quid non est in me
quod per bonum significacionis sue de-
monstrando peccatum operatum est in me

mortem. Nam certu est quod mors
michi accessit dum quod facio agno
sco pctm. Sic ipse dns ait. Si non
venissem et locutus fuissem hiis pctm
no haberent. Quid miraris igit
si lex quibusdam morti sit cum
morti sit et dni salutaris ad-
ventus per quem redempti sumus
Infidelibus enim mortem sibi gerit
et gra manet aut mandati gra.
Etenim sicut cognicio venenato-
rum poculorum consumatur addi
sciplina medicine. Sic divinum
mandatu ad vitam eternam. Sicut
enim ei qui male utitur noxiis
pocionibus cognicio earum in ma-
lum vertatur et periculum. et quo
magis venena cognovit hoc se
intelligit amplius periclitari.
Sic forma mandati hiis qui le-
gem male interpretantur vel demo-
strata atque interdicta pcta vitare
no possunt auctores mortis. Sic
ergo bonum ~~mdi~~ antidotu ceteris si
imprudenti aut intemperanti no
bonu. Sic bonu mandatu ceteris
si intemperanti non bonu est. Ergo
bonu mandatu quod alicui mors
est. Responsum igitur habe premis-
se posicioni. quia potest esse bonum
mandatu quod michi mors est.
Bonu per naturam salutaris
precepti. mors per intemperanciam
carnis. Et quia diximus esse
bonu mandatu quod michi mors
est. Nunc discuciamus quo no
sit michi mors quod per bonu michi
licet tamen operatum est mortem.
Dic enim apostolus. Amplius. Quid
ergo bonu est michi mors est. Ab-
sit. Sed peccatu ut pareat pec-
catum per bonu michi operatu est

mortem. Itaque spectemus singu-
la mandatu utique legis est. Le-
ut spiritualis est cuius graciam
visa pulchritudinem laudo.
formam predico. preceptu admi-
ror. Sed quia carnalis sum
ego venundatus sub peccato
trahor invitus ad culpam.
Etenim qui servio culpa dnatur.
Itaque odi crimen et facio quod
odit racio concupiscit. Ego tamen
in utraque qui legi mente co-
sencio et carne quod nolo hoc
ago. Bonu ergo mandatu cui
consencio et mens bona que
quod bonu est legit. Bona
ad vindicandu sed infirma
plerumque ad resistendu. quia
repugnat ei corpus ad per-
tinaciam et captivam eam trahit
ad erroris illecebras. In quo
periculo unu est remedium
ut quem lex liberare no po-
tuit liberet dei gra. Sic enim
scriptum est. Infelix ego ho-
mo quis me liberabit de corpore
mortis huius. Gracia dei per
ihesum xpm dnm nostrum. Itaque
fit ut liceat pctm quod latebat
idest concupiscencia mea quam
no putabam esse pctm morte
michi operata sit dum proditur. et
supramodu factu sit ipm pc-
catu. Erat enim pctm et si ne-
sciebatur. sed cognicione cohe-
ceruatu est. et quia incremen-
tum erroris assumpsit. utique in
naturam delicti cessit forma
mandati. Ideo tamen mors no
sit. cui promptu est ad xpm co-
fugere. per quem solvimur
vinculis mortis periculo absoluta

igitur caam scda est ppositas · quia
mandatu maioris legis morte non
est et si mortem optetur · Quod e
nim conturbatur · fragilitatis est
quod euadimus xpi · Ergo vt ad
exordia sermonis huius veniam
mens bona est que hec tractat
racionis · et intendit sapientie
disciplinis · Sed grauis lucta est
ei cum mortis corpore · et plerumque
quia racionem mentis vincat car
nis illecebra · Et ideo dominus primo
legem dedit cui mens homo sese
ad obtemperandum dedit · et ei servi
re cepit vt subdita esset · sed
caro subiecta non erat · quia sapia
carnis non est legi subdita · et
preceptis eius repugnabat · Ideo
enim poterat virtuti obedire cu
piditatibus dedita · et lectis curis
carnalibus implicata · Ideo la
borandum est · vt teneamus dei
graciam · Itaque mens bona si racioni
intendat · si parum perfecta · nisi
habeat gubernaculum xpi · Venit
enim dominus ihesus · qui nostras pas
siones cruci sue affigeret
peccata donaret · Omnes morte
iustificati sumus · vt totus mun
dus mundaretur sanguine · Demi
de in morte ipsius baptizati
sumus · Sugiti in illius morte
similitudine · nobis peccata · ceterum
etiam nobis passiones in illius
morte moriantur · illius cla
uis crucis teneantur affixe ·
Si in illius morte mortui sumus
quid iterum tamquam viuentes ad
ea que sunt mundana reuoca
mur · Quid nobis cum elementis
mundi · Quid cum cupiditatibus ·

Quid cum luxuria atque lascivia
qui in xpo mortui sumus · Quod
si sumus in xpo mortui · in xpo
resurreximus · Cum xpo igitur
versemur · cum xpo superiora que
sunt · non que corruptibilia et
terrena querimus · Xpus surgens
ex mortuis veterem hominem affixum
reliquit · nouum resuscitauit
Xpus ideo mortuus est · vt et
nos peccato moreremur · Ideo re
surgeremus · Mortua est caro
nostra · quid iterum peccato reuiui
scit · Quid iterum peccato obedit
Quid iterum peccatum regnat in mor
tuis · cum mors finis peccati sit ·
Mortui sumus carne · renouati
sumus spiritu · In spiritu ambulemus · In spiritu ambulemus
quia spiritum xpi accepimus · Si at
spiritus in nobis · ergo sit caro nobis
mortua propter peccatum · spiritus vero
viuat propter iustificationem · Sic
quod erat impossibile legis
solutum esse · In spiritu ambulemus
Sic passiones sepelimus · Sic
tem huius corporis non resolua
mus · Si cirographum peccati quod
deletum est in cruce xpi non re
scribamus · Si veteris hominis
amictum quem exuimus non in
duamus · Scriptum est enim in Can
ticis · Exui tunicam meam · quo
induam eam · Laui pedes meos
quo inquinabo eos · Mortificata
igitur nobis sunt corporis membra
cur eius pullulant vicia · Ideo
lex non preualuit · quia carnem non
mortificauit · Ideo qui vmbram
preteriit · non colorauit · Ideo ea
lumen obumbrauit nos a sole
iusticie · quia coaceruauit omnia

ergo et obfuit. Quid igitur opus fu-
it ut lex promulgaretur, si profutura
non erat? Habebamus iam legem
nature. Erat unusquisque sibi lex
qui opus legis scriptum habebat
in corde suo. Illam non tenuimus,
cur addebatur et altera in cuius
apicibus caro non posset in-
firmitatem? Accessit cumulus non so-
lutio. Reddita est potestas agnitio-
nis, remissio peccatorumque vinctis
qui poteramus excusationem pre-
tendere per ignorantiam, os ob-
structum est omnibus. Posuit tamen in
Christi confiteri quod negabam.
Accepi delictum meum cognoscere et in-
iusticiam meam non operire. Christi
pronunciare adversus me iusticiam
meam domino, et tu remisisti im-
pietates cordis mei. Sed et il-
lud michi profecit quod non iusti-
ficamur ex operibus legis. Non ha-
beo igitur unde gloriari in ope-
ribus meis possim, non habeo unde
me iactem, et ideo gloriabor
in Christo. Non gloriabor quia iustus
sum, sed gloriabor quia redemptus
sum. Gloriabor non quia vacu-
us peccatis sum, sed quia michi remis-
sa peccata sunt. Non gloriabor quia
profui neque quia profuit michi
quisquam, sed quia pro me advocatus
apud patrem est, quia pro me san-
guis Christi effusus est. Facta
est michi culpa mea merces rede-
mptionis, per quam michi Christus ad-
venit. Propter me Christus mortem
gustavit. Fructuosior culpa quam
innocentia. Innocentia arrogan-
tem me fecerat, culpa subiectum
reddidit. Habes igitur quibus

nullus debet gloriari de bonis operibus

lacio tibi profuit legis. Sed dicis
quia per legem superabundavit
peccatum. Sed ubi superabundavit peccatum
superabundavit et gratia. Uberior
tuus es peccato hoc. Ergo lex iam
non obest. Resurgis per gratiam,
ergo lex profuit. Hinc acquisivit
gratiam. Accepisti certam pignus
Christi caritatem. Christum qui pro te mor-
tuus est advocatum est tibi. Et
sanguinis sui mercedem resi-
gnat. Et qui peccatorem reconcilia-
t patri multo magis commendat
innocentem, et tuetur subditum
quia scivit innocuum. Tanti
igitur beneficii debitor non rependis
obsequium? Heredem te fecit,
coheredem te fecit. Heredem dei et co-
heredem Christi. Spiritum tibi adop-
tionis infudit. Numera hec
et adiunge non tam ad debitum
negocii quam ad munus acce-
pte conversationis. Coheredes su-
mus si compaciare, si commori-
are, si consepeliare cum Christo.
Suscipe passiones eius, ut
supra passiones tuas consedisse
merearis. Unde quod vel peccata
superiora donavit, ut nichil
faceret obesse quod peccasti. Vide
quo te hortatur ut admit-
tas quod accepisti. Brevis
huius laboris est meta, et eter-
na fructus. Presentium tollerabilis
passio, mercedes inestimabiles.
Doleas cum te angit cum igno-
bilitatis abiectio. Sed erit tibi
in futurum gloriosa nobilitas, et
vocationis ac fidei. Nunc census
tenuior, victus angustior. Sed

huius laboris brevis est vita

erunt tibi diuinae remuneracionis
etiam in quibus rei illius esse
non possis / Nam amissio filiorum
recipies preciosos quos susti
pias temporales / Dicetur de te / Bea
tus qui habet semen in syon
et domesticos in Ierusalem / Indigne
inquit passiones huius temporis
ad futuram gloriam que / Scriptura
illam immortalitatem putabat
videbatur corporis implicatus in-
pedimento et vigilanti in futura
tempora porrebat affectu. dicens de
persecutoribus domini qui de tribu Sy-
meon et Levi auctores erant
nequicie pessime. In consilium eorum
non veniat anima mea. et in coetu eo-
rum non contendant viscera mea.
Quis autem tam validus in virtute
quam iste fortis in infirmitate.
Qui dicebat. Maledictus furor
illorum quia superbus et temerarius. Et
illorum ira quia indurata est. Divi-
dam illos in Jacob et dispergam illos
in Israhel. Quis vero tam canorus
cantibus quam iste vocibus cui
totus auditus est mundus. qui per
omnes populos per omnes auditur etates.
Quis tam suavissime cum septem
vocum differencias eloquitur. quem
iste septemplici spiritus sancti gracia re-
sultavit. Qui licet membra reso-
lutus tamen attollens animum se et

erigens spiritu corporis sui. tamquam
cythare armoniam dissoluta
membrorum compage destructa
alta mente despiciens non re-
quirebat. sed occasum vite hym-
ni parabatur. Ipse autem cantu
se mulcebat interno et psal-
terio se modulamine delecta-
bat dicens. Iuda te laudabunt
fratres tui manus tue super dor-
sum inimicorum tuorum adora-
bunt te filii patris tui. Catu-
lus leonis Iuda ex germine mi
ascendisti. recumbens dormisti
ut leo et tamquam catulus leo-
nis. Quis excitabit illum. Et
infra. Lavabit in vino stolam
suam et in sanguine uve ana-
boladium suum. Hilares oculi
eius a vino et dentes candidio-
res lacte. Cuius cantus dulcior
cuius sonus suavior quam
remissio peccatorum et resur-
reccio mortuorum. Hunc cantum
sanctus David ille divine
organum vocis et dulci carmi-
nis interpres cythara cecinit
spirituali. Huius modulis gracie
sublimem illum animum mentemque
mulcebat. Hoc cantu mundi
istius aspera mitigavit. Hoc
sonitu seculi dura mollivit. Hec
psalteriis terrorem mortis infe-
cit. hac suavitate corda et
inferna calcavit. Sed audi-
amus eciam alia que sanctus
patriarcha Jacob cantabat il-
lo suo organo mentis incre-
puit. Neptalim vitis remis-
sa porrigens in germine suo
decorem. Filius increm am-
pliatus Joseph. filius meus am-
pliatus zelo appetitus

Filius meus filius meus
adolescentior ad me reuertere
Et infra / preualuit super ben
dictiones montium / et desid
ria collium eternorum / Cuius
singularis benedictione / cuius
premius et unitate / Et ipsa ver
ba sunt cantus / et in verbis
magna votorum sunt prima
meritorum fastigia / Cuius
suauius sancto ioseph / qui
nos liberauit ab obprobrio
cuius diuine sacramento / Sicut
enim maledictum factus est christus
ut maledictum solueret legis
et peccatum factus est / ut mundi
peccatum tolleret / Ita obprobrium
factus est / ut gentilitatis auferret
ret obprobrium / Sed illud ob
probrium christi thesauris egyp
ti pretiosius estimatum est
Et ideo apprehendes / pharaonis re
gis aulam reliquit / et fidei
elegit obprobrium / cum se obpro
brio maria diuiderent / Ipse
ergo neptalim uitis totum
remissa per mundum / ut o
mnibus populis vbertatem paterni
spiritualis infunderet / Ipse est am
pliatus hominis nomine super
omne nomen qui quam pro se o
mnibus obtulit morti / Ipse au
dit a patre ad me reuertere
loquebatur Jacob et deus
audiebatur / Ille benedicebat
et deus personabat / Dicens filio
ad me reuertere / hoc est post
passionem reuertere / reuertere
ad sedem tuam / Reuertere cum
tropheo / reuertere ad me ut

te resurgentem et fuerit sequatur
et tua potestate pariter atque ex
emplo resurgat / ut fias primo
genitus ex mortuis / ut ad dex
teram sedeas patris / Vnde et filius
dixit / Amodo videbitis filium ho
minis sedentem ad dexteram virtu
tis / Elegit quis beatum Jacob
in ipso mortis supremo qui diuina
fundebat oracula / Elegit beatum
Ioseph in carcere / ubi sapiens spiritu
interpretabatur somniorum que
audierat veritatem et futurorum se
riem reuelabat / Elegit beatum
ysaiam cum medius secaretur
hieremiam cum mergeretur / Dani
hel sanctum cum inter leones sta
ret intrepidus / et prandium ei
raptus ab angelo abacuk defer
ret / Non utique ideo beatus quia
alienum prandebat prandium
Sed quia meritis suis in pastu leo
num ora claudebat / Cuius at
nos beatam dixerit matrem ma
chabeorum / Que septem funeribus
filiorum octauam se addidit / ad
laudem celestis triumphi / Nec
te eleazare pretermittam ut pote
sacerdotem sacerdos / Sed tuus inuan
dus oratibus / qui genere sacerdos
peritus in lege maturus cum cu
oblatus esset antiocho persecu
tori / nec temptamentis potuisti
capi / nec primis inflecti / nec
suppliciorum acerbitatibus frangi
Denique a laudimentis cepit
quia iudicabat tormenta sua pos
se superari / Erubesco inquit
tantatem tuam reuereor / Sene
ctutem miror peritiam / eius ab

fruendum bonis epulis putes quod natura largitur. Relaxa istius modi pertinaciam; excogitare aliquando dum adhuc malo tibi persuadere quam extorquere, ne victus suppliciis facias quod refutas ratione invitatus. Ad hec respondit senex: Nos, Anthioche, non intentione ducimur, sed reverentia legis tenemur que a suilla carne abstinendum precepit. Pulcherrimam creaturam iudicas; negare tamen non potes quod potior sit temperantia quam voluptas, potior legis obediencia quam prevaricatio. Erudet si hoc leve putas ut carne vescamur suilla. Qui in minimis legem contempserit, quo in magnis tenebit? Aut si preciosa est creatura istius modi ut iudicas, cum eo quod sit pulcherrimum defraudamur, abstinentia aut nostra disciplina est castimonie. Discimus enim resecare luxuriam, cupiditates premere, excludere concupiscentias, delectationibus corporis obviare. Fortitudinis quoque exercicium est penis pro lege non cedere. Iusticie quoque insigne atque prudentie, ut quos sequendum elegimus timore dei morte proposita respuemus. Quis etiam imperet libere, tu ergo aut sentiendum probat. In hoc suave, sed non videbit. Non sum ita senex ut mihi non iuvenescat animi fortitudo. Suspensus itaque ab hiis atque inde graviter verberabatur, nec iam ferrent semilia membra verberum penas lassatis carnificibus atque extortoribus. In terra deflexus inflexibilem mentem gerebat. Et quidam seu longevam miseratus etatem seu temptamentis crucians veniam considerans: Unde te inquit tum modo manducare, nos te esse civem numquam prestabimus. Et ille clamans: Ne umquam contingat michi ut fiam senex incentivum iuvenilis erroris, qui huc usque etiam forma salutaris instituti. Ipse ergo ludibriis ut paululum vitam lucrabor et totius vite labores addicam breve viaticum senectutis? Senectus portus debet esse, non naufragium vite superioris. Non te negabo, patria lex; non abiurabo vos, sancta instituta maiorum; non decolorabo vos, infule sacerdotales; non te, perfidie pilleus, turpabo canicies. Et cetera multa. In moriendo tormentis factus est ceteris magisterium perseverancie, qui electis causam infirmitatis exemplum. Vide igitur in quo non potuerunt tormenta racionem vincere. An non beatus qui potuit virtute animi victor esse penarum pietatisque remigium suave integrum inter ancipites fluctibus passionum? Post ipsum statuti sunt septem pueri cum matre; insultarent licet tyranno, qui dum calli(de) a sene incipiendum putat, magistrum elegit quo discipulos faceret fortiores, quorum velut puerilem etatem premiis provocabat ad culpam, urgebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duci

a minimis

De vii pueris cum matre

respondent / Quid contempnis
vel crucias tibi vt pueros / sed
fides tanta est / sed valida di
sciplina / Experire certe subiac
quibus placet / Puerilia
viscera / non invenies corda
puerilia nec potenciores s
sunt tormentorum machine quam
legittime observacionis excubie
quecumque vicit senectus superabit
emula senectutis / puericia
Sequimur patrem filii discipuli
doctorem / Collige suppliciorum
instrumenta proposita / Meditacio
nem paciencie non terrorem
instancie adserendum videntur
Jussit maximum natu elegi / Ad
ille ridens / Recte inquit ne
ordinem fugias. Sed aut dei legem
temerandam putas / Et profecto
te quidem omnes maximi sumus
Sed tamen a me inchoatum gaudio
quod queris tirannice / Confitemur
nos summo deo servire / et doctos
quid lege debeamus / Si tu tan
ta pertinacia vis extorquere ve
ritatem. cur non omni virtute nos
eam tenendam putamus / Quid
plura adhibentur variarum ge
nera penarum / sed vicit pietas
immanitatis furorem exclu
sa est ara non religio / Secundus
accessit / fecit degener fratris
munia pie confessionis imple
vit / Et cum detraheretur membra
na capitis / Respondit / Aufer
tis quidem membranam / sed ha
beo galeam spiritualem / quam non
potestis auferre / Et vere ne
mo auferet hanc galeam
per / Sic apostolus docuit in ecclesia
domini / quia caput viri christus

est / et eius sumus membra / Recte pu
er istam divino spiritu doctrinam ap
postolicam previdebat / Exigebat
immanes bestie corium capitis / et
pardalias feritatibus seviebat
At ille deficiens / quam dulce est in
quit mori pro religione / quam sua
vis omnis acerbitas mortis pro
pietate quia manet horum remu
neracio laborum / Tua sunt rex le
viora tormenta / tu tuis vehemen
cius torqueris suppliciis / que
vides te vinci in potestate / Et
hoc desperato tiranni statim sibi iussit
Et cum eum partim temperaret in
sidiis partim cuperet terrore per
tellere / respondit ad eum / Non fa
ciam voluntatem tuam / Nec subcu
bam impio tuo / Per beatam illam
fratrum passionem / et nobilem vitam
non negabo / piam germanitatem
que vis adhibeto supplicia / quo
magis urgeas / hoc efficacius as
pirante penarum vt maiora testimo
nia mee germanitatis accipias
Jussit itaque ei linguam amputari
At ille exclamans victus es inquit
anthioce qui organum vocis ab
scidi iubes / confessus es te videlicet
non posse racioni / maioraque pro
bas lingue mee flagella. quam
tua verbera / Nos enim tua verbera
non timemus. tu nostre vocis fla
gella non potes sustinere / Sed hec
flagella pietatis sunt tua fla
gella perfidie / Sed etiam lingua
sublata gravius te suo tacens non
murmure flagellabit / Evadere
te putas / anthioce si vocem eripi
as / et tacentes deus audit / et
magis audit / Ecce operui os
meum / laxavi linguam meam
abscide linguam / sed non abscides

constanciam / Sion virtutem auferes
non racionem obliterabis / non eripi-
es testimonium veritatis non eri-
pies cordis clamorem / Si lingua
amputetur sanguis clamabit
Et dicetur tibi / vox sanguinis fratris
tui clamat ad me / audit enim
sanguinis vocem / qui audit inter-
nas cogitaciones / Tenebre lucem
operiant / et parietum septa circum-
dent / Dicat impius / quia nullus
sibi testis assistat / explorat uni-
versa / videt omnia deus / nec est
aliquod facinus / quod possit late-
re omnium iudicem / qui cognoscit uni-
versa antequam fiant / Illud verba
damus / loquacia sunt vulnera
Et si vulnera tegantur / et si ab-
scondatur cicatrix / non absconditur
fides / Licet enim plaudas quod au-
ferendo linguam / confessionem
laudis eripias / Satis iam deo
sermone laudaui / nunc passione
laudemus / Et hoc peremto iussit
quartum veniam ad rotam / ut eius
vertigine membris omnibus sol-
vetur / At ille dum torquetur
inaniter dissoluis inquit cor-
poris membra / sed adiungis gratiam
passioni / nec eripis solacium
morti / Est enim vox tonitrui
in rota quia in bono / et in of-
fenso vite istius cursu celeste
resultat oraculum / Sic in Joha-
ne et Jacobo tonitrui filiis
resultabat / Itaque illud tempore legi-
mus manifestius recognosco
quia rota intra rotam currit / nec
impeditur / Erat enim vita sine
ulla offensione in quamuis pas-

sione versatur / Et intra hec quasi
rota erit / Currit lex intra gratiam
et obseruancia legis intra dime-
tiaculum misericordie est / Sicut
quis magis voluitur plus pro-
batur / Precium est hic ab impiis
aduersa tollerare / ut ibi a deo
consolacionem a domino inuenire possimus
Et iste consumatis cruciatibus sicut ab-
rupit spiritum / aciem victor effu-
git / cumulatus cui sistitur tercio
pius eadem ignes iussit admoueri
subici incendia / Anhelabat e
vulneribus cruor et effossis
visceribus sanguis effusus in-
fusis flammis extinguebat quo-
bus / At ille inter ignium cre-
pitus audiebatur dicens / Gratias
tibi domine quod dedisti nobis dicere
Transiuimus per ignem / Et sicut
alibi idem dicit tuus propheta / Igne
nos examinasti sicut igne ex-
aminatur argentum / Astabo et
sicut aurum purgatus in medio
Et si quid fuit culpe ignis
exussit / Itaque et iste transfiguratus
a corruptela ad incorruptionem
vitam exaltauit / Sexto quoque ad-
mota sibi tormenta / Ad ille in-
quit / Frustra erratis et tuum
hoc ascribere potestati quod ista
aduersum nos exerceatis / Nostrorum
hoc delictorum est precium ut pec-
cantes puniamur / Et gratias do-
mino quod hic a nobis supplicia pec-
cata exigitur / ut ibi nobis con-
solacio deferatur / Dicas ad et
tibi propter tam dura et immites
es / ut a tribus meis supplicium
dominus in quem peccauimus / Conspi-
ente propicius fiat / Nos quoque
abhellamus erumpnam dum fidei
passionibus delectamur / Et

iste duris atque asperis dilace-
ratus suppliciis appositus est
ad fratres suos. Superat minor ce-
teris fratribus et iam pudebat Anti-
ochum in mature etati ita se fuis-
se ludibrio. Itaque dolis eum se-
ducrans cum iureiurando pollicebatur
honores divitias amicitiam
suam consortium secretorum. At
vero pia mater movebat fi-
lium dicens et hortans. Sic certe
nescio quemadmodum introistis
in uterum meum. Neque ego dona-
vi vobis spiritum neque membra for-
mavi. Sed hec omnipotentis
dei munera sunt, putavit. An-
tiochus in dolis matrem sollici-
tam, quod saluti eius timeret,
ipsi quoque suadere cepit ut filium
ab intentione revocaret. At
illa voce patria clamabat fi-
lio. Tu solus fili super es sti-
ma votorum meorum. Tu postre-
mus clausisti partus meos.
Tu postremus conclude gau-
dia mea. Miserere mei que
te in utero tot mensium cur-
ricula portavi ut uno momen-
to confundas senectutem mea-
me ne dolores tot fratrum ~~tuorum~~
tuorum trophea. Ne sacrorum cetum
comitatum relinquas. Ne con-
sortium deseras. Te adhuc isti
expectant triumphi. Aspice
in celum unde hausisti spiritum
ad patrem omnium. Aspice in terram
que tibi ante alimoniam ministra-
vit. Aspice ad fratres qui collegam
requirunt. Aspice ad matrem
que tibi lac dedit. Redde mer-
cedem pii sanguinis. Noli a fratribus
noli a matre divelli. Tempora-
les opes sunt quas promittit An-
tiochus temporales honores. Perpetua
corona que a deo omnipotenti de-
fertur. Vos in septem dierum lumi-
na deus dedit. Septimum iam diem
clausi et omnia opera bona vidi.
Dulcis mi fili ut que in illius sex
laboravi in te requiescam septimo
tamquam a suis iam opibus feria-
ta. Itaque despiciens cruciamina a-
it. Ocius sustinetis. Et multa
vociferans ut nequaquam divelli pos-
set a fratrum consortiis quorum multo
beatiora essent funera quam re-
gis impia. Cum urgueret con-
viciis regem et ipse atrocius excru-
ciatus tormentorum generibus vite
huius munus absolvit. Novissima
mater oblata est neci. Quis hanc
beatam neget que quasi septem vel-
lata muneribus inter corpora
filiorum nullam sensit mortem me-
sium. Cuius vinculas de eius du-
bitet beatitudine. Que septem
turribus circumdata in paradysi sede
caput extulit. Que septem filiis
cincta sacratissimo deo quorum
non solum canoribus vocibus sed
eadem passionibus ad commendandas
domini laudes celestibus inseruit
altaribus. Quam bonus fidei
partus. Quam tutus portus iste
pietatis. Quam splendida lucerna
castitatis septeno fulgens lumine
que octavo utero cunctis oleum
luminibus subministrans. De quibus
pulchre dicitur. Date partem illis
septem et illis quidem octo. Conse-
in utroque mundo consortium gratie
consequantur. Sub lege nutriti

per graciam coronati | Septem tam
quam in sabbato | octo tamquam in e-
vangelio | pia mater supplemento
passionis adiuncta | que in singulis
filiis integram pietatis formam
et parturivit et peperit | Recor-
runt in memoriam sermones sancte
femine dicentis ad filios | Ego vos
genui | ego vobis succum lactis
infudi | nolite parvam nobilitatem
predere | Sic alie matres revoca-
re a martirio filios solent
non vocare | At ista in hoc ma-
ternum ponebat affectum | si filios
pietatis magis perpetuam quam tempora-
lem sanaret | Spectabat itaque
pia mater filiorum certamina | Cuius
ius materno viscera compassi-
one quaterentur pietatis studio
premebat dolorem | et offensa | an-
xioque cum posset salutem eligere
filiorum malebat periculum | compas-
sis quam nate gemitibus | penas
filiis optabat augeri | ut mors
citius appropinquaret | videmus
diversa vota matris in filios
neutrum superstitem relinqueret
quam omnes pie tollerent mortis ac-
quireret | Sed nec filii mino-
res tali parente | cum se invi-
cem cohortabantur qui dice-
bant uno studio | et quadam ani-
morum acie mortis adverse im-
petum porteramus | Tunc enim
vincemus cum fuerimus mortui
| Nemo pietatis ordinem relin-
quat | nemo se subtrahat pre-
lio triumphali | Non homini sed
deo nostras animas devovimus
non homini sed auctori omnium mi-
litamus | Talis hec pugna

est | ut ille gloriosius vince-
ret qui crudelius fuerit oc-
cisus | Itaque nemo timuit
nemo trepidavit | Nullus ex
tot fratribus ad mortem pigri-
ior fuit | sed omnes tamquam
ad immortalitatis viam ita
ad mortem per acerba sup-
plicia cucurrerunt | ut mater
corona cernens filiorum ag-
mina tamquam pia anima sua
membra corpore in filiis
[struck] offerebat | et aut
proprios videbatur sibi subici
tormenta | cadebant filii tor-
mentis excruciati | mortui
super mortuos advolvebantur
corpora super corpora voluta-
bantur | capita super capita
et secabantur | Refertus lo-
cus erat cadaveribus filio-
rum | Non flevit mater non
lamentata est | non oculos
cuiusquam pressit | aut morien-
tis non lavit vulnera
sciens gloriosiores esse si
cruentati | et conterti pulve-
re pulvere et sanguine vide-
rentur | quales solent de
bello redire victores quali-
a solent trophea et ho-
stibus reportare | Non sup-
lacerata velamina | non persequen-
dus exequias | nisi hic est
comitatu mortis celebrata
est | que cithera dulcedo
esset cantus quam morien-
tes filii pietatis gravibus
suppliciis ediderunt | Erumpe-
bat enim nature gemitibus
et minus expectatores per

ordinem peremptorum cadavera. sicut fila cordarum audiuntur septem cordarum psalterium triumphalibus gemitibus resultare. Non sic illecebrosi illi ut aiunt cantus sirenum trahebant audientes. Illi enim ad naufragium trahebant isti ad salutiferam victoriam. Nec sic cygnea carmina aures amicorum mulceret dignis cum nature sorte moriuntur isti moriebantur amore pietatis. Non sic rauca resonet in secreto nemore columbarum murmura. ut ultima verba morientium cum summa suavitate resonabant. Nec sic inter stellas luna refulget ut inter filios mater et auctores ad martyrium illuminatura adducere refulgebat et cum amplexa victores iaceret in medio filiorum. O vera mater ad amandum fortior melle dulcior flore flagrantior. O indissolubile pietatis vinculum. O vere valida caritas sicut mors dura. Sicut inferni zelus devocionis ac fidei nulla tantarum diluvia passionum tuam potuerunt caritatem extinguere. nulla undarum flumina tantarum acerbitatum. Sicut archa in illo mundi diluvio totius orbis spaciis innocua ferebatur ita et tu adversus fluctus tam gravium passionum pietatis immobilis restitisti. Et cum posses salutem filiorum eligere voluisti eos affectu prosequi vos sancte matris pia pignora quam incolumes superstes destitutam ~~forme~~ forme vestire et animarum similitudinem. Stetisti inter lacerata corpora quibus totus fuit orbis terrarum subactus. Et vos India quoque in extremis maris secreta refugiens declinavit et soli de rege superbo sine bellico conflictu victoriam reportastis. Vicerunt in vobis sola arma pietatis. Cessit penas tirannus. Et quia vos non potuit vincere. et quia atroci peremptus est morte.

Finit de Jacob et vita beata

Incipit de Joseph sancto patriarcha liber septimus



Sanctorum vita ceteris norma vivendi est. Ideo quia digestam plenius accepimus seriem scripturarum. ut dum Abraham Isaac et Jacob ceterosque iustos legendo cognoscimus velut quedam nobis innocentie tramitem virtute eorum reseratum imitantibus vestigiis persequamur. De quibus michi cum

frequens tractatus fuit. Hodie sancti Joseph historia occurrit. In quo cum plurima fuerint genera virtutum, precipue insigne effulsit castimonie. Iustum est igitur ut cum in Abraham didiceritis impigram fidei devotionem, in Isaac sincere mentis puritatem, in Jacob singularem animi laborumque pacienciam, ex illa generalitate virtutum in ipsas species disciplinarum intendatis animum. Nam licet illa diffusiora, tamen ista expressiora sunt, quoque frequencius arcius temptantur, quo magis circumscripta ac determinata sunt. Sit igitur nobis propositus sanctus Joseph tamquam speculum castitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, et quidam splendet castimonie comes auctor gratie. Unde eciam a parentibus plus quam ceteri filii diligebatur. Sed

gratia haec res invidie fuit, quod silencio non fuit pretereundum; hinc enim argumentum tocius historie processit. Simul ut cognoscamus perfectum virum non moveri vel distendi dolore iniurie, nec malorum rependere vicem. Unde et David ait: Si reddidi retribuentibus michi mala. Quid autem esset quod prae ceteris Joseph mereretur ceteris, si aut lesentes lesisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim plerique faciunt. Sed illud mirabile si diligas inimicum, quod Salvator docet. Iure ergo mirandus qui hoc fecit ante evangelium, ut lesus parceret, appetitus ignosceret, venditus non referret

iniuriam, sed gratiam pro contumelia solveret. Quod post evangelium omnes didicimus, et servare non possumus. Discamus ergo et sanctorum invidiam, ut imitemur pacienciam, et cognoscamus illos non nature prestancioris fuisse, sed observancioris, nec vicia nescisse, sed emendasse. Quod si invidia et sanctos adussit, quanto magis cavendum ne inflammet peccatores. Discimus igitur qualis esse debeat affectus parentum filiorum, quod amare liberos dulce, et impensius amare produlce. Sed frequenter amor ipse patrius, nisi moderacionem teneat, nocet liberis, si aut nimia indulgencia dilectum resolvat, aut prelacione unius ceteros ab affectu germanitatis avertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum acquiritur amor. Hec est preclarior munificencia parentum, hec dicior hereditas filiorum. Iungat liberos equalis gratia, quos vinxit equalis natura. Luceat pietas, nesciat prelacionem, in quo pietatis dispendium est. Quid miraris si propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Jacob sancti filios invidia exarsit? Quid ergo? Reprehendimus Jacob quia preferebat unum ceteris? Sed nec libertatem possumus auferre parentibus, ut eos plus diligant quos plus credant mereri, nec filiis

parentes in prelacione [illegible] libertate unum preferendi alium

de sompnis ioseph et eius fratribus

rescitare debemus studium ple
placendi / Denique et iacob illum
plus amabat in quo maiora
uirtutum insignia preuidebat / ut
non tam pater filium pretulisse
uideatur / quam propheta miste
rium / Meritoque uariam tuni
cam fecit ei / quo significa
ret eum diuersarum uirtutum amictu
fratribus preferendum / Denique
in puero adhuc refulsit
diuina gratia / Siquidem sompniauit
quod cum alligarent ut sibi
uideretur pariter manipulos
cum fratribus suis surrexit
manipulus eius et stetit
erectus / Conuersi autem fratrum ma
nipuli adorabant manipulum
suum / In quo utique domini ihesu
futura resurrectio reuelata est
quem et iherosolimis cum ui
disset undecim adorauere di
scipuli / et omnes sancti cum
surrexerint adorabunt / fructum
bonorum operum preferentes sicut
scriptum est. Venientes autem ve
nient cum exultatione porta
tes manipulos suos / Unde et
fratres / licet sompnii fidem per
inuidiam derogarent interpre
tationem / tamen eius propriis sermoni
bus exprimentes responderunt
ei Numquid regnando regnatu
rus es nobis / aut dominan
do dominaturus es nobis / Re
gem uenturum visio illa signa
bat / quem omnis caro huma
nam inflexo adoraret ge
nu / Vidit autem aliud sompni
um / et narrauit illud patri
suo / et fratribus suis / quod
sol et luna / et undecim

stelle adorarent eum / Unde obiurgat
illum pater eius dicens / Quid ergo
erit hoc uisum quod sompniasti num
quid uenientes ego et mater
tua / et fratres tui adorabimus te
super terram / Quis est ille quem pa
rentes et fratres adorauerint su
per terram / nisi christus ihesus quem
et ioseph et maria cum disci
pulis adorabant / Verum uere in
illo corpore constitutos. De quo so
lo dictum est. laudate eum
sol et luna / laudate eum omnes
stelle et lumen / Obiurgatio
enim patris quid significat nisi
duritiam populi israel / Ex quibus
christus secundum carnem quem hodie
deum esse non credunt / nec uo
lunt adorare quem dominum / quem esse
natum esse cognoscunt / Audiret
itaque responsa eius / sed non in
telligunt loqui ipsi quod cum
sol et luna laudent / sed nolunt
credere dictum esse de christo / Itaque
iacob typico fallitur alieno
sed suo timore non fallitur
pietas in eo paterna non cre
debat / sed caritate plebis affectu
exprimitur / Nam quomodo tanto somp
nio patriarcha non crederet
qui utique pariter genuino prophe
tabat oraculo / ut et personam
uisa representaret et populi quod
dei filius uenturus esset in terras
qui et diligeretur / et necaretur
a perfidis / Videbat igitur future
incarnationis misteria qui
filium mittebat ad fratres / ut ui
deret si recte sunt oues eorum
oues in illo idem tunc patriar
che studio requirebat / nisi

de christi natiuitate

cas de quibus ipse dominus ihesus i
terra dixit Non veni nisi ado
ues perditas domus israel Et mi
sit inquit in Sichem quod interpre
tacione dicitur humerus siue
dorsum hoc est ad eos qui non
conuertentur ad dominum sed fu
gientes a facie eius se auer
terent quod est proprie peccatorum
Exiit enim caym a facie dei et
propheta dicit pones eos dorsum
Iustus autem non se auertit a domino
sed occurrit dicens Oculi mei semper
ad dominum Et ysaias dicenti domino
quem mittam sponte se obtulit
dicens Ecce ego Et Symeon
expectauit responsum domini Et post
ea quam vidit qui venisset deus
peccatorum et totius mundi pre
sidebat redemptorem qui leuatum
a peccato poposcit vsu carnis
huius absolui dicens Nunc di
mittis domine seruum tuum quia
viderunt oculi mei salutare tuum
Et zacheus huic primum sue pro
gaturus commendacionis inuenit
quod in arborem vt xpm videret
ascendit Ergo Joseph a patre est
missus ad fratres ab illo magis
patre qui proprio filio non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit illum
Ab illo patre de quo scriptum est
Deus filium suum mittens in si
militudinem carnis peccati Et
errabat inquit Joseph quia fratres
suos inuenire non poterat Non
inmerito errabat qui querebat
erraticos Eos enim agnoscit deus
qui sunt ipsius Denique et ihesus
fatigatus ex itinere sedebat supra
puteum fatigabatur quia non in
veniebat dei populum quem querebat

Exciciat enim a facie domini tam
enim culpam sequitur exit a
xpo peccator exit iniustus
intrat Denique adam se pec
cator abscondit Justus autem
dicit Intret oracio mea in con
spectu tuo Inuenit autem fratres
suos Joseph in dothaym quod
significat defectionem Ubi enim
nisi in defectione qui
deum deserit Recte inuentis i de
ficiebat qui non audiebat
dicentem Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati e
stis et ego vos reficiam Ve
nit ergo Joseph in dothaim
et prouiderunt eum de longe
venientem antequam appropiaret ad
illos et inseuiebat vt oc
ciderent eum Hec erant lege ce
rant qui erat in defectione
et ideo inseuiebat quia ihesus
non appropiauerat populus nam
si appropiasset hiesus ipsius
xpi fratrem vtique dilexisset
Sed fratres esse non poterant
qui parricidium cogitabant
Ecce inquit sompniator il
le venit Nunc ergo venite oc
cidamus eum irrisione hec verba
dicebat qui de parricidali
sacrilegio cogitabat Sicut
Salomon de impiis ait Tol
lamus iustum quia inutilis
est nobis Et addiderunt in
genere Et videbimus quid
erunt sompnia illius Hoc
scriptum est de Joseph com
pletum est de xpo quem iudei
in eius passione dicebant

Si rex Israel est descendat nunc
de cruce et credimus ei. Confidit
in deum; liberet nunc eum si vult.
Numquid et ipsi fratres tam impii
ut fratrem occiderent. Et un-
de tantorum merita patriarcha-
rum ut lex totius plebis
eorum vocabulis designaret.
Quo convenit pietatis no-
mina et sceleris insignia?
Sed cum iniusti typum po-
puli non animi sui vitio la-
borabant. Inde huius invi-
dia inde parricidii meditatio.
Invidia per figuram, pietas per
affectum. Denique Ruben et
Iudas germanitatis pia iu-
ra servantes, de manibus ceterorum eu
eum liberare cupiebat; aperi-
toque Judas paterna benedictione
profertur cum dicatur ei: adora-
bunt te filii patris tui. Ca-
tulus leonis Iuda, et ipse
expectatio gentium. Cuius va-
que soli convenit Christo, cui re-
positum fuit ut adoraretur
a fratribus et expectaretur
a gentibus. Lavaret in vino
stolam suam, sanguinis corpo-
ris passione, quia carnem
suam nulla peccati labe
maculavit. Aser quoque non
utique sibi convenire credebat.
Aser pinguis est panis
et ipse aser cum principibus.
Cuius vero ipse Joseph cui
dictum est: filius ampliandus
meus Joseph, filius ampliam-
dus meus, zelatus filius

meus, filius meus adolescen-
tior ad me revertere. In quem
consilium consentientes maledicebat
in quo benedictio praevaluit super
benedictiones montium manenti-
um et desideria collium eter-
norum. Quem significari ipse
intelligebat nisi illum qui omnium
merita supereminens super omnia
desideria sanctorum immense
tenet apicem potestatis, quem no-
to nullus equaret. Compensa-
to in patriarchis invidia per
gratiam qui et excusantur a cul-
pa et revelationis munere
consecrantur. Rationem tam
culpabile est invenisse que ple-
bis sunt quam beatum vidisse
que Christi sunt. Subierunt perso-
nam peccatorum ipsi ut accipe-
rent gratiam dei redemptoris ter-
re culpam abolevit gratia, gratiam
culpa non minuit. Et ut agno-
scamus omne hoc de ipso et
domino Iesu esse misterium. Veni-
te inquit vendamus Joseph
Ismahelitis. Cuius interpreta-
tionis licet nam Joseph non quem
divinam gratiam significet et
expressionem dei filium. Cuius igitur
venditur nisi ille qui cum in
forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem
deo sed semetipsum exinanivit
formam servi accipiens. Sicque
cum nos cum emissemus, nisi
vendidisset sui. Tale pre-
cium dederunt, precium emerunt. Ven-
diderunt negociatoribus boni

doris. emerunt a proditoribus
vendidit enim iudas. emerunt Ys
mahelite qui significantur lati
na interpretatione. eius habentes
xpistum sunt quo alibi viginti alibi
viginti et quinque aureis alibi xxx
inveniemus emptum Joseph. quia
non omnibus unius estimatione pre
valet xpistus. alius minus alius
amplius. fidelis emptis interme
tum est mercatis religiosiori pre
ciosior dominus peccatori preciosior
est redemptor pluris et illi va
let plus qui plus habet gratie. Scili
cet cui multa donata sunt
pluris valet quia cui plus re
missum est plus diligit. Sic
ipse dominus in evangelio pronun
ciavit de illa muliere que super
eius pedes effudit unguentum
et lacrimis lavit et capillis su
is tersit et osculis siccavit.
De quo ait ad Symeonem. propter
quod dico tibi. Remissa sunt ei
peccata eius multa quoniam dile
xit multum. Cui autem minus di
mittitur minus diligit. Interdum
diversitatis precii non solum quantita
tis habet sed etiam numeri et
passionem. Sicut habes de unguen
to quod ad sepeliendum se dominus
fusum esse memoravit. septua
ginta iudei potuit hoc venum
dari amplius trecentis denariis. Quo nume
ro non quantitas sed significatio ex
primitur expressa. ita hic quod diu
ersitas vel xxx vel triginta aure
orum vel argenteorum habet vel
geminate vel determinate perfectionis
indicium. Nam xxv aurei iubi
lei qui est remissionis annus
significant preciosissimam portio
nem hic est ut dominice figuram
passionis advertas ait ydeus.

i. explicate

patriarcha. Tractamus Joseph
Ysmahelite manus autem
nostre non sunt inquinate super
eum. et bene superius dixerat
ajamus aut nolite inferre
illi quod iudei in dominum passio
ne dixerunt. Nobis non licet
interficere quemquam ut sermo
ihesu impleretur significans
qua morte moriturus esset.
Jam tunc ergo clamis future passi
figurabatur insigne. Simul
et quod exutus est tunicam
idest carnem quam assumpsit
exutus est decorarum diversi
tate virtutum. Ergo tunica que
idest caro non divinitas cru
entata est et indumentum
ei carnis non immortalitatem
vite auferre potuerunt.
hanc tunicam iudaice bestie
cruentaverunt illa de quibus dicit.
Ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Quod
autem lacus siccus erat. quid
mirum si iudeorum lacus aquam
non habet qui dereliquerunt fontem
aque vive et fecerunt sibi
lacus contritos. et ut scias
verum hoc esse misterium. ipse
de se dominus ait. posuerunt
me in lacu inferiori in te
nebrosis. et in umbra mor
tis. Illi igitur emunt xpistum qui
bonos odores deferunt
tymiamata quo adolent alta
ria pie mentis. Unde et da
vid propheta ait lxx. [illegible] (dirigatur)
[illegible] (oratio) (mea) (sicut)
[illegible]
Resina quoque qua marmora
confracta sociantur est resina

spiritualis que fracturas anime
tue solidet. et divulsa co-
nectet. et soluta constringat
hec enim resina spiritualis cor-
roborat. et quevis commiu-
ta anime membra componit ut
sine offensione solidetur
Denique iheremias hanc
querit resinam ut babilo-
niam curet sanare si pos-
sit dicens Accipiet resinam
corruptioni eius si quo
sanabitur. Curavimus babi-
loniam et sanata non est
non est sanata sinagoga
quia resina ista migravit
ad ecclesiam de co et galaad
veniebant negociatores
hoc est de possessione vel
incolatu testimonii mercedes
suas ad ecclesiam differentes
ut gentium peccata resina ita
curaret. de quibus dicitur co-
nvalescite manus dissolute
et genua dissoluta. Sic ecclesia
sinceram hanc adhibebat
petrus cum diceret claudo In
nomine ihesu nazareni surge et
ambula. merito quia surrexit
et ambulavit. hanc habe-
bat cum diceret paralitico Enea
sanat te dominus ihesus surge
et sterne tibi. et surrexit
et stravit sibi. hanc habe-
bat cum diceret mortue
Surge in nomine domini ihesu. et
defuncta surrexit. huius
resine temperamento lapides
illi de quibus potens est deus
resuscitare filios abrahe
hec compaginatur. huius

resine medicamento claudus
erigitur paraliticus reforma-
tur. mortua resuscitatur. Il-
lud quoque quod hedi sanguine res-
perserunt tunicam eius. videtur
significare. quod cum falsis testimo-
niis appetentes invidiam deduxere
peccati. omnium peccata dona-
tem. Nobis agnus est occisus
est quibus abstulit peccata
mundi illis quorum hedulis aeter-
navit errores. Scutica annu-
lavit. Denique ait Implete me-
suram patrum vestrorum. Meritoque
Jacob posteritatis sue deplorans
dispendia. qui patrem filium flebat
amissum. hic populum lugebat in-
teritum vestrorum. Denique scidit
eciam vestimentum suum. quod in
passione domini ihesu factum legi-
mus. a principe sacerdotum. ideo
esset non privata persona. sed
publicum munus officiali. et velum
templi scissum est. ut prophana-
ta misteria nudatum populum sa-
lutaribus indumentis divi-
sum. regnum talibus manife-
staretur insignibus destruen-
dum. Omne regnum
divisum facile destruetur
et vere divisum. quando id quod
erat christi cepit esse eciam diaboli.
Neque enim poterat indivisum ma-
nere. qui a patre filium separabat
Venditus est quod ioseph. et
ductus in egiptum. emptus
a preposito coquorum. Non otiosa
persona que curam abere co-
quinet ut epularetur animi
fidei suavitate. Nullus enim
tibus sciencia et doctrina dulcior

Nullus cibus sua-
vior est divina sciencia

erat ante in egipto cruda perfidia
quam nullus divine cognitionis
ardor et vere sciencie cupiditas
ulla mollierat. Non eloquia do
mini ignita decoxerant. Venditus
est autem Joseph in Egipto, quia
christus venturus erat ad eos, quibus
dictum est: peccatis vestris venditi
estis. Et ideo suo sanguine rede
mit quos propria peccata vendiderat.
Sed venditus christus condicionis
susceptione, non culpe peccati precio,
vero tenetur, quia peccatum ipse non
fecit. Precio igitur nostrum debitum
non sui acceptum contraxit, cirogra
phum sustulit, feneratorem re
~~movit~~ movit, exuit debitorem.
Unus exsolvit quod ab omnibus
debebatur. Non licebat nobis exi
re servicio; suscepit hoc ille pro no
bis ut servitutem mundi repelleret,
libertatem paradisi restitueret,
graciam novam consorcii sui hono
re donaret. Hoc de mysterio.
Ceterum quod ad moralem pertinet
locum, quia omnes vult salvos fieri
dominus deus noster, dedit per Joseph
eciam hiis qui sunt in servitute
solacium, attribuit magisterium,
ut discerent eciam in ultima con
dicione posse mores esse superio
res, nec ullum statum immunem
esse virtutis, si animus se unic
uique cognoscat, carnem ser
vituti subditam esse, non men
tem, multosque servulos esse do
minis liberiores, si in servitu
te positi a servilibus putent operi
bus abstinendum. Servile est
omne peccatum, libera est innocen
cia. Unde et dominus ait: omnis qui
facit peccatum servus est peccati. Quomodo
enim non servus avarus, qui pro
exiguo pecunie lucello seipsum

auctionatur? Timet enim ne omnia
ne congesta amittat, qui
non vindicat congessit, maio
re periculo servatur quo ma
iora quesivit. Quomodo non me
dicus cui sunt parva que
possidet? Nam et si in divites
numeratur, sibi eget. Nec te
stimoniis sua voto solatur,
qui quod optat nescit excedere.
Quomodo autem non et ille servus
qui subditus libidini est? Pri
mum suis ardet incendiis et
pectoris sui facibus exuritur
tribus. Recte dicit propheta:
Ambulate in lumine ignis ve
stri et in flamma quam accen
distis. Suscipit omnis metus,
insidiatur somno singulorum
ut unius cupiditate potia
tur, fit servus omnium. Servit igitur
ac misera quidem servitute
qui ipse sibi dominos facit, ipse
vult habere quos timeat. Nulla
enim tam specialis servitutis
est quam ipsa timere. Ille vero
in qua fuerit condicione servi
tii semper liber, qui amore
non capitur, avaricie vincu
lis non tenetur, metu criminis
non alligatur, qui securus
spectat presencia, quem futura
non terrent. Nonne tibi videtur
iste in servitute dominari,
ille autem in libertate servire?
Serviebat Joseph, regna
bat pharao. Beacior huius
servitus quam regnum illius. De
nique tota egiptus collapsa
esset fame nisi regnum
suum consilio servuli subdidis
set. Habent igitur unde glo
rientur originales servuli.

Pulcre de Ioseph servis et dominis

serviunt et Joseph. Habent
unde se consolentur qui ex
libertate in servitute aliqua
necessitate venerunt. Habent
quod imitentur, ut discant
conditionem se mutare posse
non mores; esse et inter
nulis libertatem, et in servi
tute constantiam. Habent spe
ciem domini per servulos bonos
sperent. Abraham filio per
vernaculum invenit uxorem.
Benedixit dominus domum egyp
tii propter Joseph, et facta
est benedictio domini in toto
censu eius, et in domo et
in agris. Et tradidit inquit
omnia quecumque erant illi in
manus Joseph. Advertimus
quod ea que domini gubernare
non poterant servuli guber
narunt. Sed quid de privata
domo dispositiones eius
servuli astruam, qui rexit
imperium; plus tamen est quod
ipse ante se rexit. Et cum
esset decorus aspectu et
speciosus facie valde venu
statem sui vultus non adali
enam derivavit iniuriam
sed ad suam servavit gratiam,
hoc se pulchriorem ratus
si non dispendio castitatis
sed cultu pudoris speciosior
haberetur. Illum esse verum
decorem qui non alienos o
culos caperet nec fragi
les mentes vulneraret sed
iudicia aquireret universorum frau
di nulli futurum. Alidi sibi
lam si qua petulantibus aspe
xit oculis, illius crimen

salvus est que male vidit, non
huius qui male se nollet videri
nec in eo quod visus est cul
pa est. Non erat in potesta
te servuli ut non videretur. Ma
ritus debuit cavere uxoris o
culos. Sed ille nichil timebat
de coniuge, arbitrabatur iste
testimonium esse castimonie
non remissionem incurie. Di
stant tamen viri cavere etiam
baulos feminarum. Adamantur
et qui nolunt amari. Denique
adamatus est Joseph qui a
mantem contempsit, et bene
excusavit eum scriptura dicens:
Iniecit oculos uxor domini eius
in Joseph. Hoc est non iste se
ostentavit nec cepit incau
tam, sed illa recia sua misit
et in indagine sui capta est. La
queos suos sparsit et suis
hesit vinculis. Dixit autem
illi: Dormi mecum. Prima ad
ultere oculorum tela sunt, secunda
verborum. Sed qui non capitur oculis
potest verbis resistere. Suppetit
defensio ubi adhuc liber
affectus est. Ideo scriptum est
quod ille noluit. Primum igitur
mentis congressione superat
taque scuto animi irruentem
repellens. Deinde sermonem
tamquam hastam vibravit, ut
se illa revocaret, et dixit
uxori domini sui: Recte uxor
domini non ipsa domina dicitur que non
potuit extorquere quod voluit
imperare. Nam quo domina que
dominandi non habebat effectum
que disciplinam dominam

De adultera uxore regis Egipti

Domine non tenebat / que similis libidinis incentiva prestabat / Ille dominus qui amatis non excepit faces / qui lenocinantis vincula non sensit / quem nulla mortis formido perterruit / qui maluit liber criminis mori / quam potestate criminose eligere consorcium / Ille liber qui turpe credidit vicem gratie non referre / Denique non ut meticulosus excusat / nec tamquam periculi timidus cavet / Sed tamquam beneficii herilis et innocentie sue arbiter / fugit crimen ingrati / peccatique labem et culpe contagium / quam iniustus horrescit / Terat spiritalium adultera interpellandi assiduitate vibrabat / Sed Joseph non audiebat eam / Habet post pa petulans est libido / nec habet quod vereatur adultera / que dispendia pudoris prima non doluit insidiatur ut capiat / Denique officii sui et commissi muneris ingressum gratia remotis arbitris ac domesticis apprehendit eum dicens / Dormi mecum / Excusatur scripture testimonio Joseph / quia commissum a domino deserere nequibat obsequium / Non enim satis est quod securus sui dominus / in tecta eius qui capi non posset ingressus est Justus debuit providere ne furenti copiam daret et eius illa peccato periret / Sed quia adversari sibi dominum suum videbat uxorem neglecti officii etiam a domino talie debebat offensam / Simul adhuc simplicis non comprehensionis putabat audaciam / Excusatur quod ingressus est / predicatur quod elapsus est / Fecit pluries vestimenta corporis quam animi castimoniam / Reliquit tamen non sua que adultera suis manibus detinebat / et aliena indicavit que tactu impudicicie / potuerat comprehendi / Magnus plane vir qui venditus / servile tamen nescivit ingenium / adamatus non redamavit / rogatus non acquievit / comprehensus aufugit / Cui cum ab uxore domini comprehenderetur teneri veste potuit / non potuit animo capi / ac ne ipsa quidem verba diu passus contagium iudicavit / si diutius moraretur ne per manus adultere libidinis incentiva transirent / Itaque vestem exuit / crimen excussit et relictis quibus tenebatur exuviis / Spoliatus quidem / sed non nudus aufugit qui erat tectior indumento pudoris / Non est enim nudus nisi quem culpa nudavit / Denique in superioribus habemus / quod Adam postea quam dei mandatum prevaricatione deseruit / et peccati gravius acra contraxit / Nudus erat vir et ipse ait vocem tuam audivi in paradiso et timui quia

nudus sum et abscondi me. Intellexit enim esse se nudum qui infulas divine protectionis amiserat. Et ideo latebat quia vestem fidei non habebat quam utique prevaricando deposuit. Magnam rem videte. Ille nudus erat qui tunicam non amisit? Iste nudus non erat qui vestimentis se exuit que in manibus adultere dereliquit. Eadem scriptura illum nudum asseruit, hunc abnuit. Et ideo iste exspoliavit se potius quam nudavit qui incorrupta virtutum vestimenta servabat. Exspolians se veterem hominem cum actibus suis ut indueret novum qui secundum ymaginem creatoris in agnitione renovatur. Ille autem nudus remansit qui se iterum vestire non potuit singulari spolio virtutis exutus. Unde et pelliciam accepit tunicam quia peccator habere non poterat spiritualem. Reliquit igitur vestimenta Joseph et nudavit adultere impudenciam que posita latere non potuit. Denique exivit foras et ipsa adulterii sui temptamenta vulgavit exclamans vocem suam eo quod relictis vestibus hebreus aufugerit. Spargit quod debuerat celare, prodebat ut composito crimine lederet innocentem. Iustus autem accusare non novit. Et ideo impune hoc impudica faciebat. Illam igitur vere exutam

dixerim, que aliena vestimenta servatur que omnia amiserat velamina castitatis. Illum satis ornatum satis defensum cuius vox non audiebatur et innocencia loquebatur. Sic Susanna postea dum tacet in iudicio melius est locuta oraculo. Et ideo prophete meruit defensionem que proprie vocis non quesivit auxilium. Illum quoque beatiorem dixerim cum in carcerem mittitur quia subibat pro castitate martirium. Bonum enim munus pudicicia sed minoris meriti cum periculi liber est. Ubi vero eciam salutis periculo defenditur ibi plenius coronatur. Inaudita causa inexplorata fide veri tamquam reus criminis in carcerem Joseph mittitur. Sed cum Dominus nec in carcere deserebat. Non turbentur innocentes cum falsis criminibus appetuntur, cum oppressa iusticia truditur in carcerem. Visitat Deus etiam in carcere suos. Et ideo ibi plus est auxilii ubi plus est periculi. Sed quid mirum si visitat Christus in carcere positos qui ipsum se in suis in carcere clausum esse memoravit. Sicut habes scriptum: In carcere eram et non venistis ad me. Quo non penetrat divina misericordia? Invenit Joseph huiusmodi graciam ut qui fuerat clausus in carcere ipse potius carceris claustra servaret. Cedit munere clavicularius inclusos omnes in potestate eius committeret. Ita ut non solum Joseph carcerem non senciebat sed eciam

pudicitia bonum munus est

alios quoque carceris levabat erumna
Huius igitur iniurie auctor mu
lier et spadones fuerunt. Sed mulier
Egiptiorum que pectoris cui viris
spoliata misceret sermones lacesse
re verecundos refugientes insce
qui pudentes perurgere. cum vicia
sua non posset defendere innoxi
us criminabatur. perfidiam insi
stens perfidie. aliena tenens et
illos ipsa condempnans. modum
nullum ponens furori. Que enim
causa crudelitatis nisi quod cupidi
tatibus suis obsisti videbat
et desideria sua vetita assen
sione fraudari. En propter quod
aperitur carcer. ut suscipiat in
nocentes. solvatur cathene re
is. ut imponantur fidelibus. Dimit
tuntur veritate adulteri. ut in
cludatur qui adulterium fidei
recusavit. De istis vero spadoni
bus quid dicam. qui exemplo
debent esse spadonibus ceteris
quod status eorum fragilis et
tenuis. et in voluntate regia
spes omnis. quibus levis offen
sa summum periculum sit. Sed de
linquit ras vile ministerium gla
bratur. alter quod esset vini pre
positus alter quod pistorum. utrum
offendit missique in carcerem. et
commendati sancto Joseph ab ipso
carceris clauiculario. cum essent
illic dies complures. viderunt
sompnium. et cum revisisset eos
Joseph tristes reperatos quoniam animum
offendit quod viderant sompno
cuius interpretem non invenirent.
Nonne per deum inquit interpretacio
sompnii est. narrate ergo michi
et narravit prepositus vini sompnium

suum. Erat vitis in conspectu
meo. in vite autem tres radi
ces. et ipsi florentes ferentes ger
mina maturi et botriones
uvarum. et calix pharaonis
in manu mea. et sumpsi eam
et expressi eam in calicem. et
dedi calicem in manu phara
onis. Et dixit illi Joseph
Tres radices. tres dies sunt
adhuc triduum. et memorabitur
pharao principatus tui et
restituet te super officium tu
um pristinum. et dabis ca
licem in manu pharaonis.
Sed memor esto per temetipsum
cum bene tibi fuerit. et facies
in me misericordiam et me
mor eris mei ad pharaonem
et educes me de carcere isto.
quia furtive captus sum de terra
hebreorum. et hic nichil ma
li feci. et miserunt me in lacum
carceris huius. Alterius som
nium non libet dicere. Agnoui
stis certe viborum nicorum quoque
tandem tunc refugerimus cuius
interpretacionem. In eo autem exi
tum refugio mortem horre
sco. De isto prius dicamus
qui sibi beatus videbatur
cum esset vini prepositus. et hoc
summum credebat apicem omnis
potestatis. quod regi calicem da
bat. hec gloria illius. hec
magnificencia in hoc seculo
hanc defraudatus dolebat
hinc redditus gratulabatur
Sed hoc somnium est. et omnis
potencia seculi sompnium non ve
ritas est. Denique per sompnium
vidit reddi sibi principatum suum

Mulier

Spado

Expositio sompniorum

Et ysayas ita esse huiusmodi
homines qui in hoc seculo delecta
tur rebus secularibus / Sic qui in
sompnis manducat et bibit
videtur sibi cibo aut potu dum
dormit repleri / Sed cum evigi
lavit incipit esurire amplius
et tunc intelligit quam inanis
ille cibus et potus fuerit
sompniantis / Sic qui in hoc
dormit seculo nec oculos a
perit ad misteria divina sed
dum sompno gravatur corporis
putat aliquid momenti ee
hanc secularem potentiam quam
in sompniis eam videt
ubi evigilavit deprehendit
quam inanis huiusmodi voluptas
seculi sit / Considera nunc
illum verum hebreum / illum non
sompnii sed veritatis et pre
clare visionis interpretem
qui de illa divinitatis ple
nitudine / ac libertate ce
lestis gratie in huiuscorpore
um carcerem venit quem non
potuit secularis huius illecebra
mutare / non ulla corrupte
la mundane voluptatis ever
tere qui temptationibus non ceci
dit appetitus non appetivit
postremo adultera quedam
synagoge manu veste corporis
apprehensus carnem exivit / li
ber mortis ascendit / calumpni
ata est mendax ubi eum te
nere non potuit / quem car
cer non tenuit / non inferna
tenuerunt / Cui carcer quod
veluti puniendus descen
derat / inde alios liberavit

ubi ipsi stringebantur mortis
vincula ibi laxavit ipse vin
cula mortuorum / Considera ergo
istum hebreum dicentem illi preposi
to spadonum / qui contraxerat
offensam regiam / quem resti
tuerat muneri suo memor
esto pro me metipsum / cum bene tibi
erit / et facias in me miseri
cordiam / et memor eris mei
Deo seculo respectum / quem sic
dat non recordatur quod
evasisset iniurie compotentiam
recepisset Deo seculo admo
nuit quod seculo liberavit ut
si poris beneficii eum memoria
non tenet / vel posterioris
subiecit / non despiciet auctorem
salutis sue non perfida preva
ricatione violaret / Sed quod
peius est cibo beneficii irrepit
oblivio rebus secularibus / redditus
officio suo / non est memor
factus interpretis sed oblitus
est eum / Sed et si ille oblivi
scebatur / Jhesus non oblivisce
batur sed loquebatur ei et per
populum loquebatur dicens ad eum
memor esto pro me metipsum
hoc est vel officii tui contempla
tione / quod audieris recorda
re / Sed et si nunc oblitus es
memor eris mei ut evadas
periculum / Iterum oblitus est be
neficium / tum elatus potentia
non recordabatur / Et iuxta hoc
potentia ubi vinum ministerium
impendet / omnis iactantia / Erat
crat spadonum prepositus / qui
vinum poculis regis infundebat
Et factum est inquit post

biennium mencio de hoc in
spadone temporis / nisi et dies co
venit quia post biennium re
cepit officium nec recordatus est
sed amonitus / cognovit enim quod
causa regum ipsum in hoc facto
esset sompnium qui de suis so
mpnis non credidit / videbat eadem
regum esse sompnia / nec eorum
potestates esse perpetuas sed
latis habet locum / preterierat dolor
nec ipsa commemoratione crude
scat nec ipsius quidem sermonis mei
meminisse delectat / quem tunc
temporis ut effuderit dolor vel ex
torserit carceris contumelia / am
monitus ergo sui per sompnium re
gis ait peccatum meum recor
dor / Scire quidem ista est / sed
ultimam vera confessio post peccatum
fatetur quod ante peccatum cavere
debueras / quam cito oblitus
fueras / Memor esto mei dixi
nempe tunc temporis habuisse ser
monem / sed obturatas aures ha
bebas fastu potestatis / et vini
hebrius non audiebas verba
sobrietatis / vel nunc memor esto
mei qui peccatum meum fateor
Cum rogaris scienciam Christi / aut
cum negas inebriare iam non
vino sed spiritu sancto / Recordare
quid passus sis / cum quo dor
misti sompnum tuum / et sompni
asti sompnium / et ipse prepositus
erat / et prepositus epularum re
gis que ad opus pistorum per
tinebat / Sublimem se esse cre
debat quia in potestate ha
bebat panem regium / nesc
iebat multos anfractus esse
huius potestatis / minabatur alios

ipse mox supplicio de cuius
extremo nec audivit cum
qui licet simplus domini tamen
loquebatur oraculum / quod
ipsius iussu regis de quo
plurimum sibi blandiebatur
caput amissurus esset
esca avibus destinandus
vel hoc te exemplum re
vocare debebat / ut perfidie
non crederis / Sunt et alia
exempla de fastu / et fragi
litate ministrorum regalium
que posteriore historia
habentur / et donec prepositus erat
et prepositus regis cocorum
audi si placet multorum que
est spadonum cocorum qui
quod sacerdotem domini detulit
et regem fraude commovit
in sacerdote pitaculum / et
hic sirus erat / Numquid me
lior quam et patrie facta
convenit / Aman quod a cubi
culo regis et ipse prepositus
cum in iudicem exercuit domini
impia temeritate contendit
propterea quod fidelem spoliare
hic per quem tanta talibus sac
rilegium suppliciis excedit
Sed revertamur ad istum
vini prepositum / qui quamvis multo
ebrius mero beneficii aucto
rem oblitus est diu / aliquan
tum ut regi placidet interpre
tem non quasi quantus / sed
quam callidus insinuavit se
nem / vigeste / cum o consta
ret quod eum iussit / accersiri
de carcere / interrogavit si pos
sit interpretari sibi sompnium

tinus explanatione delecta-
tus removit iniuriam honorem
detulit. Itaque videte si
non patribus et ista conveniunt.
Iniuria illata est pueris quam
cognosceretur a rege. Gratia
relata ubi regi est cognitus.
Itaque rex vacat culpa, quia
et id quod excepit vir sanctus
iniurie alienum fuit, et id
quod recepit regis gratie est offici-
um. Sompnium autem et cuius
interpretacio huiusmodi est: Quecumque
inquit facit deus ostendit
pharaoni. Septem vacce bo-
ne septem anni sunt, et septem
spice bone septem anni sunt.
Sompnium pharaonis unum est.
Et septem vacce macre que
ascendebant post illas vii anni
sunt, et septem spice macre
et aucto corrupte vii anni
sunt. Erit septem annis fa-
mes. Verbum autem quod dixit
pharaoni quecumque facit deus
ostendit pharaoni. Ecce vii
anni venient ubertatis ma-
gne in totam terram Egipti.
Veniet autem septem anni famis
post hec, et obliviscetur uber-
tatem in tota Egipto, et
consumet fames totam terram
et non cognoscetur ubertas
terre a fame futura. Post hec
valida erit nimium. Quod
autem iteravit sompnium pha-
rao bis, quia verax erit verbum
a deo, et festinavit deus ut
faceret illud. Veteres sompniorum
res recentes posterioribus
priora consumpta sunt, et ubi
erat antea ubertatis copia

ibi postea omnium facta est indigencia.
Quod si quis huiusmodi consilium regi
dedisset ut aliquid de superiori
ubertate posteriori penurie
sui servaret etati, reliquos
hec tam larga donandi affluen-
cia redundasset. Sed immodica
cum superioris effusio et poste-
riora destituit. Et homines dicti
pientes unius aliquem Joseph
ei adhibere nolebant. Et si non
ego Joseph quis cum istud cla-
mabat. Tunc vaccas illas pin-
gues non solum lasciviam, sed
etiam maximam divine significacionis
reverenciam. De perfidis enim dictum
est: Thauri pingues obsederunt
me. Et de incorrupto populo scriptum
est: Impinguatus et incrassa-
tus et dilatatus est, et dere-
liquit deum qui fecit illum. Et ideo
sompnium illud redundancie seculare
perpetuum esse non posse. Forte tem-
pus quod huius fames dura suc-
cederet. Fiet tamen hoc sompnium
unum autem duobus demonstratum
arbitror, sed omnibus propositum,
eo quod septem anni istius mundi
pingues et seculari ubertate
opimi absorbeantur ab illis
septem que futura sunt, in quibus
perfectura quietis et legis observan-
cia spiritualis, quam Effrem illa
tribulis pater deo fructuosa cu-
stodit. Bona vacca non illo cor-
poreo distenta ubere, sed ha-
bundans spiritualis lactis et
gracie. Super cuius dorsum terminas
deus sedere se dicit, ut scriptum
est: Effrem vacca docta diligere

victoriam | Ego enim transiui super
terrorem ceruicas eius | Non ergo
impinguet caput meum oleo pec
catoris | nec falsi fructus delecta
re nos debent ne dicatur et de
nobis | Seminasti impietatem et
iniquitates eius vindemiasti
fructum falsum | quia sperasti in cur
ribus tuis | Nec me mouet quod
tunc spicas macias | et vento cor
ruptas | quia et dauid tunc meli
or erat qui sicut arena tabe
scebat | et spiritus contribulatus sa
crificium dei est | et illi prestanti
ores euadunt quos in hoc seculo
grauibus iniuriis spiritus malignus
exercauit | Unde magis mistica me
ruisse premia ioseph arbitror
quia de misticis est locutus | Quid
enim sibi vult anullus digito eius
insertus | nisi ut intelligamus
pontificatum ei fidei esse delatum
ut alios ipse signaret | Quid
stola qua amictus est sapientie
nisi tributum ei ab illo rege celesti
prudentie principatum | Torques au
reus intellectum boni videtur exprimere
Currus quoque significat fastigium sub
lime meritorum | Quis autem est qui
ex gentibus accepit uxorem nisi qui
ecclesiam sibi ex nationibus congregauit
Et suscepit ex ea filium manassem
per quem oblitus est omnes dolores
suos quos habuit de sacrilegiis
iudeorum | Suscepit alium quoque filium
Effrem | per cuius aspectum claruit
illud suscepta in carne humilitatis
et dulcimitatem non humiliauit et
cumulauit gloriam | Denique cuncti fa
mem paciebantur ad ioseph mit
tebantur | Veri sunt ista in quibus
dictum est | Conuertentur ad vesperum

et famem pacientur ut canes
Erat autem fames non unius
loci sed totius terre | quia non erat
qui faceret bonitatem | Adeo dominus
ihesus ieiunia mundana miseratus
apparuit horrea misteri
orum celestium | thesauros sci
entie sapientieque patefecit ab
sconditos | ut nulli alimenta
deessent | Dixit enim sapientia
venite edite panes meos
Et ideo ab illo solo dicitur Dominus pa
scit me et nichil michi deerit
qui saturatur a christo | Aperuit
ergo horrea sua christus | et ven
debat non ea precium sed fidei
precium | et deuocionis stipendium
Iudeis vendebat autem non
panes paucis in iudea | sed ven
debat omnibus | ut ab uniuersis
nationibus crederetur | Et omnes
regiones venerunt in egiptum
ad ioseph emere | Obtinuerat
enim eos fames | omnes enim e
surierunt quos non pauerit
christus | Emamus ergo alimenta
quibus famem possimus re
pellere | Nemo paupertatis con
templacione reuocetur | Nemo
vereatur qui argentum non habet
Non queritur a christo argentum sed
fides | que argento preciosior est
Denique emit eam petrus qui
non habebat argentum argen
tum inquit et aurum non habeo
sed quod habeo do tibi | In no
mine ihesu christi surge et am
bula | Et propheta ysaias dicit
Qui sititis ite ad aquam
Et quicumque non habetis argentum
ite emite et bibite et man
ducate sine argento et precio

min Neqz enim precium que sunt
a nobis qui pro nobis sanguine
suo precium soluit quia non auro
et argento sed precioso nos rede
mit sanguine Ergo id precium
habet quo redemptus es Et si
ille non semper exigat tu tamen
debes Eme igitur tibi xpm non
eo quod pauci habent sed eo quod
omnes habent Omnes habent per naturam
pauca offerunt pro timorem suum
esse quod a te xpus reposcat Ipse
plenam omnibus dedit Ipse pro
omnibus mortem suam obtulit Sed
nunc per auctore quod solutum
est lege Non mediocre ille
contractus est Non omnes cum fa
cile vident Denique ille virgines
in ewangelio quas venientes sponsus
exclusit ideo foris relicte
sunt quia venale oleum non eme
runt Unde dicitur eis Ite pocius
ad vendentes et emite vobis
Et negociator non immerito
predicatur quia vendidit omnia sua
et emit margaritham Et Ja
cob dixit filijs suis Quare pi
gri estis Ecce audiui quia
est frumentum in Egipto Descen
dite illuc et emite nobis escas
Non semel hoc Jacob dixit sed cot
tidie omnibus filijs suis dicit
qui suis venit ad graciam xpi
quare pigri estis Ecce au
diui quod est frumentum in Egip
to Et hoc frumento granum est
quod resurgit Cum igitur fa
mem sustineret siue segnitie
debet describere Ecce inquit au
diui quod est frumentum in Egip
to Ciciaus velociter iuniores ali
quid quam seniores audire con
sueuerunt Dum foris positi

multa conticuerunt Sed hanc nego
ciacionem prius senex audiuit Sed
ille senex in quo est fidei longe
ua canicies prior senex intel
ligit Sed ille senex in quo ve
nerabilis est senectus et
etas senectutis vita immacu
lata Nec omnes hanc negocia
cionem susceperunt nisi filij Jacob
et ipsi perfeccioris etatis Ideo
decem pergunt Non pergit iunior
non misit eum pater ne contin
gat inquit ei infirmitas
Adhuc obnoxius erat infir
mitati Beniamin iunior Pat
riarcha quidem legitur Beniamin
Sed ille ex tribu Beniamin Pau
lus persequebatur Merito Jacob
de eius infirmitate dubitabat
Denique infirmatus est ut sa
naretur cecitatem passus est
sed hec infirmitas ad salutem
Denique illa cecitas lucem attu
lit Accepimus historiam cogno
scamus misterium Siue Beni
amin patriarcha primo preferat
siue paulo apostolo vterque non pri
us aduenit sed accersitus a primis vbe
riorem merorem post subfecit
aduentum Est inquit frumentum
in Egipto hoc est vbi maior
vbertas est Magnum frumentum
in Egipto Denique et deus pr
ait Ex egipto vocaui filium me
um Et isto grano illa fecunditas
Neque enim messis esse potuisset
nisi egipcij granum ante seminas
sent Est ergo frumentum quod ne
mo ante credebat esse In hoc
frumento negociantur patri
arche Et illi quidem argentum &
tulerunt Sed bonus Joseph

frumentum reddit argentu reddit
Non enim pecunia emitur opus
sed gratia. precium tuum fides est / hac
emuntur diuina misteria. portat
aut frumentum hoc asinus ille
qui iam mundus in lege / sed iam
mundus per gratiam / Tenebatur at
beniamin iunior / et patrio adhuc
herebat affectu / Tenebat eum
legis vincula. mos patrius / fa
mes in ualescebat / quia sero
veniebat / Intercedunt pro eo duo
ruben et iudas. hoc est humi
litas atque confessio / hiis vadi
bus apud patrem vtitur / hiis co
mittitur. quorum vnus primitiuus
alius resuscitatus / lex primitiua
gratia resuscitata / hiis deduca
tur beniamin iunior et hono
ribus comitatus aduenit
portans secum resinam qua lapi
des marmorum conectuntur / Eo quod
predicatione sua tamquam spiritali re
sina viuos lapides celestis iste
conectit / portans eciam mel quod
negocia vulneris intimus excoquit
sine acerbitate aliqua sectionis
Talis enim pauli predicacio vt pu
trem aboleret affectu corruptum
quod euacuaret humorem disputa
tionis sue aculeo / virere ma
gis contra mentis viscera cupiens
quam secare / Incensum oracionis
et casiam et guttam sepulture
insignia esse / Dauid propheta
nos docuit mirra et gutta
et casia a vestimentis tuis / vt
enim paulus crucem domini predi
care. illic sit virtutem et in
tus quorum testa durior / fetu
tenerior / archetoque sacerdotalis
aaron imitacio / et desertine ba

culum tenuit / Argentum quoque
duplex non ociosa munera
esse quis dubitet / Cum et
patriarche vitam et apostoli sermo
semper preluceat in pectoribus
singulorum / et eloquium sanctorum
sic argentum igne examinatum
natum. precepta salubris fulgo
re resplendeat / Nec inmerito
duplex argentum referunt
in quibus pauli prefigurabatur
aduentus qui laborantes pres
biteros in verbo atque doctrina
duplici honore donabat
Vidit aut illos Joseph et
beniamin fratrem suum ex eadem
matre / Nam vident hebrei
et videntur a christo / qui Joseph
verus est / Secundo cum pauli
venit typo / et loquitur il
lis mitia atque mansueta / vt
pariter cibum sumant / Supra
dixit quod sine beniamin ve
nerunt / agnoscebat quidem
eos. sed ab hiis se auertebat
vt scriptum est / Et loquebatur
hiis dura / quod ipsi non agno
scebant eum a quo agnosceba
tur / pauli igitur merita pro
fecerunt / quem dominus ihesus tamquam
iuniorem fratrem ex eadem matre
generatum amplius ceteris
fratribus diligebat / Videant
iudei quem dominum negauerunt
qui eum crucifixerunt / et sina
goga tamen tamquam ex eadem orta
tota parte plus diligit. si
vel sero cognoscat sue sa
lutis auctorem / Sed priorum
consciis delictorum non credunt
tantam christi esse misericor
diam. vt donet peccatum

remittat iniuriam. Adhuc quia ipsi
grabatur in patriarchis qui a
leo essent futuri imputabant
ad graciam. Ad salutare mense
vocabant convivium et calum
niam sibi parari insidias
fieri suspicabant. Et cepe
runt ad hominem qui erat super
domum in ianua domus causam
suam agere velle. Adhuc dubi
tant introire et ex operibus
suis malunt iustificari qui
causam suam volunt agere
quam graciam accipere. Et ideo
in portis redarguuntur. Re
dit fructu veteri. Ymo malus
expectat et hereditatem dum
filii mercem negociat. Non
erubescit in porta si in exi
tum vite. Huius repellit ini
micum ne ad altiora precia
ti causamus culpe graviores
obsistat. Viri inspice illis re
spondit. Maior domus. Et
hic qui sit intellige cum
legeris. Moysen fidelem in
tota domo eius. Maiores eius
domus. Moyses. Petrus pau
lus et ceteri sancti sunt. Christus
aut solus est dominus. Sic scriptum
est. Omnia Moyses fidelis in
tota domo eius tamquam fa
mulus in testimonium eorum
que dicta essent. Christus vero
tamquam filius in domo sua
que domus nos sumus si
libertatem et gloriam spei te
nuerimus. Dixit ergo maior
domus. Respondit illis. Pax
vobis sit nobis deus. Nolite
timere. Omnis enim vir et deus

pater vester dedit vobis the
sauros in sacculis vestris. Ar
gentum vestrum probatum accepi habeo
Illi enim dixerant. Argentum
invenimus quod in sacculis nostris
invenimus. Argentum vestrum ad po
dus retulimus. O magna miste
ria et evidenter expressa. Hoc
est dicere. Cur inflammini arge
tum vos dicitis vestrum in saccu
lis sepius usurpastis. Cur dicitis
cum habetis quod non acce
pistis. Si aut accepistis quid
gloriamini quasi non acceperitis. Iam
saturati estis. Divites facti
estis quia argentum habere
vos creditis. Sed argentum vo
bis deus pater vester dedit
Ille deus vir. Ille pater vester
deus est quem negastis. Sed
ignoscet. Sed indulget. Et
recipit si revertamini. Ipse
est qui vestrum non querit ar
gentum. Suum donat. Ipse vobis
dedit argentum in sacculis
vestris. Sacculi vestri arge
tum sunt. Qui lutum habebat
et ideo vir est qui dicat deo
scidisti saccum meum et indu
isti me leticiam. Leticie mu
nus est Christus. Ipse est arge
tum vestrum. Ipse pretium vestrum
non exigit a vobis. Dominus ipsius
frumenti sui panem non que
rit vestri pondus argenti. Ar
gentum vestrum reprobum est. Ar
gentum sed non est domi
Argentum vestrum probatum habeo
hoc est non illud materiale ar
gentum sed spirituale. Argentum
vestrum habeo hoc est [illegible]

probum / ipse fide et deuotione que
Jacob filii detulistis / qui sine dam-
no datur et sine ullo admi-
neratur dispendio / qui quidem
tali pretio detrimentum mortis
excluditur / lucem vite acquisiuit
parauerunt autem munera donec
intrauit Joseph meridie / Ac-
celerauit meridiem fides pau-
li ante cecus erat, postea ce-
pit lumen videre iusticie quam
ipsi reuelat dominus viam suam
et sperat in eum / Dominus quoque
educit tamquam lumen iusticiam
eius / et iudicium eius sicut
meridiem / Et abrahe quando deus
apparuit ad ilicem mambre me-
ridies erat. cui de presentia domini
lux eterna fulgebat / Meridies
est quando Joseph verus in do-
mum suam intrat / ut prande-
at / Lucet enim plus dies lu-
cet quando sacramenta celebra-
mus / Et intulerunt inquit ei
munera / hec munera inferi-
mus / ille instaurat conuiuium
Ille dicit / Apponite panes. istos
soli hebrei sumunt / Egipcii
manducare non possunt / Sed
ante communionem certa digna-
tio quam usus istius et se-
dulitatis et gracie / Morale
magisterium adhuc de calump-
nia quam sibi a Joseph fieri
putabant fratres suspecti erant
Ille inuitabat ad prandium
hos inuitabat affectu / illius
preuenerat gratia / Primus appel-
lat primus interrogat / Saluos
habetis / Et iterum ait / Recte
est pater vester senior / Superiorem
i. inferiorem ad colloquium
prouocare / Aut sermonis fidu-
ciam querere / Non solum
de ipsis / sed etiam de paren-
tibus / Respondent illi / Re-
cte est / puer tuus pater
noster / Ille seniorem dixit
ut honoraret / Isti puerum
nominauerunt ut deferret
humilitatis obsequium / quod
senectus honorate sit di-
gnitatis / pueritia autem
subiecta uideatur / et vere-
cundie quam superbie / Re-
spiciens autem oculis vidit be-
niamin fratrem suum ex ea-
dem matre / Morale est ut quos
diligimus eos videamus pre-
teris / et quos animi inten-
tio tenet / preter eos obtutu
offenderit oculorum / Siquidem
pleraque circa alia mentis oc-
cupatione defixi / quos
habemus ante oculos non
videmus / Ita dulce alio digni-
or aspectus / Vidit igitur / Be-
niamin fratrem suum sanctus
Joseph quem tenebat ali-
quem oculis requirebat / Quo
absente / fratres pene non vi-
derat / nec solum vidisse con-
temptus / ipsi nesciret interro-
gauit / hic frater vester est
adolescentior / Eos intuitus et
gratie caritatis est ut dile-
ctos nobis non solum oculis
sed etiam sermone teneamus
Bene nouerat Joseph dilectum
suum / sed ideo interrogabat
ut quem tenebat animo
voce sonaret / Denique non
expectauit ut responderetur
sed continuo benedixit

cum et conturbatus est desiderii sui fructu. Torquebantur autem viscera eius quia complecti eius quem desideraverat libertas differebatur. Demum ingressus in promptuarium ploravit et lavit faciem et continuit se. Sic amoris aculei acuto corda compungunt nisi desiderii frenis laxentur. Vincebat affectum Joseph differebatur consilio ratio cum amore certabat. Flevit ut amoris pii estus lacrimis temperaret. Sic et moraliter contingit. Aut videt dominus Ihesus paulum. Oculi enim domini super iustos. Et dicit hic frater vester est adolescentior. Ideo dicit adolescentior quia non dum maturitatem interiorem fidei regebat etatem nondum in virum perfectum occurrerat in illam. Sic ipse ait in mensuram etatis plenitudinis Christi. Demum adolescens legitur ibi ubi lapidatum stephanum vestimenta servabat. Et ideo filemonem non adolescentie sue sed senectutis similem esse cupiebat. Ut scripsit magis obsecro cum sis talis ut paulus senex. Ideo adolescentiores viduas precavit declinandas non propter etatem sed propter quandam pubescentium delectorum lasciviam in maturitatem [illegible] [illegible] cetera maior in iuvene quam in sene laus castitatis est puto autem a vero non sit alienum. Si illud intelligamus quia cum dicit paulus horreret et horrore correptus quod ceciderit accidisset ei si in aperto [illegible] apparere inquiret dicens Domine quid me vis facere. Ideo adolescentior vocabatur a Christo ut qui vocabatur ad gratiam excusaretur a culpa quod lubrice fuisset etatis. Demum vidit eum Christus ubi lux circumfulsit eum. Et quia adolescentes metu magis quam ratione revocantur a vitiis adhibuit stimulum talia [illegible] ~~traxit~~ ne adversus stimulum calcitraret. Et miseratus admonuit calcitraret. Turbatus est autem sic habes et in evangelio. Quia turbavit se spiritu cum lazarum suscitaret. Et ibi flevit ut pius lacrimis suis mortui delicta lavaret. Sed intra se flevit et lavit faciem suam. Lacrimis pauli fletus est Christi. Lavit faciem suam ubi lumen ei reparatur amissum. Lavit faciem suam Christus ubi baptizatus est paulus. Propter quem dominus Ihesus a pluribus videtur. Ideo in convivio pars eius quintupliciter maior effecta est. Qui habet superioribus cum fratribus non somnum mentis prudentia sed eandem militia corporis et gratia castitatis. Biberunt autem et inebriati sunt pariter cum eo. A principio fidei maior paulo prerogativa defertur. De quo dictum est ad ananiam vade quoniam vas electionis est mihi. Ut sufferat nomen meum coram gentibus. A principio inebriatur. Ebrietate

Adolescentes metu magis quam ratione revocantur a vitiis

[illegible] [illegible]

Vidue adolescentiores sunt declinande

sed sobria / ut et ipse cum sancti
dicat / Et poculum tuum inebri
ans quam preclarum est / Et ciphus
argenteus soli sacco eius in
seritur / Hec faciebat hoc Ben
iamin / fallebatur paulus qui
vocabatur / apprehenditur post cum
mane / vox enim processerat re
citatis dictis fidei appropinqua
bat / per ordinem singulorum
pus inspirantur sacculi / Dein
de moraliter scriptura divina
per ordinem / Ante discubuerunt
in convivio / tamen cum committuntur
secundum etatem / vides quod semel
locus ille sit deferendus per
ordinem / Aetatum requiruntur sac
culi singulorum / ut scias electum
paulum celesti esse iudicio dis
cussit / ceteros dum pretulit
In nullius alterius sacco ciphus
argenteus inventus est nisi
istius / cuius sibi vult quod
inventus est sacculo / Ioseph
quidem inebriavit ut falleret
ciffum misit ut fratrem quem
diligebat pia fraude retino
raret / Sed refulget misteria
divina hoc invenit in nobis
ciphus argentum / quod ipse do
navit / habemus nature argen
tum quod ipse donavit / ha
bemus nature argentum / ha
bemus et gratie / statura opus
est creatoris / gratia munus est
redemptoris / et si non possu
mus videre dona christi / ille tamen
donat et operatur occulte / et do
nat omnibus / sed servare paucorum
est / et non amittere / Non omnibus

Ciphus inventus in sacco

tamen donat omnia / Dictum mul
tis datur apostolus vim qui prophe
tico et sacerdotali munere doni
Non enim omnis / sed propheta dicat
calicem salutaris accipiam et
nomen domini invocabo / In
corpore igitur pauli iam doctri
ne celestis / eloquium reful
gebat cum esset eruditus in
lege / Sed quia adhuc misterii
sui subiectus non erat / in
sacculo erat ciphus doctrina
intra modum / missus tamen ana
nias qui benedictionem daret
manum imponeret sacculum sol
veret sacco soluto refulsit
argentum / et decidentibus
squamis / velut quibusdam
sacci vinculis statim vidit
Vinculum eius perfidia erat
absoluta eius fides facta est
Et ideo tamquam soluto sacco
hoc est depositio legis vela
mine / quod supra cor est po
situm interiorum / conversus ad
dominum liber arcanum adeptus
gloriam ~~libertate~~ libertatis
ait / Nos itaque revelata fa
cie gloriam dei speculantes ad
eandem imaginem reforma
mur / Soluto enim calciamento
legis nudo vestigio liberi ser
monis / Evangelium predicabat / Te
nebant enim eum iudei et im
pedire cupiebat / Sed ille ve
tus in eius sacco argentum
resplenduit / scindebat ve
stimenta sua et reversi sunt
retro / libera ergo per christum pauli
predicatio invaluit populum iude
orum / et omnem eorum recedit
gloriam / Ideoque retro regressi

sunt qui ante se vid' no po
terant Retro redeunt qui d'm
amittunt. Denique et in Euange
lio cu corriperet ad mortem
d'num ihm redeuntes retro ce
ciderunt in t'ram Merito retro
reuertebantur qui in t'ram labe
ab illa celesti gr'a decidebant
Nolebant igitur moralit' re
dire sine fide iustitie sine pau
lo velut quo amisso asserere
bant in merorem deducendam
parentis ipsi senectutem Et io
iudas apud Joseph remanē
cupiebat ne videret mala que
inuenerunt patrem suum hoc est
iam prouidebat et tunc cupie
bat mala que ventura erant
populo iudeorum Sed cu adhuc
haberet ipa in tempo illo principu
ipsi iudeorum libera esset pdica
tio fleuit Joseph hoc e in
illo plorauit ih'us Et iussit
omes recedere vt cognosceretur a
fratribus Non venerat enim sicut
ipe ait nisi ad oues que pie
runt domus isrl Et emittens
vocem cum fletu Ego sum in
quit Joseph Adhuc pater me
us viuit hoc est expandit
manus suas ad ppl'm no cre
dentem et contradicentem Non le
gatum neque nuncium querens
Sed ipe d'ns saluum facere vo
lens ppl'm suum Ego qui loque
bar a sum inquit et palam
factus no querentibus me ap
parebo hijs qui me no interroga
bant Quid igitur aliud tunc
clamauit nisi ego sum ihesus
cum a principibus iudeorum inter
rogantibus Tu es filius dei
respondet Vos dicitis quod ego
sum Cum pylato diceret Tu
dicis quia rex sum ego In
hoc natus sum cu principi sace
dotum diceret Adiuro te per deum
viuum vt dicas nobis Si tu es Xpc
filius dei Refert Tu dixisti
Amen dico vobis A modo videbi
tis filium hominis sedentem ad
dexteram virtutis et venientem
cum nubibus celi hoc ergo quod
ait Ego sum Joseph ego sum
diuinae potentiae Adhuc pater
meus viuit hoc est ergo pa
trem no nego ego fratres agno
sco Si aut vos fratrem aut patr'
filium recognoscitis Adhuc ergo
populus meus viuit Tamque ipsi
familia fratrem in elegi accedi
te ad me quia ego ad vos appin
quaui Et eo usque appinquaui
vt per carnis susceptionem fa
cerem me consortem nature No
lite vnicum participem fugere
vre societatis si no agnoscitis
auctorem salutis Et accessit
inquit ad illum et dixit Ego
sum Joseph frater vester que
vos tradidistis in Egiptum
Nunc ergo nolite mesti esse ne
que vobis durum videatur quod huc
me vendidistis Ad vitam enim
vram misit me deus an vos
Quam fraterna pietas quam
dulcis germanitas vt etiam
patriarchale excusaret admissu
facinus diuine illud prouidentie
fuisse no impietatis humane
Ipse quidem no ab hominibus
oblatus ad mortem sed a d'no
missus ad vitam sit Quid a'ud
illa d'ni nri ihu xpi qua
fratres omes pietate superauit in

cruce positi intercessio pro plebe
dicentis pater dimitte illis non
enim sciunt quid faciunt. Quid a
liud illa appellatio sanctitatis
in medio discipulorum dicentis
pax vobis ego sum nolite timere
Et cum conturbati et conterriti exi
stimarent se spiritum videre iterum di
xit ad illos Quid turbati estis
et quare cogitationes ascendunt
in corde vestro Videte ecce manus
meas et pedes meos quia ego
sum ipse palpate et videte quia
spiritus carnem et ossa non habet
sicut me videtis habere Hec ergo
iam tunc futura posterioribus
temporibus mysteria revelata sunt
Denique ipsis exprimuntur sermoni
bus ut ipsum esse intelligas
Et qui ante in Joseph et po
stea in suo locutus est corpo
re quandoquidem nec verba mutavit ait
enim tunc Nolite mesti esse Et
infra Ascendite ad patrem meum
et dicite illi Hec dicit filius
tuus Joseph fecit me deus
dominum totius terre egipti Et
in ewangelio ait Nolite timere re
nuntiate fratribus meis ut eant
in galileam et ibi me videbunt
Et infra ait Data est mihi omnis
potestas in celo et in terra Hoc
est dicere divine hoc fuit dispo
sitionis ut acciperem potestatem non
acerbitatis humane Non obiit
scelus qui enumerat premium Ed
aut hunc in Genesi Ad vitam enim
misit me deus ante vos Redit
in ewangelio dicens Docete omnes gen
tes baptizantes eos in nomine patris
et filii et spiritus sancti Hec enim vi
ces et vita sanctorum quod ceteros
alios redimerunt Illud quoque advertite

non ociose scriptum in Genesi
Et eris iuxta me tu et filii tui
et filii filiorum tuorum Hoc est enim
quod dixit in ewangelio Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi Quam
evidens quoque illud mysterium
quod veluti completo omni ma
dato fratri suo beniamin am
plectitur Joseph et cecidit
super collum eius Sicut comple
to ewangelio paulum christus am
plectitur quibusdam misericor
die sue brachiis et eterna
opinione circumdatum velut a col
lo in celum erigat unde et ille ere
ctus a christo ait Nostra autem con
versatio in celis est Et gavi
sus est pharao quod Joseph
agnovisset fratres suos unde
et divulgata est vox in domo
pharaonis et ortatus est eum
Joseph ut fratres suos impleret
et veniat cum patre et ma
dat impleri eorum sarcinas
tritico et inechiaella dum un
hec humanitas barbaro nisi
illud ostenditur magnum myste
rium quod non invidet ecclesia cum
redimuntur iudei et plus eorum
adunatione letatur et quibus
potest subsidiis iuvat et mittit
ewangelizantes regnum dei quo
maturius evocentur Quibus
dantur bine stole et alligat pau
lum cum eius dicta de pmit
cui trecenti aurei et quinque sto
le diversi coloris conferuntur a christo
Trecentos aureos scilicet qui cru
cem predicat christi Denique ait Neque enim
iudicavi scire quid inter vos
nisi christum ihesum et hunc crucifixum
Et quinque aureos accepit quia non in
persuasoriis sapientie verbis sed

in ostensione sanctus predicabat
Utrumque autem stolas accepit uel
sapiencie multiplices discipli-
nas uel quod nullis sensuum
corporalium captus illecebris
ubi aliis periculum illic tenet
victoriam qui omnes voluptates
carnis singulari continencia
et virtute superaret quamquam inge-
nium faciunt quod nulla corporis
habitaret infirmitas Quamuis
cum esset in corpore corpus se
habere nesciret Denique raptus
in paradisum siue in corpore siue
extra corpus nesciens audi-
uit verba ineffabilia que
loqui homini non licet Qui
postremo tercium usque celum
in terris sicut ipse docet dicens
Quia christi bonus odor sumus
deo in hiis qui salui fiunt Pre-
cellit igitur paulus et eius ex-
upat porcio Sed tamen habent et a-
lii predicatores graciam suam Binas
stolas accipiunt quas illas
utique dubitare non debes qui
legisti de sapiencia dictum Binas
vestes fecit viro suo Una
est iusticia moralis altera
Sed non omnes apostoli non omnes
prophete non omnes pastores non
omnes virtutes non omnes habent
graciam curacionum non omnes lin-
guis locuntur Ubi diuersa mune-
ra diuisa et prima mittuntur
et prima munera Filius hono-
rat patrem Christus apostolos suos in-
uitat promissis mulcet mune-
ribus Portant hec munera
asini illi inutiles et laborio-
si ante nunc utiles portant
in typo christi munera porta-

tum in euangelio munerum largi-
torem Dimisit autem fratres suos
et abierunt Et dixit illis Joseph
Nolite irasci in via Quam bene
precepit ab iracundia parcendum
quod ea perpessus etiam amatores
sui separat germanos Et
magistrum in via fugiendam
esse discordiam ubi ipse viandi
comitatus habet inviolabile
gratie consortium Quid quod
dicit autem dominus ihesus Et hec a pre-
cessimus cum discipulos di-
mitteret suos ne irasceren-
tur in via dicens Pacem meam
relinquo vobis pacem meam
do vobis Ubi enim pax est iracun-
dia locum non habet Alligatur di-
scordia fugatur dissensio
Hoc est ergo quod ait pacem
meam do vobis id est nolite
irasci in via Et vide ne in
hac via dicat hoc est in oc-
cursu tocius vite indigna-
tionem caueamus Sed ira sepe
et iam innocentes in crimen
adducit Quia dum iniusto
amplius irascimur et peccatum
alienum corrigere petimus grauiora
peccata committimus Ideo apostolus
ait Non uos ipsos vindicantes
karissimi sed date locum ire hoc
est declinemus eam ne nos
illa corripiat Et unde dominus
ihesus dimittens ad euangeli-
zandum discipulos misit eos
sine auro sine argento sine
pecunia sine uirga id est
ut ex intencia littis et in-
strumenta carperet ulcionis
Et ascendunt inquit de egipto

et venerunt in terram Chanaan ad
Jacob patrem suum et nunciaverunt illi
dicentes quia Joseph filius tuus
vivit et ipse est princeps totius
terre Egipti. Quid est terra Cha-
naan tunc inhabitatur. Quid igi-
tur evidens quam apostolorum terra
designari. Quibus ingressis
illorum sinagogas intrantes
domini ihesu potentiam predicabant
sic habemus in actibus apostolorum
dicente petro: hunc ergo ihesum re-
suscitavit deus cuius nos testes
sumus. Dextera igitur dei exalta-
tus repromissione accepta spiritus
sancti a patre effudit hoc donum
quod vos videtis. Adiunximus de
ipso et vivit enim et terre totius
principem dicunt qui a parente pro-
rata sua spiritualis gratie donum
omnibus potestatem. Hec dicebant
apostoli sed iudei non credebant sed
iniciebant manus in eos sed
tradebant in custodiam predicato-
res salutis. Unde et de Jacob
scriptum est: Expavit mente
non enim credebat eis. Expa-
vit affectu plebis incredule
sed postea quam christi gesta
cognovit tantis virtutibus
et operibus declinatus resur-
sit spiritus dicens: Magnum michi
est si adhuc filius meus
Joseph vivit. Vado et videbo
eum priusquam moriar. Pri-
mum et maximum fidei fun-
damentum in resurrectionem
christi credere. Quicumque enim cre-
diderit resuscitatum festinus
requirit devotus accedit et
intima devotione mente veneratur.

Credit enim ipse quod non moriatur
si credat in resurrectionis auc-
torem. Et elevatus se inde venit
ad puteum iuramenti immolavit ho-
stiam deo patris sui ysaac. Ascen-
so elevatur qui se firmat ad
christum fidei predicte devocionem
prius se elevavit postea im-
molavit. Ille enim bene immo-
lat qui cognicionem divinita-
tis investigavit. Dixit autem
deus ad eum per visum noctis dicens
Jacob Jacob. Cui dixit: Quid
est dicens? Ego sum deus pa-
trum tuorum noli timere de-
scendere in Egiptum. In gentem
enim magnam te faciam ibi.
Ego descendam tecum in Egip-
tum et ego reducam te in per-
petuum. Saducei que ipsi
legunt non intelligunt et ip-
sum quem laudant abne-
gant cum cives scripture nolunt
credere. Quid aliud ergo quam
per hoc loco invitantur ut ad
ecclesiam dei transeant. Et qui
ante intra iudee timore co-
artabantur ~~ut ad ecclesiam~~
~~dei transeant~~ angustias ad
templum dei ingredientur qui est to-
to orbe et omnibus nacionibus
et populis congregatus in ma-
gnam factus est gentem. De-
inceps in omnem terram exivit
sonus eorum. Vocatur ergo a fi-
liis suis Jacob id est a petro
Johanne Paulo ceterisque
eorum invitatur ad gratiam. Ipse
quoque deus in visu cum hortatur
oraculo spondet ei per se fortem
fidei misterio sui fructuum
dicens ei Joseph mittet

manus sup oculos tuos. Non
vtiqz sanctus patriarcha so
liatus erat a quo ei oculi clau
derentur licet etiam intellectu
simplici moralis exprimatur
affectus. Itam si eos quos
diligimus cupimus frequenter
amplecti. quanto magis rectis
suis et hoc corpore ipso carere
piguerit tactu delectum et
tremo. Et hoc multiplicans via
tico. Tunc iusticie licet nobis
intelligere quod postea cogni
turus dominum sit potius iudicem
hoc est enim misterium quod
verus Joseph immittet ma
nus sup oculos eius. Ut
qui non videbat ante iam
videret. Venit ad eum in lege
quemadmodum verus ille sanctus
sit. cui ihesus manu imposuit
et eius abstulit cecitatem
Non enim mortuus manum
Xpus imposuit sed victuro
dixit si moriaris recte quia
plus morimur et reuiuiscimus
Non enim possumus deo
viuere nisi peccato ante moriamur
Descendit igitur in egiptum
laudati quosqz dicit sicut scriptum
est. Et hoc iusticie modo re
missionis. qz post tantam
duriciam post tanta peccata
ta haberetur indignum nisi
donaretur huius remissio pec
catorum. Occurrit illi iudeus
hoc est confessor erroris
hunc sui venturus iudicem
prius pronunciam mittit. Adeo
et Joseph verus idest arbi
ter et interpres diuinitatis

occurrit qz perdit iam confessio
quos ante perfidia possidebat
interpres enim diuinitatis est qz
scriptura deum nemo vidit vn
quam nisi vnigenitus filius
qui est in sinu patris ipse enar
rauit. Hic senem iam etatis
et fessum suscipiet vltimis
temporibus ipsum inducet. Non se
cundum illius merita sed
secundum electionem sue gratie
Et imponet manum sup ocu
los eius vt cecitatem aufe
rat. Cuius ideo distulit sa
nitatem vt postremus accipiet
qui ante non putauit esse
credendum et prerogatiuam su
perioris electionis amittet. Vnde
et apostolus ait Scriptura cecitas
ex parte israel contigit donec
plenitudo gentium intraret et
sic omnis israel saluus fieret. Hec
[illegible] igitur patriarcharum fu
turorum misteria sunt. Denique
ipse Jacob sic ait ad filios
suos. Congregamini vt annun
ciem vobis que occursura sunt
vobis in nouissimis diebus
Congregamini audite Israel pa
trem vestrum. Amen.

Finit de sancto Joseph pa
triarcha. Incipit de bene
dictionibus patriarcharum
liber octauus. Thomas

Primum omnium
quantam disci-
plinis parentibus
referre reveren-
ciam. Cum legi-
mus enim quibus be-
nedicebatur a
patre benedictus
erat et qui ma-
ledicebatur maledictus
erat. Ideo hanc pa-
tribus graciam donavit
deus ut filiorum pietas
provocaretur. Prerroga-
tiva igitur parentum
disciplina est filiorum.
Honora inquit patrem
ut benedicat te. Honoret patrem
pius propter graciam, impius
propter timorem. Et si pauper
est pater et non habet diviciarum
copias quas relinquat filiis,
habet tamen nomine benedictionis
hereditatem qua sanctificationis
opes successoribus largiatur.
Et multo plus beatum quam divi-
tem fieri estimabat Joseph
sumere benedictionem. Denique et
filios suos obtulit Manassen
et Effrem quos benedixit Jacob,
ut quia xii habuit filios et
tribus duodecim futurus erat apostolus
Paulus qui posterior electus xiii ma
tribus de Manasse et Effrem
nepotibus constitueret. Imputa-
tur divisa quo Paulus non ex-
tra patriarcharum tribum numero inve-
niretur, qui veteris testamen-
ti et novi egregius predicator
paterne benedictionis hereditatem

sibi quod respexisse facile com-
probaret. Sed iam preclara et in
hoc misteria quod sumens
Joseph filios suos quos su-
sceperat in Egipto Effrem
ad dexteram suam ad sini-
stram autem Israel, prius sui Ma-
nassem autem a sinistra sua
ad dexteram autem Israel applica-
vit eos ante patrem. Extendens
autem Israel manum dexteram im-
posuit super caput Effrem qui
erat iunior et stabat a sini-
stra avi. Et sinistram suam
imposuit super caput Manas-
sen qui erat ad dexteram. Et
ita immutatis manibus benedixit
eos. In quo et Joseph nature
ordinem servavit ut seniori
filio plus deferret. Sicut ysa-
ac et in Esau priorem filium
benedictionem deferre cupiebat. Sed
iuniorem illum in typo iunioris
populi credidit preferendum, sicut
erat ipse a nutore prelatus. De-
nique Manasses ex oblivione
latina interpretatione signatur
eo quod populus iudeorum oblitus
est deum suum qui fecit eum
et gaudeat et ea plebe credidit
tamquam ex oblivione revocatur.
Effrem autem fecunditatem fidei
interpretatione non minus pollicetur
qui auxit priorem. Sic ait ipse
Joseph dicens: Quia auxit me
deus in terram humilitatis mee.
Quod proprium est populi iunioris
qui corpus christi augendo pa-
trem et deum populum non relinquendo.
Denique spiritualiter de populis hoc
esse misterium senior declaravit.
Nam cum filius eius putaret

errasse vices benedictionis aspecti-
convertere voluit manus eius
dicens. Non sic pater. hic enim
primitivus est. impone dexte-
ram tuam super caput eius
Et noluit sed dixit. Scio fili
scio. et hic erit in populum. et
hic exaltabitur. sed frater
eius iunior maior illo erit
et semen illius erit multitu-
do gentium. Denique preferendum
effrem seniori germano cau-
sam benedictionis series prophe-
tavit dicens. In vobis bene-
dicetur israel dicentibus. Faciat
vos deus sicut effrem et ma-
nasse. Et ideo cum essent nepo-
tes in locum filiorum sunt adop-
tati ut non essent a vite benedic-
tionis exceptos. Hac benedicti-
one celebrata vocavit etiam
filios suos. et qui ante iunio-
rem seniori pretulerat. cepit
a primo ut in illo misterii pre-
ferret gratiam in hoc ordinem
servaret etatis. Simul quia ante
in duobus benedixerat per mi-
sos cum omni posteritate. et
progenie futura et. Ne autem
superflua videatur plebis. ite-
rata benedictio. aut prior esti-
maretur infirma. acriorque
repetita magis annunciacio-
ne eorum que posterioribus
essent eventura temporibus. quam
benedictionem conferre se dicat.
Denique sic cepit. Ruben pri-
mitivus meus tu virtus mea
et initium filiorum meorum
durus portari et durus teme-
rarius affecasti contumelia.

sicut aqua non effervescas. Ascen-
disti enim in cubile patris. tunc
polluisti thorum quo ascendisti.
Non me redargui magis quam
benedici videtur. Et ideo prophe-
cia magis quam benedictio est.
prophecia enim annunciacio futurorum
est. Benedictio autem sanctifica-
tionis et gratiarum votiva colla-
cio. Et multi putabant quod hec
senex ad ruben filium dicat quia
cubilia concubina patris concubu-
it et thorum patris polluit. Sed
facile refellitur. hoc enim an-
terat gestum. Jacob autem que ven-
tura essent in novissimis
diebus. non ea que gesta fue-
rant spopondit se esse dicturum.
Ergo patriarche sibi congruit
et constat sententia. qui videns
persequentibus iudeis futuram
domini passionem. Execratur insania-
nem primogenite plebis auda-
ciam. quare incredula nec dei
legi subdita. et iugum christi dura
nesciens portare cervice auc-
torem vite non solum scelere-
neas. sed etiam sacrilege in-
sultacione affecit iniuria. Ne
effervescas inquit sicut aqua
ne in maiorem prorumpat ame-
nciam. et fervor furoris atque
insanie non sinat resipiscere
peccatores. sed agant peccato
penitenciam delictorum. Cum dominus
ipsius ascendit cubile patris
et thorum polluit sacrum. hoc
est carnem domini ipsius creatoris
nostri patibulo affigeres crucis
in qua velut in quodam cubile
et patris thoro sancti eius sa-
lutari refectione requiescant

Cruus igitur abnuat a populo dictu-
cum populo. licet universa contremant
Ipse enim dictus est primogenitus
Israel et ~~aposcentes~~ ipse dure esse cer-
vicis. a ipso dixit Moyses. Vos
autem populus dure cervicis estis.
Et revera quid tam durus et
temerarius et contumeliosus quam
populus iudeorum. qui dominum ihesum per
quem viderant mortuos suscita-
tos. cecos illuminatos. flagellis ver-
beraverunt. clavis confixerunt. cuius di-
vina eius opera negare non possent
David scribis et pontificibus lulto-
ribus et principe sacerdotum caypha
pariter sevientem consensu emi-
nentes declaravit. Et ideo sancta
Scriptura refugit tanti sceleris par-
ticipatum. nec per successionem ge-
neris audirent tamen patriarche
sibi arrogare consortium. detestatur
iustus et abdicat posteritatem
que ~~patrum~~ patruum non servaret
affectum. Et quia providit flagicium
perhorrescit consilii contagium. In con-
silium inquit eorum non veniat
anima mea. et in congregatione eorum
non contendant viscera mea. Quia
in ira sua occiderunt homines et in
cupiditate sua subneruaverunt
thaurum. Ecce dicit de filiis quos
dicit symeon et levi. sed eorum
nomine tribus signat que ap-
pellatione simili vocabantur. quia
hinc pertractationem pulcherrimam de-
rivat iudei et arbitrantur
quod propter ea arguat filios iacob
quod propter stuprum sororis
sichimitas. isti duo preter ceteros fratres
ultum ire cupientes simulaverunt
cum ipsis in ire velle se gratiam
et ideo opportere circumcidi eos
persuaserunt. ut religione con-

cordi pax inter eos. et reci-
pienda affinitatis societas fir-
maretur. Sed circumcisos adorsi
recentibus adhuc vulneribus
et invalidis viribus quos do-
lor solverat fractos dire sup-
venientes ense necaverunt.
Ideo et fortasse isti duo vel
tores preteriti quod scribarum
et sacerdotum auctores sunt.
Nulli enim magis quam sapi-
entes et sacerdotes debent
castimoniam vindicare. Sed
in hoc quod erant iudei isti enim
causas doloris sui prestiterant
patri asserentes se repulsa li-
bet etate iuvenili vindices
se fuisse pietatis. et vio-
late castitatis ultores. Sed
utique sanctius condempnare
non poterunt. quia non passi sunt in-
ultam sororem suam loco mere-
tricis. que et virginitatem
amiserat. et vindicte sola-
cium non habebat. optime
cum ipse sit factum plauserit
ut sichima possideret inmor-
tem donaret eam filio suo
dilectissimo Ioseph dicens
ad eum. Do tibi sicimam precipuam
super omnes fratres tuos quam
accepi de manibus amorreorum
in machera mea et arcu. quod
factum negari non potest. Inter-
pretari enim possumus per sicima
humeros significari per hu-
meros opera. Hereditas quod bono-
rum benedictionibus aperium
Secundum Ioseph preterea elegit
cuius opera fratres equare non po-
terant. Cuius enim facta ipsi
potuit adequare. Cum per ea

immaculatus et castus de hoc
treno diuisorio et impunitatis
auctoribus manubiis repor
tauit locum stupris et flagi
ciis vagantes sub incolatu scelerum
verbis celestibus et gladio capi
entis spirituali ut ubi inhabitato
res ante lasciuie et principes
luxurie versabantur ubi fuerat
incentiua libidinis et fome
ta nequitie ibi nunc sancti sa
cerdotes magisteria seruant
castitatis et plurima virgina
lis integritatis exempla
quodam superne lucis fulgore
resplendeant Tribus igitur
sunt que designatur nominibus
patriarcharum Quia de tribu
Symeon scribe sunt de tribu
leui principes sacerdotum qui
perfecerunt nequitiam suam in
domini passione in eisdem omnes
paterne impietatis impleti
Isti consilium cogitauerunt aduersus
dominum ihesum ut occiderent eum Sic
ysayas ait ve anime eorum quia
cogitauerunt consilium malum aduer
sum se dicentes alligemus
iustum quia inutilis est nobis
Isti occiderunt prophetas et apostolos
annunciantes domini saluatoris
aduentum passionis eius et
resurrectionis gloriam predicantes
Isti postea in sua cupiditate
quasi eterna flagicia desidera
bant diuina [struck through] consorcia
refugientes corporis castimo
niam sobrietatem mentis con
tempta pecunie lucri gratia
Subuertauerunt autem thaurum
illum videlicet cornua percutientem

et ungulas quem videant pauperes
et letantur Cum verbum dei
exaltauit cornu populi sui quo
et inimicos repulit et hominem
corone celestis emeruit hic
est thaurus quo eciam figuratur
in lumine tunc plenior cum
velut cornibus intra thaurum
eius spacium totius orbis inclu
dit [illegible] prophetie Hunc eciam
gratiam videtur benedictionis
adiungere [illegible] et ad primogeni
tum ruben dicendo Non infer
uescat aqua peccatum statuit
quia aqua incedere magis de
licta [illegible] [illegible] ab omni
solet vicio fervore penitencie
Et ceterum dicendo ad symeon
et leui diuidam eos in iacob
et dispergam in israel ostendit
generalem congregacionem redemp
tionis per passionem pastore grex
ille dispersus est qui fuerat
ante collectus ut qui non e
rat introiret et sic omnis israel
saluus fieret et maxime per
tribu leui debemus hec credere
Quia ex ea tribu dominus ihesus
videtur secundum corporis suscep
cionem genus ducere ex qua
tribu sunt sacerdotes leui et
nathan sicut ait sanctus lucas
in euangelii libro quem ipse scrip
sit inter maiores domini com
putauit Sacerdos enim patris
et princeps omnium sacerdotum sic
scriptum est Tu es sacerdos
in eternum Sacerdotalis originis
successionem debuit vindicare
Unde et apostolus (?) benedixit hac
tribu dicens Date leui sorte

xpistus ex tribu leui carnem suscepit

suffragii sui et veritatem eius
viso sancto. Benedixit moyses
etiam tribu ruben sicut habes
scriptum. Vivat ruben et non mo-
riatur et sit multus in numero.
Neque enim benedixisset si secundum patri-
arche sententiam benedictionis
cessisset indignus. Certe quod
sanctus ille precerit iste comple-
vit. Et quia per admixtionem ge-
neris et iuda et levi tribus
iuncte sunt, ideo matheus ex tri-
bu iuda descripsit eius fami-
liam. Et apostolus ait certum de
iuda ortus est dominus noster
ut ex tribu levi sacerdotalis et
plena sanctitatis adnumeretur
hereditas. Ex tribu autem iuda ex
qua david et salomon et re-
liqui reges fuerunt regalis
successionis splendor adful-
geat ut idem rex et sacerdos
scripturarum testimonio demon-
stratur. Meritoque sancta gratiam
iude iacob sanctus effudit di-
cens Iuda te laudabunt fratres
tui. Manus tue super dorsum
inimicorum tuorum. Adorabunt
te filii patris tui. Catulus leo-
nis iuda. Ex germine fili mi
ascendisti. Recumbens dormisti
ut leo et tamquam catulus quis
suscitabit eum. Non deerit prin-
ceps ex iuda et princeps de fe-
moribus eius donec veniat
cui repositum est et ipse expecta-
tio gentium. Alligans ad vitem
asinam suam et cilicio pullum
asine sue. Lavabit in vino
stolam suam et in sanguine
uve ambulacium suum. Hilares
oculi eius a vino et dentes
candidiores quam lac. O iuda

quidem patriarcharum digni videtur
alloquium. Sed iuda ille poste-
rior verus confessor exprimitur
qui ex ea tribu natus est
qui solus laudatur a fratribus
de quibus dicit Narrabo nomen
tuum fratribus meis. Dominus per
naturam, frater per gratiam, cuius
manus quas expandit ad
populum non credentem super dor-
sum inimicorum. Ipsis enim
manibus atque eius passio-
ne suos texit et subiugavit
adversarias potestates. Omnes quos
fidei et pietatis expertes sub-
ditos sibi fecit. De quibus ait
pater ad filium Et dominaberis
inimicorum tuorum. Servos in-
imicos sua fecit malicia non
christi voluntas in quo magna
gratia dei et etiam spiritales ~~gte~~
nequitie que ante terrenam
mentem iugo solebant capti-
vitatis infidelitatis. Ita ut david
ipse manus quodammodo super
se triumphantium sentire
se sciberet dicens Super dor-
sum meum fabricaverunt
peccatores. Ipse nunc subdite
christi triumpho et quibusdam
manibus eius id est factis
operibusque subiecte vectue
subeunt captivitatem eter-
nam. Ipse utique qui adoratur
a filiis patris sui quando ado-
ratur a nobis quibus ipse per-
misit ut patrem vocemus eius
fratrem esse dictus est. Catulus
leonis iuda. Leone evidenter
et patrem expressit et filium de-
claravit. Catulus tamen eius de
quo unius iste filius dei cum patre
esse docetur. Leo ille, hic ca-

tulus leonis / vili comparacione
eiusdem nature ac potestatis
unitas intelligitur / Rex ex
rege processit / fortis ex for
te quod futuros videbat qui
filium assereret minoris eta
tis / occurrit huius subiciens
Ex germine mi ascendisti re
cumbens dormisti ut leo
et tamquam catulus / Et alibi
habes / Vicit ipse est leo de
tribu iuda / Ergo qui catulum
dixerat bene statim leonem
posuit / hoc est dicit / Non ca
piantur aures vestre quod catu
lum audierunt / filium ex ipsi
no dixi minorem et ipse est leo
sicut pater / Audiant qui le
onem et catulum appellat
leonem quod perfecte plenitudinem vir
tutis catulum quod filium / Ne
quis cum audiret equalem
patris non putaret filium
Non sit laudatur filius ut
separetur a patre / Ille pro
bat equalem qui filium pro
fitetur / apertissime alibi et in
carnacionem eius expressit
dicens / Ex germine mi ascen
disti / eo quod tamquam frutex
ex in alvo virginis germi
navit / Et ut flos bonum odo
ris ad redemptionem mundi
totius maternis visceribus
in splendorem nove lucis emis
sus ascendit / Sicut ysaias dicit
Exiet virga ex radice iesse
et flos ex radice ascendet
Radix familia iudeorum / virga
maria / flos marie xpus
Recte virga quod regalis est
generis / de domo et patria

David / cuius flos xpus est / qui
fetorem mundane colluvionis
absoluit odorem vite infudit
eterne / Habes quod incarnatione
accipe passionem / Recumbens
inquit dormisti ut leo / quando
iacuit in sepulchro / velut
quodam corporis sui sompno
quietus / sicut ipse ait / Ego
dormivi et requievi et surre
xi quoniam dominus suscipiet me / Un
de iacob ait / quis suscitabit
eum / hoc est / quem dominus susci
piet / quamvis et alius ipsum resu
scitet / nisi ipse se sua patrisque
resuscitet potestate / Video na
turam carnis / video mor
tuum propria voluntate / video dor
mientem potestate propria qui
omnia suo fecit arbitrio / Cuius
altitudo ut resurgat egebit
auxilijs / Ipse igitur resurre
ctionis sue auctor est qui
mortis est arbiter qui ex
pectatur a gentibus / Et ideo
donec ille veniat non deficia
et dux ex iuda / ut usque ad
eius ortum regalis succes
sionis fides incorrupta fuerit
Postea enim / ut dominium extra
neo habito in herode / per hero
dem adulterata successio p
rogativam dignitatis amisit
Etenim qui verum regem negave
runt / falsos sibi reges receperunt
Ergo hoc dicit patriarcha / Ser
vabitur in iudeis vel regi
bus iudeorum intemerate suc
cessionis hereditas ducta per
reges / donec veniat cui re-

positum est ut ecclesiam dei congre
get ex toto cunctarum nationum omnium
et gentilium devocione populorum
hoc est ipsum manet / ipsi debitum
reservatur / Ipsi tamen gratie proroga
tiva defertur / et ipse est expe
ctatio gentium / plus dixit quam
si dixisset / ipsum expectat gentes
hii omnes spes omnes in ipso recum
bat / Ideo dicit apostolus / Solve cal
ciamentum pedum tuorum ne ipse
sponsus ecclesie crederetur / qui dux
plebis eligebatur / Ideo solvit
calciamentum suum / hic significatur
ut venturo tanti muneris gratiam
et ipse servaret / Ideo dicit propheta /
post me vir cuius non sum dignus
solvere corrigiam calciamenti eius
Ideo dicit / qui habet sponsam spo
nsus est / Amicus autem sponsi qui
stat et audit eum gaudio gaudet
hoc est ipse est vir ecclesie / hic est
expectatio gentium / huic deserentes
copule gratiam nuptialis / calciamen
tum suum solverunt prophete / hic spo
nsus est / Ego amicus sponsi
gaudeo quia venit / quia vocem audio
nuptialem / quia iam non dura pec
catorum supplicia / dura legis tor
menta / sed remissionem criminum
vocem leticie / sonum iocunditatis
exultacionem festi nuptialis
audimus / hic est ille alligatus
ad vitem asinam suam et cilicio
pullum asine sue ut fervore
spiritus sancti congregatio harum
nationum / ante remissa et ne
gligens / sed iam devota per
Christum / et viti illi proprie / hoc est
domino Jhesu qui ait / Ego sum vitis
pater meus agricola / velut
fructuosis palmitibus quibusdam
insolubilis fidei vinculis

alligemur / hoc est illud mi
sterium quod pullum asine sol
vi iussit in ewangelio / et ipse
dominus Jhesus sedit eum / ut alliga
tus ad vitem perpetua sanctorum
suavitate requiesceret / lavit
inquit in vino stolam suam
Bona stola est caro Christi
que omnium peccata operuit
omnium delicta suscepit / omnium
texit errores / Bona stola
que universos induit veste
iocunditatis / lavit hanc sto
lam in vino / quia cum bapti
zaretur in eufrate / Descen
dit spiritus sanctus sicut colu
ba / et mansit super eum / quo
significatur quod plenitudo spiritus
sancti individua in eo fuit
nec recesserit / unde et ewangelista
ait / Jhesus plenus spiritu sancto
dominus Jhesus regressus est a
Jordane / Lavit ergo stolam
suam Jhesus / non ut suam
que non erat / sed nostram
que erat sordidam ablueret
Demum addit / Et in sangwine
uve amabulacrum suum / hoc
est in passione corporis
sui diluit gentes suo san
gwine / et eum verbi amba
bulacrum gentes sunt / Sic
scriptum est / vivo ego dicit dominus
nisi omnes eos induam sic
vestimentum / Et alibi / Sic
amictum mutabis eos et
mutabuntur / Lavit ergo san
gwine proprio sua peccata
que non erant / sed nostra
que fecimus delicta inda

Et bene nam dixit cruia sic
ura pependit in ligno ipse e
vittis ipse est ura vittis ligno
adherens ura qz lancea
militis aptum lattus eius
sit aquaz et sanguinez Sic
eni dixit thus Johes cruia
exiuit de eo aqua et sanguis
Aqua ad lauacr sanguis
ad preciz Aqua nos abluit
sanguis nos redemit Et
ideo ait pphia Rubicundi o
culi eius a vino et dentes
candidiores quam lac Sig
ficans pphetas et aplos
Alij eni sicut oculi xpi pre
viderunt et annunciauerunt
eius aduentu de quibus
ipse dt Abrahaz diez meum
vidit et gauisus e Et vnus
de pphetis dicit vidi dnm
sabbaoth quem videntes spua
li leticia coplebantur Alij
vo hoc est apli quos dns
ab omi peccator labe mu
dauit Candidiores super
lac facti sunt quos macu
la postea nulla fuscauit
Etenim lac tpale est gra at
applor ppetua manet qui
nobis spualia illa atqz ce
lestia confitentes alimenta
mentis interne viscera sagi
narunt Sunt eni qui man
data dni lucida que diuino
ore prompta sut Sicut lac
nobis facta arbitrentur quibus
nutriti ad panis celestis per
uenimus alimoniaz Vn et
paulus ait lac vobis potu
dedi non escam nondum eni

poteratis Corinthios in pn
cipio fidei potu lactis imbuit
Sancti illi quor fides amica
in vniuso mo tanq ablactati
esca solidiore firmant Zabu
lon iuxta mare habitabit
et ipse in statione nauium
et ptendit usqz ad Sydonem
spua hoc vniues inter ptatio me
liora pmittit eo qd latina
expssio liberationem signficat
a venatoribus qd est vicibz bonuz
et eius qui speret in pennis
dni quem circumdat veritas
eius nec timeat a timore
nocturno et a negocio pambu
lante in tenebris Hic
go zabulon iuxta mare in
quit habitabit vt videat
alior naufragia ipse im
munis piculi et spectat
alios fluctuantes in freto
istius mundi qui circumferatur
omni vento doctrine ipse fi
dei radice immobilis pseue
rans Sicut est sacrosca
eccia radicata atqz fundata
in fide spectans hereticor
pcellas et naufragia iu
deor qui gubernatorem
quem habuerant abnega
runt Circa fluctus igr ha
bitat non fluctibus commoue
tur magistra ad subueniendum
parata quam piculo ob
noxia vt si qui tempesta
tibus acti quibus confugere
ad portu velint psto sit eccia
tanq portus salutis que
expansis brachijs in gremiu
tranquillitatis sue vocet per

inhitantes locum fide statio
nis ostendens. Erat igitur in
hoc seculo tamquam portus ma
ritimi per littora diffusi occur
runt laborantibus. Dicitur
esse credentibus refugium spa
ciosum quo ventis conquassata
navigia possint subducere.
In hijs ecclesijs sunt principes
zabulon et principes nepta
lim. Sicut docet lxvij
psalmus. Quorum alij libera
tores sunt a tempestate no
cturna clamantes. Abiciamus
ergo opera tenebrarum et in
duamur arma lucis. Alij sunt
latitudinis apostolice qui pos
sunt dicere. Os nostrum patet
ad vos corinthij cor nostrum
dilatatum est. Ipsi sunt isti qui
cum essent in tenebris lucem
viderunt magnam. Sicut propheta
testatur dicens. Regio za
bulon et regio neptalim
via maris trans iordanem po
pulus qui sedebat in tene
bris lucem vidit magnam
qui sedebant in regione um
bre mortis lux orta est eis.
Explorator igitur secundus ac
cessus navium posuit dominus de
us noster patriarche huius
heredes cuius cura pervigil et
spiritualis successio pertendit us
que ad sidonem. hoc est usque
ad greges pervenit ut domi
nica peccata abluat nacionum.
Sydon etenim primitivus est
filius cham. Filius utique qui
propter inverecundiam paterne pi
etatis maledictione dampnatus

est patris quo liberatos noctur
na tamquam in excubijs posita
propugnaculi spiritualis. ne qui
scopulosa vite huius possit
incidere. pertendit usque ad no
vissimorum criminum peccatores
et sydonios ipsos qui ante
sine statione vehementi ve
nientes scelerum non culpaba
tur. ut interpretacio docet. Plu
ta hereditate maledicti do
nat atque hereditate benedictio
nis absoluit. ut ubi maior
reatus erit ibi nunc uberior
sit gracia. Ysachar bonum concupi
uit requiescens inter medi
os sortes. et videns requiem
quia bona est. et terram quia pin
guis supposuit humerum suum
ad laborandum. et factus est
vir agricola. Ysachar mer
ces dicitur. et ideo refertur ad
christum qui est merces nostra
quod cum nobis ad spem salu
tis eterne non auro et ar
gento sed fide et devocione
meremur. unde et david de
ipso dicit. Ecce hereditas domini
filij merces fructus ventris.
Et de eo dicit a abyssis aper
tos ita mare inhitanaum
hic est qui bonum concupivit
ab initio et quod malum est
desiderare nescivit. De quo
ysaias dicit. Priusquam sciat vo
care patrem aut matrem non
credidit malicie eligens
quod bonum est. Requiescit
inter sortes veteris et
novi testamenti vel in medio

prophetarum. Deoque inter moysen
et heliam medius apparu-
it ut ostenderet nobis quod
cum sermonibus requiem
habeat. Per quos plerique
peccatis renunciantes re-
surgunt in deum vivum. Vel quod
ipsi sint testes resurrectio-
nis eius et beate quietis.
Itaque ut ad resurrectionis
sue gratiam vocaret gentes.
Ipsa est enim pinguis et fer-
tilis terra que fructus generat
et nos fructus centesimos
et sexagesimos. Subiecit
humerum suum ad laborandum
subiciens se cruci ut nostra
peccata portaret. Deoque
dicit propheta. Cuius principi-
um super humerum eius. Hoc
est super corporis passione
cum sublimitate potestatis. Vel
crux supereminens corpori
posuit ergo humerum in tribu-
latione omnibus subeundis
patiens contumeliis. Ita sub-
iectus labori ut vulneraretur
propter iniquitates nostras
et infirmaretur propter peccata
nostra. Et factus est vir a-
gricola faciens terram suam
bono seminare frumento
et fructiferas arbores al-
ta radice plantare. Dan iu-
dicabit populum suum tamquam
una tribus israel. Et factus
est dan ipsi serpens sedens
in via et in semita mor-
dens calcaneum equi. Et ca-
dat eques retrorsum. Sa-

lutem expectans a domino. Sim-
plex quidem intellectus hic est
quod etiam dan tribus iudicem
dederit in israel. Et enim post
iesum naue iudices fuerunt
plebis. De diversis tribubus
fuit autem et samson de tribu
dan et iudicavit viginti an-
nis. Sed non hunc prophetia
significat. Sed antichristum qui (Nota antichristus nascetur ex tribu dan.)
futurus est ex tribu dan
sevus iudex et tirannus im-
manis. Iudicabit populum suum
tamquam serpens in via sedens
dicitur temptabit eos qui vi-
am ambulent veritatis supp-
lantare cupiens veritatem.
Hoc est enim mordere equi cal-
caneum ut veneni suffu-
sione equus sauciatus et
vulneratus dente serpentis
levet calcaneum suum. Sicut
Iudas proditor temptatus a dia-
bolo levavit super dominum iesum
calcaneum suum. Ut deiceret eq-
uitem qui se deiecit ut omnes
levaret. Et cadit igitur non pro-
stratus in faciem quasi dormi-
tans sed retrorsum ut a su-
perioribus ad priora se exten-
dens a domino expectaret sa-
lutem. Sciebat enim se resu-
scitandum. Et ideo iacentem
adam expectabat erigere. Ut
nos tamen bene in via curra-
mus caveamus ne ubi
serpens lateat in semita
et subruat vestigium equi
hoc est corporis nostri et de-
iciat subito equitem dormi-
entem. Nam si vigilemus

Sopnus

cavere debemus aliquatenus
et morsus declinare serpentis
Non ergo nos opprimat sompnus
negligentie. sompnus scilicet non
opprimat sompnus divitiarum
ne de nobis dicatur / obdormie
runt sompnum suum et nichil
invenerunt omnes viri divitia
rum | Sed sunt et equites dor
mientes | de quibus scriptum est
| Dormitaverunt qui ascenderunt
equos | Si avaricia pectus
tuum vulneret | si libido infla
met | dormis eques. et ideo
corpus tuum hoc est equum
tuum non potes refrenare | Vi
gila ergo ut cadas si deiectus
fueris. hoc est mortuus
sis non obdormias | Qui enim
obdormivit sompnum suum
nichil invenit | Tu autem
expecta salutem a domino ven
turam. respice ut graciam
resurrectionis invenias.
| Dormiebat iudas. Denique
verba christi non audiebat | Dor
miebat iudas et quidem som
num divitiarum qui merce
dem de perdicione querebat
| Vidit eum dormientem dya
bolus et oppressum avaricie
sompno gravi. misit se in
cor eius | vulneravit equum
deiecit equitem quem separa
vit a christo | Hanc tribum
benedixit moyses dicens | Dan
catulus leonis | et effugiet
ex basan | hoc est ex con
fusione | unde secundum grecum
magis intelligere debemus
ex quo latinus transtulit

quadam in ipso factus sit
serpens in via sedens | Dan
iudicium interpretatur | et id
grave iudicii periculum
tribus ista subiit | Cui ser
pens in lapsus anticipatus
est qui ariditatem suis sau
ciavit venenis | Sed tamen ipsa
tribus liberabitur a con
fusione | cum fuerit confessa
dominum resurgentem | cui
ait | Qui me confessus fuerit
coram hominibus | confitebor
et ego eum coram patre
meo qui in celis est | Quadam
temptacio | Temptavit eum
et ipse | temptavit cum secta
phariseorum | Temptacio est con
gregacio et astucia scribarum
et sacerdotum | de domo legis
de tributo cesaris | et de
iohannis baptismate | ut
docuit scriptura temptabat
scribis dominum ihesum in sua
iusticia temptamentum
victor sit | Sextus phariseorum | hoc
est continuo sine ulla de
liberatione referens | quos
temptatores magis ipse con
cludit | Dicentibus enim in
qua potestate hec facis
non acquisita respondit | sed
certam ipse proposuit dicens
| Interrogabo vos et ego unum
verbum. quod si dixeritis
mihi | et ego vobis dicam in
qua potestate hec facio
| Petentibus | licet tributum
dari | cesari an non | Ait

Quid me temptatis ypocrite
ostendite michi numisma
census / Et offerentes illorum
interrogauit / cuius est ymago
et superscripcio / Dicunt ei
cesaris / Vbi igitur eos ligat
ipsorum sermonibus / ipsorum ob
ligacione constringit / Tunc
ait illis / Reddite que sunt
cesaris cesari / et que sunt
dei deo / vt contra verba sua
venire non possent / Denique mi
rati abierunt ab eo / Sed mirum
10 est nimirum si scitus predo re
spondeat qui ante predo pre
lebat / Exposuit euidenter
Moyses hanc prophetiam
Iacob sancti esse de cristo
Sic enim ait / Benedictus qui
ampliauit gadi / Sic leo
requieuit confringens bra
chia et principes / et vidit
ab inicio suo quod ibi diuisa
est terra principum collectorum
simul cum principibus populorum
iusticiam facit dominus et iudi
cium in israel / Agnoscimus
itaque quis requieuerit sicut
leo confregit brachia poten
cium qui a principiis diuisi
ones temptancium vidit
Vbi igitur hiatus est terre
qui absorbeat talium iniuriatores
vbi temptacio perfidorum est
Aser pinguis eius panis
et ipse dabit escam principibus
Aser interpretacione latina si
gnificat diuicias / Quis igitur
diues nisi vbi altitudo diui
ciarum est / sapiencie et sciencie / Quis
diues nisi dominus ihesus qui

habundat semper / et nunquam
deficit / pauper venit in hunc
mundum / et omnibus habun
dauit repleuit vniuersos / Diui
tus est in diuiciis / qui pau
pertate sua omnes diuites fecit
Sed pauper propter nos / diues
cum patre / pauper ille vt nos ab
inopia vindicaret / Sicut apostolus
docet dicens / Quia propter nos
pauper factus est / cum diues
esset / vt inopia illius nos dita
remur / Cuius inopia ditat / sa
nat fimbria / fames saciat /
mors viuificat / resuscitat se
pultura / Hic ergo est diues the
saurus / huius pinguis panis
quem qui manducauit esuri
re non potest / hunc panem dedit
apostolis vt diuiderent populo cre
dencium / hodieque dat nobis eun
dem ipse quottidie sacerdos con
secrat suis verbis / hic ergo
panis factus est esca sancto
rum possimus et ipsum dominum
accipere qui suam carnem no
bis dedit / Sic ipse ait / ego sum
panis vite / patres vestri man
ducauerunt manna in deserto
et mortui sunt / hic est autem
panis qui de celo descendit
vt si quis ex ipso manduca
uerit non moriatur / Et ne
quis putaret / quod de hac mor
te dicit que pacie et corporis
secessionem venit / et iure de
betur / cum sciat sanctos apostolos
hac morte esse defunctos ad
didit / Ego sum panis viuus
qui de celo descendi / si quis
manducauerit ex hoc viuet

De corpore christi

eternum. Hoc est non de tem
porali vita dixi supra nec de
morte istius vite, quia etiam
si quis mortuus fuit, tamen
si panem meum acceperit vi
uet eternum. Ille enim accipit
qui se ipsum probat, qui autem
accipit non moritur peccato
ris morte, quia panis hic re
missio peccatorum est. Moy
ses quoque pulcherrime propheta
uit in benedictionibus suis
dicens: Benedictus a filijs
asser, et erit acceptus fra
tribus suis, et intinguet in oleo
pedem suum, ferrum et erame
tum est calciamentum eius,
et sicut dies tui sunt, sic erunt
virtutes tue. Non est quasi
sicut est deus tuus in celo
adiutor tuus et magnus
decor firmamenti, et protegens
dei initij, et vires brachi
orum potentium, et eiciat a
facie tua inimicum dicens pe
reat, et inhabitauit israel fi
dens solus super terram Iacob
in frumento et vino et celum
tibi cum nebula roris erit. Nep
talim vitis remissa porrigens
in germine decorem. Sarmentum
vitis aliud amputatur quod
videtur inutile, ne cassa vitis
sarmentorum exultatione luxu
riet, et aliud paulisper recidi
tur ac remittitur ut fructum affe
rat, tamquam decus in generatione
porrigitur. Sursum dum ad
superna se subrigit vitem am
plectitur et ad verticem ascen
dens iugi quedam colla viti
um paradisi palmitis vestit
monili. Est et ille decorus
in generatione quia plenus pal
mitibus multos fructus
exundet, decorum hoc. Sed mul
to illud pulchrius quod,
hic decor palmitem vitis signi
ficat spiritualis, cuius nos
sacramentum sumus, et fructum
afferre possumus si mane
amus in vite. Sin autem pre
cidimur. Sanctus patriarcha
neptalim erat palmes
habundans. Unde et Moyses
dixit: Neptalim saturitas ac
ceptionum replebitur benedic
tione a domino, mare et afri
cum possidebit. Exponens
hoc quod Iacob dixerat quid
sit vitis remissa, hoc est
per fidei gratiam vinculis mor
tis exutus, in quo signi
ficatur populus dei ad liberta
tem fidei et ubertatem vo
catus gratie, toto orbe dif
fusus, qui iugum christi fructu
bono vestiat, et ligna ve
lut illius vitis, hoc est misteria
dominice crucis ambiat, nec time
at confessionis eius pericu
lum, sed magis etiam in
persecutionibus posita christi
nomine glorietur. Hic est
vere remissus a vinculis, qui
nullo nexu formidinis al
ligetur. Unde et propheta dicit:
Exibunt et repudiabunt sicut
vituli resoluti vinculis.
Decorque in germine suo decorem

porrigit | quia in loco pascuo col
locatus et super aquam refectio
nis educatus per sacramenta
regnacionis sic germinat bonum
verbi dotem et assumit in
illam pulcherimam xpi graciam
qui per venustatem tui decorem
augere | Demum super omnes deco
ris quod habet donat | quia
nemo potest donare quod non habet
Ideoque dictum est | Dominus regna
vit decorem induit | Induit
enim decorem eius gratiam | que in
illo lavacro deponens fedita
tem omnium delictorum splendorem ce
lestis enitet | Ideoque sponsus
de ea dicat | Que nam est hec
prospiciens tamquam diluculum spe
ciosa | sicut luna electa | sicut
sol irradians | sic ornata | Nunc
ut tamquam epilogo quodam con
cludamus historiam | Sic et
scriptura conclusit divina prophecia
sancti Jacob | de sancti Joseph
nomine digerentius · filius
ampliandus meus | Joseph
filius ampliandus meus ·
zelatus filius meus adole
scentior ad me revertere | In
quem consilium conferentes ma
ledicebant et invidebant me
um dum arcum | et contriti sunt
cum potentia arcus eorum | et
dissoluti sunt nervi brachiorum
manus eorum | per manus poten
tis Jacob | Inde qui prevaluit
Israel a deo patris tui | et adiu
vit te deus meus | et benedi
xit te benedictione celi a sum
mo | et benedictionem terre ha
bentis omnia propter benedictionem
uberum et vulve | Benedictiones
patris tui et matris preva-

luit super benedictiones montium
manentium | et desideriis collium
eternorum | erunt super caput Joseph
et super verticem eorum quibus pre
fuit fratrum | Hinc causa est quod
super omnes filios uberius Jo
seph filium prosecutus est pater
nisi quia in eo prefigurata iam
xpi videbat misteria | Unde be
nedicitur illum magis qui ex
pectabatur quam illum qui vi
debatur ait | filius ampliatus
meus Joseph | Cui est ampli
andus nisi xpus | cuius gratia
semper augetur | et finem pro
gressus sui non habet gloria | De quo
et Johannes dicit | Illum opportet cre
scere me autem minorari | Cuius
prius illud salutare preconium
quia nomen cumulata est in hoc
mundo | et habundavit gratia
filius ampliandus meus
Et ideo quia videbat eum cresce
re eo invidere ceperunt | In
telligibiles autem Joseph et ze
lum intendit abbines quos
magis fovebat | Demum dice
bat Non veni nisi ad oves per
ditas domus Israel | et illi di
cebant Nescimus unde sit
Ille curabat eos | et illi nega
bant eum | filius inquit meus
adolescentior | Revera adole
scentior | qui erat pene ulti
mus natu | Demum et scriptura
dicit | Amabat eum Jacob | quia
filius erat senectutis illi quod
etiam ad xpm refertur | Se
nescenti enim mundo | etiam oc
cidenti | illucescens dei filius
per manere virginis partum
sextus advenit tamquam filius

senectutis | secundum sacramentum su-
scepti corporis | qui erat ante se-
cula semper apud patrem, | Unde
dicit ad eum pater | Ut me reuertere
vocans eum ad celum dextris | que
propter nostram salutem miscebat
Itaque resuscitatione filium suum
unigenitum euacuauit consilium
maledicentium | Unde et ipse iacob
dicat | vanum consilium spiritus viri
Et copia que quasi iaculatores
sagittas dirigebat | Soluit omnia
contriuit eorum potentiam | qui in
suis virtutibus | et non in deo con-
fidentes erant | Unde inquit qui
preualuit israel a deo patris tui
et adiuuit te deus meus | quis
est qui confortauit israel et au-
diuit filium | nisi solus deus pater
qui dixit | Jacob puer meus
suscipiam eum | Israel electus meus
suscipiat eum anima mea | Et be-
nedixit eum benedictione celi
desuper | et benedictione terre ha-
bentis | Omnia enim subiecit
ei | Celestia sic benedictionem celi
Et terrena sicut benedictionem terre
ut et hominibus et angelis do-
minaretur | Itaque in illo velut
contemptibili corpore preualuisti
inquit propter benedictionem ube-
rum et vulue | Benedictiones
patris tui et matris ubera | vel
duo testamenta dixit | quorum
altero annunciatus est altero
demonstratus | Et bene ubera quo-
niam velut quodam nos spi-
rituali lacte nutritos colla-
uit | et obtulit deo filios | vel
manifeste dicit ubera que vere
benedicta erant | quibus sancta
virgo parvulo deum potum lactis mi-
nistrauit | Unde et illa mulier
in euangelio ait | Beatus venter
qui te portauit et ubera
que suxisti | Quod autem ait
vulue benedictionem patris tui et
matris | Si vuluam solam ma-
ne velimus intelligere | aut
utriusque benedictione coniunxe-
rit latebit causa | poterit
enim dicere de sola vulua ma-
tris | sed pulcherimus arbi-
tror | ut secundum spirituale mi-
sterium intelligamus utramque
generationem domini ihesu | et
secundum diuinitatem et secundum
carnem | qui ante secula est ge-
neratus ex patre | Unde et
pater ait | Eructauit cor meum
verbum bonum | eo quod ex illa in-
tima et irreprehensibili pa-
tris processit substantia et
in ipso est semper | Unde et
Euangelista dicit | Deum nemo
vidit unquam nisi unigenitus
filius qui est in sinu patris
ipse enarrauit | Sic ergo
sinus patris spiritualis intelligi-
tur intimum quoddam paterne cari-
tatis natureque secretum in
quo semper est filius | Ita
etiam patris vulua est spiritalis
intimationis archanum de quo tan-
quam ex genitali aluo processit
filius | Denique diuerse nunc
vuluam legimus patris nunc
cor eius quo verbum eru-
ctauit | nunc os eius ex quo
iustitia processit | ex quo pro-
dit sapientia | Sic ipse ait
Ex ore altissimi prodiui | Ista
tamen unum non desinit et unum

omnia donat. Spirituale magis
misterium generacionis pat-
ne quam membrum aliquod corpo-
rale significat. Sed sic illa
ex patre generacionem intelligi-
mus. Ita eciam ad consummaci-
onem fidei generacionem marie
intelligamus. Secundo benedicit
vulvam matris illa utique ma-
rie virginalis que nobis e-
didit dominum ihesum. De qua parte
dicit per Ieremiam prophetam. Pri-
usquam te formarem in utero
novi te. Et priusquam exi-
res de vulva matris sanctifi-
cavi te. Geminam igitur
propheta in xpo substanciam
declaravit divinitatis et
carnis. Alteram ex patre alte-
ram ex virgine. Ita tamen ut non
ex sorore sed divinitatis esset
cum ex virgine nascetur. Et
esset in corpore. Unde et convaluit
super omnes montes. Et desi-
deria collium eternorum. Super omnes
enim illos sublimis meriti
veros patriarchas et prophe-
tas. Et apostolos. Sed eciam ul-
tra solem lunam archangelos
tamquam celi lumine eminuit.
Sic ipse ait non est discipu-
lus super magistrum nec servus
super dominum. Cuius enim illorum
fuit cui subiecta essent omnia
quibus ipse donavit quod
erant. In quo benedicuntur
omnes sancti eius. Quia ipse
est super capita omnium caput
omnium. Caput enim mulieris vir
caput viri xpus. Et super
vertices omnium. Quia ipse est
super eminens vertex universorum.

Sed iustorum est vertex altissi-
mus. Quos scriptura vocavit acqui-
sitos per gratiam et quamdam re-
generacionem corporum. Unde et
fratres Joseph illos magis
fratres intelligimus. De quibus
dicit in psalmo. Narrabo no-
men tuum fratribus meis. In
medio ecclesie cantabo tibi. De-
nique et moyses completurus
vite istius cursum cum bene-
diceret tribui Joseph non illum
utique iam defunctum Joseph
sed xpum benedicebat. Sicut
habes scriptum de Joseph. A be-
nedictione domini terra eius. A
finibus celi et a rore et abys-
sis fontium deorsum. Et secundum
horarum fructum solis et lune
et a convencionibus mensibus
et a vertice montium. Ab initio
et a vertice collium eternorum
et ad horam terre plenitudinis
et ab eo qui visus est in rubo
veniat super caput Joseph
et super verticem ipsius hono-
rificatus inter fratres. Primoge-
nitus tauri decus eius
cornua unicornis in ipsis
gentes ventilabit simulque ad
extremum terre. Ipse misteria
de se firmet. Et ipse chiliades
manasse. Benedictio eadem est
que omnem boni et celestium et
terrestrium plenitudinem. Et
specialem xpi gratiam. Qui vi-
sus in rubo dixit. Sed ipsum
moyses solve calciamen-
tum pedum tuorum. Qui est
super omnes deus. Quia ipse est
caput corporis ecclesie. Qui est

principium primogenitus ex mor-
tuis / ut fiat omnibus ipse prima-
tum tenens / quia in ipso compla-
cuit omnem plenitudinem inha-
bitare / et ideo soli benedictio-
nis huius prerogatiua defertur
a summitate celi usque ad extre-
mum terre / Ipse est enim ante omnes
in quo constant omnia / qui et
per sanguinem crucis sue paci-
ficauit omnia / siue que in terris
siue que in celo sunt / Tamquam
typum preferens pulchre be-
nedicitur sanctus Ioseph / ut
honorificetur inter fratres
primogenitus thaurus decus
eius habens cornua unicor-
nis / in quibus gentes uentila-
bit / et bonus thaurus quasi
hostia pro delictis / et taurus
mundi uictima / ut pacifica-
ret omnia / cuius decus secundum
Omne enim secundum primogenitum
sicut alibi demonstrauimus
Unde et leui non etatis ordine
sed sacre successionis preroga-
tiua / primogenitus meruit
nuncupari / et uel secundum decus
eius de quo scriptum est resur-
gere / Speciosus forma pre
filiis hominum / Cornua ipse est pri-
mogenitus ex mortuis ha-
bens cornua unicornis / Sic-
ut dixerit cornua / quia uni-
cornis posuit requirendo
Cum ipsum unicornium inter
generationes ferarum / ut perhi-
bent non inueniatur / et ideo
uerbum unicum magis estima-
re debemus / quia substan-
tiuum uerbum dei unum est non
multa uerba / Unde et anna ait

Dominus iudicat fines terre et
dabit uirtutem / et exaltauit
cornu christi / et ysaias ait
Vinea facta est dilecto in
cornu in loco uberi / quia in
dei filio unigenito floret
ecclesia tenens uineam dei uer-
bum in quo est uirtutis atque sa-
pientie plenitudo / cuius
ubertate segetes fidei pu-
lulauit / quod uerbum secundum
sancti / Decem milia inquit
effrem / et milia manasse
id est et maiorum et minorum
coniungitur / et ex utroque po-
pulo acquiratur sibi ecclesie
plenitudinem / Hec atque dex-
teram suam super effrem
posuit sanctus Iacob / eo
quod legitur dicat ecclesia in
canticis canticorum / Frater meus
candidus et rubicundus elec-
tus de decem milibus / Denique
etiam dauid iuuencule ma-
rie auctor est / et cuius
successione christus est na-
tus / per uirginis partum
In decem milibus predicabatur
Saul autem in milibus cum
reuerentie gratiam etiam regi
magis preponi debuissent
Quia ergo cornu christi exal-
tauerat confessus eius gloriam
ipse qui accipiet cornua / Un-
de etiam sancti unicornui dicti
sunt in psalmo uersiculo / Et
dilectus tamquam filius uni-
cornuorum / Etenim sic animal
huiusmodi cum ei oriuntur cornua
processu / plenioris significat
etatis / ista cum capite concordat

nostre die cornua pullulare ceperunt pessimum videntur perfectionis significare virtutes et tamen diu complicantur. Hoc cornu dominus ihesus comminuit gentes ut supersticionem obtereret salutem redderet. Sic ipse ait: percuciam et sanabo. Ideo quasi tamquam mutator thauri huius prophecia dicit: In te inimicos nostros ventilabimus, id est altitudinem omnem elevatam se adversus dei sentenciam deponentes. Et ideo iuxta legem munda animalia cornua habent. Lex enim spiritualis est. Quomodo possunt seculi huius illecebras verbo dei et virtute observancia propulsare cornibus velut quibusdam capitis sui armis videntur esse munita. Oricontis et tuba cornea de virtutis sermonis mirabiliter que bonos milites christi ~~attendit~~ ad plenum attendit ut de hoste diabolo manubias reportemus. In acie igitur sumus et plurimos ex nobis videmus in adversariis castris esse captivos in nobis iugo iniussio servitutis exercendi. Sunt plurimos lupos habet diabolus quos ad christi oves dirigit. Et ideo intelligibilis Joseph ut oves servaret suas, lupum inimicum venientem ad diripiendas oves rapuit. Lupum paulum faciens et persecutorem doctorem. De quo dicit Jacob sicut scriptum est: Beniamin lupus rapax in mane comedet predam huc et ad vesperum dividet escam principibus. Lupus erat cum dispergeret et devoraret oves ecclesie. Sed qui lupus venerat pastor est factus. Lupus erat cum saulus esset qui intrabat in domos et viros ac mulieres trahebat in carcerem. Lupus erat qui spirans minas et homicidia in discipulos domini petebat epistolas a principe sacerdotum ut invaderet singulos christi. Quem tamquam lupum nocturnis tenebris obcecatum offusa christus luce cecavit. Ideo rachel cum pareret Beniamin vocavit nomen eius filius doloris mei. Futurum prophetans ex ea tribu paulum qui affligeret filios ecclesie persecucionis sue tempore et gravi matrem dolore vexaret. Sed tamen idem postea principibus escam posteriore divisit tempore evangelizans gentibus dei verbum et plurimos ad fidem provocans qui eo disputante sicut legatus pauli proconsulis et publius princeps domini graciam receperunt. Pulchre autem eciam Moyses cum benediceret Beniamin tribum dixit: Dilectus a domino habitabit fidenter et deus obumbravit super eum omnibus diebus et inter humeros requiescet dilectus a domino. Qui eciam vas electionis est factus. Sicut enim alter nisi dominum circumscribere

et amore clamosus | Unde et
ipse nichil merito tribuens suo
sed totum deferens xpo ait | Ego
enim sum minimus apostolorum qui
non sum dignus vocari apostolus
quoniam persecutus sum ecclesiam dei
Gratia autem dei sum id quod sum
et gratia eius egena in me
non fuit | Habitabit fiducialiter
in domo quam ante vasta
bat habitabit in thaberna
culis xpi qui ante sic persequ
ebatur in filiis | Et deus
obumbravit super eum quoniam
visus est ab eo xpus | Sci
licet apertis oculis nichil vi
debat | tamen xpm videbat | Et me
rito videbat presentem quem
eciam audiebat loquentem
Non terrestris est obumbra
tio ista sed que denique ma
rie dicta | Spiritus sanctus super
veniet in te et virtus altis
simi obumbrabit tibi | Et
inter humeros requiescet
hoc est inter bonos actus
et opera preciosa | Nam et supra
habes quod ysachar sup
posuit humerum suum ad la
borandum | et factus est
vir agricola | Quem paulus
imitatus posuit fidei novella
plantaria | Ideo quasi bo
nus agricola dixit | Ego pla
tavi appollo rigavit etc.

Finit de benedictionibus pa
triarcharum | l. defensione aut gratificacion
Incipit de apologia david
liber nonus | Thomas

Apologiam prophete
david presenti ar
ripuimus stilo
scribere | non
quo ille indige
at hoc munere
qui tantis meri
tis enituit vir
tutibus quibus efflo
ruit | Sed quia ple
rique gestorum eius lecta serie
non inspicientes vim scrip
turarum vel occulta misteriorum
mirantur | quod tantus propheta
adulterii primo | deinde homi
cidii contagia non declinave
rit | Ideo nobis studio fuit re
censere historiam que pa
tuisse peccato videtur | Itaque
in secundo regnorum legimus
libro | quod cum deambulans da
vid in domo sua regia pro
spexerit lavantem mulierem
nomen illi bethsabee | forme
gratia et vultus decore prestanti
que ad modum facie | quibus il
lecebris delinitum ponderi casus
suspisse affectum | Erat autem
mulier viro nupta | Urie nomine
marito | Cui mandatis regis
composita scena est necis
Nam et si nichil ad impedi
mentum cupiditatis | plurimum
tamen ad verecundiam adulte
rii obstare vita eius estima
batur | Itaque ut apostolus nobis
quoniam quem deus iustifica
tum tu diiudicas | Pro minimo
inquit mihi est | paulus ut a
vobis iudicer aut ab huma
no die | sed neque meipsum iudico

Spualis a nullo diiudicat nisi a solo deo

Et adhuc erat in corpore situs
adhuc temptacioni obnoxius
Sed ideo se no diiudicabat quia
spualis homine diiudicatur
nisi a solo deo Denique subdi
dit Qui aut diiudicat me dns e
Itaque nolite ante tpus iudi
care Sed dauid iam tempus
impleuit et gram meruit
et iustificatus a xpo est
Quando dauid se dici filium
ipe dns gratulabatur et q
cum ita cofitebantur illu
minabantur cur hominem
dei a primo iniudicau vocare
Iudicauit iam de eo dns Sic q
dicat ad salomonem Si ambu
laueris in cospectu meo sicut
ambulauit dauid pat tuus
in sanctitate cordis et iusti
cia sed hoc vt faceret scdm
omnia que mandaui ei Hic
go iudicio dignus an primo
est Qui fecit scdm omnia
mandata celestia ambulans
in sanctitate et iusticia cor
dis Vbi alior pcta et vi
cia delitescunt ibi dauid vir
tutis et grae diuinu accepit
testimonium et de eius pcto
disputamus ociosi p cuius me
rito et gra alior pcta reue
lata sunt Itam cu offendisset
Salomon quod no custodisset
mandata dni et regnu eius
dispossuisset deus scindere in
plurimas ptes ait ad eu Vert
tn in diebus tuis no faciam
hec ppter dauid prem tuu
de manu filij tui accipiam
illud Veruntn non totum
regnu accipiam sceptrum vnu
dabo ppter dauid seruum meu
tibi Iustificante igt domino
quis est qui tantu iudicat
diiim virum Eciam si dns inquit
mundauit tu come ne dixeris
Saluo tn iudicio celesti quo
eciam ipe honorificatus tm pphe
tam in eius actus mores que
ingredi Non mirari hoiem
et angelis adequandum iu
dicans plurimu vite sue imo
a puericia in diuiciis hono
ribus imperijs demoratem
in multis teptacionibus po
situm semel tn lotu errori
dedisse et eo errori quo
eciam angeli celor vt scrip
tura memorat de sua gra
et vtute decidi sunt Dame
et alter legit error ipius
quod numerari fecit ppim
vniusque virum per singulas (de dauid pnia)
horas qua multa delinquit
et tn vnusquisque de plebe pctm
suu no cofitendum putat
Ille rex tantus et potens ne
exiguo quidem momento ma
nere penes se delicti pas
sus est cofestim sed pri
matura cofessione atque
immenso dolore reddidit pec
catum suum dno Eciam in
uenit facile reperias ac
diuitem honoratum qui si
arguatur alicuius culpe
reatis no moleste ferat At
ille regio clarus imperio
tot diuinis pbatus oracu
lis cum a puato homine
corripetur qui grauiter

Dereliquisset non indignatus in-
fremuit sed confessus ingemu-
it culpe dolorem. Denique dum
dolor intimum mouit affectus
ut nathan diceret. Quoniam penituit
te et dominus transtulit peccatum tuum.
Maturitas itaque venie profu-
dam regis fuisse penitentiam
declarauit que tanti erroris
offensam traduxerit. Alij ho-
mines cum a sacerdotibus corri-
piuntur peccatum suum ingrauant
dum negare cupiunt aut de-
fendere. Ibique eorum maior est lap-
sus ubi speratur correctio.
Sancti autem domini qui consummare
certamen pium gestiunt et cur-
rere cursum salutis. Siquidem ubi for-
te ut homines corruerint non
magis fragilitate quam peccandi
libidine peccandi acriores ad
currendum resurgunt pudoris sti-
mulo maiora reparantes cer-
tamina. Ut non solum nullum at-
tulisse estimetur lapsus im-
pedimentum sed etiam velocita-
tis incentiua cumulasse.
Ergo si currentem non soluitur
cursus cum aliqui forte cecide-
runt non letantur contendo
sed inoffensa manent certamina
dominum etiam plerique post unum
aut alterum lapsum gratia maiore
vicerunt. Quanto magis agone
pietatis ingressi non debent uni-
us prolapsionis offensione
censeri cum beatus sit qui
se potuit reparare post lapsum.
Enim post mortem quoque re-
surgere munus beatorum. Alias

quo prodesse peccatum possumus co-
prehendere. Et prudentia domini
sanctis ob reprimere delicta pro-
positi eorum admittendum nobis
sunt. Et ideo curatum est ut et
ipsi aliquando laberentur. Nam si in-
offensum a vicijs inter tot
lubrica huius seculi circulum
peregissent. Dedisset nobis
occasionem in suis moribus
estimandi. Cuiusdam superioris
eos nature diuine fuisse. Ut
delictum recipere et culpe co-
sortium habere non possent.
Nunc eximio utique ut exor-
tes nos in illius substantia
ab impossibili imitatione
reuocaret. Ceciderunt igitur il-
los paulisper dei gratia ut nobis
ad imitationem vite eorum fi-
eret disciplina. Et sic inno-
centie ita etiam penitentie ma-
gisterium de eorum actibus su-
meremus. Ergo dum lapsus
eorum lego consortes etiam il-
los infirmitatis agnosco.
Dum credo consortes imitan-
dos esse presumo. Ut monet
etiam apostolus paulus se respe-
xisse dominum dedisse. Ne re-
uelationum sublimitate ul-
seculo omnium columnatem pro-
cessu. Humanus etiam in sanctis
extollitur affectus. Nec sibi
deputaret utique attribu-
erent sue. Quod diuina sibi
operatione collatum foret. Ergo
ne intra iudicium ruerent. Et
quod in presidie foueam dederent
passus est illos dominus submitto-
ire culpam ut et ipsi sentirent

diuinis se auxiliis indigere ducerent si labilis sue querelas esse cognoscerent. Denique paulus infirmitatem sibi affuisse testatur. Dixit et deum rogatum sibi ut ab eo stimulus carnis sue discederet. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate consummatur. Meritoque gloriatur in infirmitatibus. Sciebat enim virtutis habundancia plurimos etiam sanctos sine remedio corruisse. Quanto igitur quomodolibet vno aut duobus reprehensionis locis dedisse, qua traxisse impetum diuinitatis offensam. Quid etiam illam addicam quam et ipso vsu mundi committere possimus. Certamina plerosque cum in aliquo prevaluerint officio, contendi industrios atque impigros in aliud munere voluntatis excipi. Quam multi athlete cum isto certamine prevaluerint ad aliud genus vocantur certaminis. Quid si et te dominus deus tuus cum aliquod specimen virtutis dederis tue in aliquo virtutis genere vult probare. Job sanctum et virentem inoffense temptari tamen filiorum interitu et corporis totius vlceribus passus est, ut in hoc quoque eius virtutem probaret. Sic nec in iniuriis et acerbitatibus conatus deuotionem sui inmutet

affectus. Sed non liquet quod etiam sanctum dauid sic nobilem prestantissima mansuetudine manu fortem probare voluit quemadmodum vicium tegeret lapsu emendaret vt nos doceret quemadmodum possimus admissum operire peccatum. Nisi forte vilis causa alicui videtur vt propter nostram correpcionem tantus erraret propheta, cum apostolus enim redempcionem infirmitates nostras christus susceperit, qui peccatum pro nobis factus est cum peccatum non cognouit et indignum estimatur, ne videlicet credatur. Quod dauid propter posteritatis profectum in illud lapsus obprobrium inciderit cum ipse dominus pro nobis sit factus obprobrium. Sic ipse ait. Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abieccio plebis. Et alibi. Obprobria exprobrancium tibi ceciderunt super me. Ergo future dispensacionis misterium in suis ante premisit, et similiter quidem condicionis sue peccata portare, sed non potuerunt eciam ipsi expertes esse peccati. Dominus autem omnium suscepit alienum, et solus fuit sine consorcio delictorum ad summa. Apostolo quoque docente cognouimus in figura gesta esse complura tunc temporibus gesta superioribus sunt. Etiam cum dixisset in deserto patres a serpentibus necatos

non aliter potuisse sanari nisi
Moyses serpentem suspendisset
aereum, quo viso letales illi mor-
sus atque infusiones venenorum no-
xie quibus cruciabantur subicerentur. Nec
aut in figura facta sunt illius
ad nostram correptionem. In figura
aereus serpens tamquam confi-
xus cruci, quia verus
suo generi amicabatur significa-
ns qui serpentis diabolici vene-
na vacuaret. In figura male-
dictus in veritate autem qui
totius mundi maledicta dele-
ret. Alibi quoque idem ad Galatas
ait: Scriptum est duos filios ha-
buit Habraham, unum de ancilla
et unum de libera. Et subdidit:
Sed is quidem qui de ancilla
secundum carnem natus est, qui
autem de libera per repromissio-
nem. Que sunt per allegoriam
dicta
cuius sit per allegoriam in se-
quentibus exposuit evidenter
dicens: Duas illas generationes
unam de ancilla, alteram de li-
bera, duo esse testamenta,
unum quidem a monte Sina in ser-
vitutem generans, in quo le-
gem Moyses monte accepit
a domino. Alterum autem ab Jerusalem que
est libera, que in Ysaac fi-
lios hoc est in libertate gene-
rat, non in lege servitute gravante.
Servis enim pena decernitur,
liberis gratia confertur. Nunc
in typo gemine plebis Jacob
duas accepit uxores et ex eis
diversam sobolem procreavit.

Cur patriarcha Judas pro mere-
tricem nurus post filii sui mortem
legitur expetisse concubitum
quo geminus partus est editus,
nisi ut figura compleretur utriusque
duorum testamentorum? Quorum alter
in typo future mortis eius est
conditus, alter in Evangelii
veritate. Duos populos esse
generandos, quorum poste-
rior in cocci signo sepcionem
hanc muniendam populi superioris
invadet. Hic est populus manu
prior, ortu posterior. Vel quia
ipse dominus Jesus natus ex tribu
Juda ante premisit apostolos sua
quam nobis ex virgine nasceretur.
David et Joseph loquar, qui
a fratribus appetitus, exutus
patrio vestimento, lacu missus,
in servitutem venditus evidenter
ante incarnationem expressit
iudicium. Eo quod ille dilectus
patri cum esset in dei forma
non rapinam arbitraretur
esse se equalem deo, sed ipsum
se exinaniret ut formam servi
acciperet veniret et se ipsum
ad mortem crucis humiliaret.
Unicus patris et emptus et
venditus a suis fratribus genus
redemit humanum. In cuius
typo David minor electus
et fratribus unctus in regnum
solus belli gravis periculo
singulari certamine vincens
populum liberavit. Triumpha-
vit in decem milibus, ita
ut puelle cum tympanis

psallerent. Saul triumphavit
in milibus, David in decem
milibus. Tunc figura in illis
iuvencularum nisi aetatem que
triumphalem psalmum concinunt
Christo. Genuit ex se filios unum
incestum et alium patriarcham
eo quod incestus et parricidalis
plus ad figuram patibu
lis crucis carnem suam solatu
rus esset auctoris. Denique in
tercio psalmo Abessalon titulus
premittitur et passio domini prophe
tatur. Quid de Salomone
sancto loquar, cuius posteriora
quamvis errore non careant,
vulgus tamen iudaicum ipsum esti
mant venisse pro Christo. Et qui
multos graves errores offen
sa revocavit. Maior itaque
culpa plus profuit ne super
hominem crederetur qui vicio
non caruisset humano. Fuit
igitur in eo invidiosa sapientia
et culpa suasoria que ho
minem comprobaret. Quid
igitur obstat quominus
etiam Bethsabee sancto Da
vid in figura sociata fuisse
credatur, ut significaretur
congregatio nationum que non
erat Christo legittimo quodam
fidei copulata conubio, quod
transversariis quibusdam
foret vestibulis in eius gra
ciam preter legis iura prescrip
tum, in qua nuda intellectus sin
ceritas et apta simplicitas
lavacri iustificante misterio
veri David et regis eterni

mentem transduceret lacessere
caritatem. Merito venit occul
tus qui falleret principem
mundi, tamquam vir illum qui in
temptatione dicatur lumine meo
transfiguratum se in angelum
lucis. Venit igitur in hunc
mundum et venit occultus
tamquam adulter intravit ut ius
legittimum vindicaret. Sed ut mi
nimus allegationes validas
ut arbitremur et in figura fuis
se textum huius historie compro
bandum simpliciora respectamus
et tamquam communi spiritalibus
vestimentis introspiciamus
errorem. Peccavit David, quod
solent reges; sed penitenciam
gessit, flevit, ingemuit, quod
non solent reges. Confessus
est culpam, obsecravit indul
genciam, humo stratus deplo
ravit erumnas, ieiunavit, ora
vit, confessionis sue testimo
nium in perpetua secula vulga
to dolore transmisit. Quod e
rubescunt facere privati, rex non
erubuerit confiteri. Qui te
nentur legibus, audent suum
negare peccatum, dedignantur
rogare indulgenciam quam pe
tebat qui nullis legibus te
nebatur humanis. Quod pec
cavit, condicionis est; quod
supplicavit, correctionis. Lap
sus communis, sed specialis con
fessio. Culpam itaque in
cidisse nature est, diluisse virtutis.

Culpam incidisse nature est diluisse virtutis

Cuius gloriabitur inquit castum
se habere cor. Licet unius diei in
fans innuduo esse scripture testimo
nio declaratur. Sed michi aliquem
sine conlapsione peccati validissi
mus omnium sampson legitur. qui
etiam leonem suis manibus stran
gulavit. sed tamen amorem suum
suffocare potuisset. agressus in
tendit ~~allophilorum~~ philisteorum. et ipse mu
lieris unius cessit igniculo. Se
pte victor ab hoste remeavit
sed vexilla referens triumpha
lia. sine pictus est sacramento.
ut pietatem ostentatis filie par
riadio remunerandam putaret
primum omnium quod opus fuit tam
facile iurare. et incerta po
llicere precibus. quorum nesciret
eventum. Deinde aliquis sacra
menta tristia domino deo redderet
ut cunctis solvat sua vota
funeribus. Licet de sacerdotibus
silendum arbitror. Nec nostra
dictamus dissimulare delicta
Aaron ipse summus sacerdos quo
duce pariter ac moyse rubrum
pede mare transivit. populus
hebreorum. rogatur a plebe
ut deos sibi faceret quos ado
raret. aurum poposcit in ignem
misit et caput vituli figura
tum est. cui sunt oblata sacri
ficia. Cuius inductio claruit
cum cupiditatem materie
esse perfidie. et avaricie fun
do sacrilegia solere generari.
Iterum tantus sacerdos locum inde
dit offensionis. cui soror sua
maria. Illam fratri uterque obtrectat

incedit philisti
eos

quod alienigenam duxit
uxorem. Sequitur maria con
tagio maculose carnis
effloruit. Cuius locum cunctis
fuit figura misterii. quod
sacerdotalis ille populus pa
tre fraterno populo posterio
ribus temporibus derro
garet. Ethiopisse illius
nesciens sacramentum. Nam
si cognovisset non reprehen
disset. Cuius cum veteri mi
sterio convenerit. Itaque cum
iudeus cum qui ex gentibus
crediderit dicat esse commu
nem et velit a lege se tenere. Le
pram hoc quam non potest
evadere. nisi spiritualis ei legis
agnitio ad veniam fuit suf
fragata. Ergo et david
qui sciret hominem se esse
natum lapsum veniam postu
lavit domini aut non desperavit
misericordiam. Nec parabola videtur
a misterio discrepare. Cuius
enim dives vir in domino ihesus
qui de se ait. ut hodie le
ctum est. Cuius hoc quidam
cum dives esset abiit in re
gionem longinquam accipe
re regnum et reverti. Et vere dives
erat maiestate sue opibus
et divinitate. Cuius plenitudine
au
tudine an ~~evangelii~~ et ~~argen~~
archangeli. virtutes et po
testates et principatus domi
ni et dominationes. cherubin
et seraphin indefesso obse

quos pasciebant | Sed tamen cum di
ues esset reliquit nonaginta
et nouem in montibus duos
et unam ouem que lassa re
manserat requisiuit | Hanc
principes istius mundi contem
placione illius diuitis egre
nus et pauper | quasi filiam
elimentis propriis nutriebat
quem ita deserat cum
substancia erat cibus seli
| Exarauerat hec omnis in adam
insidiis sollicitata serpentis
et non mala omnis | que erat
verbi plena | Vt pote racio
nabilis ebdomadis filia et
sanctimonii | sanctioris tamen
non possessis aliquibus | sed vi
libus pauperis diu opibus e
leuatur | De eius inquit | de
pane eius manducabat et
de calice eius bibebat | et in
sinu eius dormiebat | Non
bona esca ethiopum neque
ius calix aureus babilon
qui gentes inebriat | Non
vtilis sompnus est dormie
tibus malo vigilare | Deni
que turbati sunt omnes insipi
entes corde | obdormierunt
sompnum suum | et nichil in
venerunt hospicii igitur
gracia quia susceperat ho
spitem | vt ei epulas ex
hiberet illam pauperis ouem
abstulit | De suis autem uel
gregibus uel armentis si
bi ad immolaret nos redimere
non poterat | Quod nisi im
molasset non redimisset | Infir
mitatis igitur nostre fragilitatis
in sua carne hospitali quodam
suscepit affectu | cum eleuaret
talis uel pocius refeceret
carnem suam salutari illi op
tulit passionem | vt cibum nobis
vite preberet eterne | Et bene agnam
dixit qui erat virginis partus
bene dignus morte pronunciat
principes isto iudicio prophetico | quia
et Caiphas prophetauit dicens
| Expedit unum hominem mori pro populo
Solus autem dominus ihesus tam dignus
electus est morte | qui tolleret
peccata mundi | pulchre quoque addidit
et agnum restituet | quia carnem
propriam resuscitauit | carnem il
lam virginalis integritatis reddi
dit | Nec illud ociosum quod ait
In quadruplum restituet | Qua
druplatur enim resurreccio mor
tuorum | Sicut docet apostolus di
cens | Seminatur in corrupcio
ne surgit in incorrupcionem
| Seminatur in ignobilitate sur
git in gloria | Seminatur in infir
mitate surgit in virtute | Semi
natur corpus animale surgit
corpus spirituale | Restituet pla
ne in quadruplum agnam
eciam illo modo | quod potest
iam homo dicere | Si cui ali
quid abstuli | reddo quadru
plum | Conuenienter eciam illud
iudicat | quia non pepercit | Non
enim pepercit sibi ipsius vt om
nibus subueniret | Ideoque dictum
est a domino ihesu christo ex semine
filii dauid | vt misterium

Declararet | quoniam tu fecisti in occul
to | et ego faciam hoc verbum coram
omni israel in conspectu solis huius
Et primo quidem nescientem sacra
mentum commotus est david
indignacione | sed non erravit
affectu | Postea vero ubi cognovit
misterium magnum | Magnum enim
sacramentum christi et ecclesie | vidit
remissionem omnium futuram peccatorum
providens fulgorem gratie per lava
tate tua syon et edifi
centur muri ihrlm. Nisi
quia accelerari ei placet ec
clesie. congregacionem pro
cacionem gencium. qui non
ancille filii sed libere ihrlm
illius que in celo est fi
deli sunt. quam sapiencia toto orbe
diffudit. et spiritualium septa
murorum doctrine apostolice
assercione fundavit. Apuri ita
quam ihrlm fidei propugnacula
disputacionum munimenta
vtilium culmina sunt. Apuri
ihrlm ecclesiarum conventus sunt
toto orbe fundati. Ecclesia enim
dicit. Ego murus et vbera
mea turris. Et boni ihrlm
muri ecclesiarum conventicula
cum quisque bona fide atque
ope ingreditur eandem. fit
superne illius civis et in
cola civitatis. que descendit
de celo. hos muros lapidum
edificat structura virorum
viventis igitur ihrlm veram et

syon dixit | Cum dilectus in
voluntate tua Ierusalem et syon
| tunc acceptabis sacri
ficium iusticie | hoc est
sacrificium corporis christi quod
et cum de propria passione
loqueretur | Aperite michi in
quit | portas iusticie et
ingressus in eas confitebor
domino | Et in evangelio ait ad
Iohannem | Sine | Sic enim oportet
nos implere omnem iusticiam
| Et in psalmo | Beati qui perse
cucionem paciuntur propter iu
sticiam | Iusticia temporis est
sacrificium quod christi accepta
bile futurum predixit | hoc
est quod de quo et supra dicit
| Sacrificate sacrificium iusticie
et sperate in domino | hec est
iusticia spiritualis | Oblacionis
et holocausti servicii de
vocionis | et infusionis spiritus
sancti quod dicit futurum du
dum illud spirituale domini altare
ceperit amoveri ante cre
dencium | que renunciantes vo
luptatibus atque deliciis ca
rnis arcat in visceribus suis
ducant | ut fructus precie possit
afferre cultura | vel certe
ita tu benedixeris celiam
ex gentibus acquisitam | et
spirituale sacrificium iusticie ce
perit frequentari | tunc et mar
tires sancti qui suum pro christo
corpus obtulerunt de ara

dum tamquam vituli sacris al
taribus offerentur | Sic et
in apocalipsim Iohannis
scriptum invenimus | quod sub
altari dei corpora erant | qui
pro domini ihesu nomine corpora
sua obtulere martyrio | ut
christi sibi graciam mercarentur
| Cui est honor et gloria la
us perpetuitas cum deo patre
et spiritu sancto a seculis | et
nunc et semper et in omnia
secula seculorum amen

Finit de apologia david

Incipit de Nabuthe et Achab
liber secundus

Nabuthe historia
tempore vetus
est usu quottidi
ana | Quis enim
divitum non quot
tidie concupiscit
aliena | Quis o
pulentissimorum
non exturbare con
tendit agellulo suo pauperem
atque inopem aviti ruris eli
minare finibus | Cuius contentus
est suo | Cuius non inflammet
cupiditatis animum vicina posse
ssio | Non igitur unus Achab
natus est | sed quod peius est
quottidie Achab nascitur
et numquam moritur huic seculo.

Si vnus occidit / exurgunt plurimi / plures qui rapiant / quam qui amittant / Non vnus Nabuthe paup occisus / Cottidie nabuthe sternitur / cottidie pauper trucidatur / Hoc metu perculsum humanum genus cedit iam finibus terris migrat cum parvulis paup / onustus pignore suo / Vxor sequitur in lacrimis tamquam ad bustum psequatur maritum / Minus tamen deplorat illa que deflet filiorum funera / que amisit coniugis presidium / Sepulcrum tenet et si filios non tenet tamen exules non dolet / Non ingemit graviora funeribus tenere prolis ieiunia / Quousque extenditis diuites insanas cupiditates / Numquid soli habitabitis super terram / Cur eiicitis consortem nature / et vendicatis possessionem nature / In commune omnibus diuitibus atque pauperibus terra fundata est / Cur vobis ius proprium soli diuites arrogatis / Nescit natura diuites / que omnes pauperes generat / Neque enim cum vestimentis nascimur / cum auro argentoque generamur / Nudos fundit in lucem / egentes cum cibo / amictu poculo / nudos recipit terra quos edidit / nescit fines possessionum / Sepulchro includit

Cespes / Angustus eque et pauperi habundat et diuiti / Et terra que inventis non cepit affectum totum tamen diuitem capit / Nescit ergo natura discernere cum nascimur / nescit cum deficimus / Omnes similes creat / omnes similes gremio claudit sepulchri / Quis discernit species mortuorum / Sed operi terram / et si potes diuitem deprehende / Excavato paulo post tumulum et si cognoscis egentem argue / nisi forte hoc solo quod plura cum diuite pereunt / Serice vestes et auro intexta velamina quibus diuitis corpus ambitur dampna viventium / non subsidia defunctorum sunt / Chirre vnguentum decipis diues / Et fetidus es / perdis alienam gratiam nec acquiris tuam / heredes relinquis qui litigent / heredibus relinquis depositum / magis hereditarium quam commodum voluntarium / cum quod relictum est minuere aut violare formident / Si frugi heredes sunt custodiunt / si luxuriosi exhauriunt / Itaque aut bonos heredes perpetua condempnas sollicitudine / aut malis dimittis quo tua facta condempnent / Sed quid arbitreris

quod dum viuis habundas om-
nibus / O diues nescis quam paup-
er sis quam inops tibi videaris
qui te diuitem dicis / Quanto
plus habueris / plus requiris
Et quicquid acquisieris tamen tibi
adhuc indiges / Inflammatur
lucro / auaricia non restringitur
Quasi gradibus quibusdam
cupiditatibus / Quo plu-
res ascenderit / eo ad altio-
ra festinat / Unde sit grauio-
ri ruina lapsuro / Tollerabili-
us tamen iste communis / Qui tenues
sui contemplatione medio-
cria requirebat / accessione
patrimonii accessit cupidi-
tatis augmentum / Non vult
esse degener / voto pauper in
desideriis / Ista duo intollera-
bilia simul iungunt / ut ambi-
ciosam spem diuitiis augeat
et non deponat mendicitatis
affectum / Denique docent nos
diuina scripta quam miser et
egeat mendicans diues / Rex
achab in israel erat et pau-
per nabuthe / Ille regum opi-
bus fluebat / iste angusti
soli possidebat cespitem / Ni-
chil pauper de possessionibus
diuitis concupiuit / Rex
sibi egere visus est / quia vine-
am habebat pauper vicinam
Uterque igitur tibi pauper videtur
qui contentus est suo / an qui
concupiscit alienum / Alter certe
pauper censu videtur / alter pau-
per affectu est / effectu diues

egere non nouit / Census habun-
dans nequit auari pectus
explere / Pro eo quod diues cupiditas
inuidia possessionis / et paup-
ertatis quieta est / Sed iam scri-
pture verba consideremus / Et
factum est inquit / post hec
verba / Erat vinea nabuthe
Iesrahelite in iesrahel iuxta domum
achab regis / Samarie / Et
locutus est / Achab ad nabu-
the dicens / Da michi vineam
tuam et erit in in ortum holle-
rum quia propinquat domui
mee / et dabo tibi pro ea aliam
vineam / Si vero non placuit tibi
dabo tibi pecuniam quod ista vi-
nea / et erit in in hortum ho-
lerum / Et dixit Nabuthe ad
achab / Non fiat hoc a deo ut
dem tibi hereditatem patrum me-
orum / Et turbatus est spiritus eius
et dormiuit in lecto suo / et
velauit faciem suam / et non
manducauit panem / Et pa-
sucerat super diuina scripta / ex
helisseus cum esset pauper reliquit
boues suos et cucurrit ad he-
lyam / et occidit eos et co-
quit populo / et adhesit prophete
Ecce contempnatorem igitur promissa
sunt diuitiis qui in isto rege
designabit / consideremus quis beneficia
sit iste Achab cui dominus et
regnum donauit / et pluuiam
helye patris oratione concessit
Diuina mandata violauit / Audi-
amus ergo quid dicat / Da mihi in-
quit / Cerne alta vox egere
est que vox alia supplicem

publicam postulamus. Non da michi
hoc est. Da michi quia egeo. Da michi
quia vivendi subsidium aliud habere
non possum. Da michi quia non est michi
panis ad victum, nummus ad potum,
sumptus ad alimentum, ad indumen-
tum substancia. Da michi quia tibi
dominus dedit michi largiri. Sed scis
michi non dedit. Da michi quia nisi tu dede-
ris habere non potero. Da michi
quia scriptum est: Date elemosi-
nam. Hec quam abiecta, quam
vilia non sunt humilitatis affectum
sed cupiditatis incendunt. In
ipsa autem dictione quanta
impudencia. Da michi inquit
vineam tuam. Confitetur alienam
ut poscat indebitam. Et da-
bo inquit tibi pro ea aliam vineam.
Dives quod suum est quasi vile fa-
stidit, quod alienum est quasi precio-
sum concupiscit. Si vobis pla-
cuerit et dabo tibi pecuniam.
Statim reprehendit errorem suum,
pecuniam offerendo pro vinea. Ni-
hil enim vult alium possidere
qui totum desiderat solus pos-
sessionibus occupare. Et erit
michi inquit in ortum holerum.
Hec erat igitur omnis insania,
hic omnis furor, ut spatium
vilibus holeribus quereretur.
Non tam ergo ipsi cupitis quod
utile possidere, sed alios vultis
excludere. Amplior vobis cura
de pauperum spoliis quam de
vestris emolumentis est. In-
iuriam vestram putatis si quid
pauper habeat, quod dignum
possessione divitis estimatur.
Nolite hoc facere, quia deus

pauperes non spernit. Dampnum
vestrum creditis quicquid alie-
num est. Quid vos delectat
nature dispendia? Universis creatus
est mundus, quem pauci di-
vites obtinere nituntur. Non enim terre-
na tantum possessio, sed celum,
aer, mare in usum paucorum
divitum vendicatur. Hic ager
quem tu diffusis includis
possessionibus, quantos alere
populos posset. Numquid angeli
divisi celi spacia habent
ut tu terram positis distin-
guis terminis. Clamat propheta:
Ve his qui domum ad domum
iungunt et villam ad villam,
et arguit eos inefficacis
avaricie. Fugiunt enim coha-
bitare hominibus, et ideo
excludunt vicinos. Sed fugere
non possunt, quia cum hos ex-
cluserint alios rursus
invenient. Et cum illos
expulsaverint, ad aliorum
necesse est eos viciniam per-
venire. Soli enim super terram
habitare non possunt. Avis se
avibus associat. Denique in-
gentis plerumque agminibus vo-
latu celum obtexunt. Pecus
pecori adiungitur, pisces pi-
scibus. Nec dampnum ducunt
sed commercium vivendi conplu-
rium comitatu capessunt
et quoddam munimentum sola-
cii frequenciores societatis
affectant. Solus tu o homo
consortem excludis, includis
feras, instruis habitacula

bestiarum destruis homines
includis maris intra praedia
tua ne desint beluae prorogas
fines terrae ne possis
habere finitimum audivimus
vocem divitis aliena quae-
rentis audiamus vocem
pauperis propria vindicantis
Non fiat inquit hoc a domino
ut dem tibi hereditatem
patrum meorum pecuniam quan-
dam contagionem sui pecu-
niam esse divitis arbitratur
quasi dicat pecunia tua
tecum sit in perditionem ego autem
hereditatem patrum meorum non
possum vendere habes quod sequa-
ris divites si capias ut
non vendas agrum tuum pro nocte
meretricis ne tu effundas ius
tuum pro sumptu comessationis
delectatus et impensis stoma-
chi ne adiudices domum tuam ad
ludum aleae ne ius hereditariae
pietatis amittas tristis au-
tem divitis turbatus est avari spiritus
regis et dormivit in lecto
suo et velavit faciem suam
et non manducavit panem suum
lugent divites si non potu-
erint aliena diripere si su-
is pauperes non cesserint faculta-
tibus vini in recione tegere
non possunt dormire desiderant
velant faciem suam ne
quicquam morbi tradere alic-
uius videat nequicquam in hoc
mundo non esse suum noverint
Ne audiant vicinum iuxta
se aliquid possidere ne audiat

pauperem sibi contradicentem hoc est
suum animae quibus dicat propheta
Expulistis divites et urgete
Et non manducavit inquit panem
suum quia quaerebat alienum etenim
divites alienum magis panem
quam suum manducant qui rapto
vivunt et rapinis sumptum ex-
ercent suum aut certe non
manducavit panem suum volens
se morte multare quod ei aliquid
negaret compara nunc affectum
pauperis qui nihil habet et ie-
iunare voluntarius non sed nescit
ieiunare nisi ex necessitate
non novit eripitis quidem pau-
peribus universa aufertis omnia
nihil relinquitis poenam tamen
pauperes vos potius divites
sustinetis illi ieiunat si non
habeat vos cum habetis vos potius
igitur plus poenam exigitis quam
pauperibus irrogetis vos igitur
vero affectu luctus miserae pau-
pertatis erumnas et pauperes qui
non habent quo utantur vos autem
nec ipsi utimini nec alios uti
sinitis Eruitis aurum de me-
talli venis et rursus abscon-
ditis Servatorum vitam nullus in-
foditis auro cui illa servatur
tu legitis de avaro divi-
te thesauros condit et igno-
rat cui congregat eos heredes
otiosus expectat heres fa-
stidiosus incrCpat quod sero
moriatur edit incremento
hereditatis suae ad dampna se
festinat quid igitur miserius
loquar nunc apud illum cui labo-
rate gratiam derelinquitis

Apud illum tota mensem dies to
leratus / famem quottidianam
mense vite / dividit metientes p
pter illum diurna adhibetis
ieiunia / Novi ego divitem in
agrum proficiscentem / panes
breviores urbe delatos nume
rare solere / ut quot numero panes
estimaretur / quot dies in agro
futurus esset / nolebat obsig
natum aperire horreum / neque de cre
dito minueretur / panis unus
dici deputabatur / qui tenaci
saciare vix possit / Comperi
etiam veri fide / si quod ovum erat
appositum / querere quod pulsus
esset excussus oculus / Hoc co
scribo ut cognoscatis vindicem
de ieiunio esse dei iusticiam / que lacrimis
pauperum refuso vlciscatur ieiu
nio / Verum religiosum est
ieiunium si sumptum convivij
tui deputaveris pauperi / Tol
lerabilior iam ille dives cuius
de mensa ea que cadebant pau
per lazarus colligebat / sa
turari cupiens / Sed tua vero
mensa multorum pauperum costa
bat sanguine / et ipsius po
cula multorum quos ad laqueum
coegerat rorabat cruo
rem / Quanti necantur ut
vobis quod delectet parentur
funesta fames vita / funesta
luxuries / Ille de summis cul
minibus ruit ut frumenti
ampla vestris receptacula p
paret / Ille de sublimi cul
mine alte arboris decidit
dum genera explorat uvarum

quibus digna ~~convivi~~ convi
viis tuis vina fundantur / Ille
mari mersus est dum veretur
ne piscis mense tue desit
aut ostrea / Ille brumali
frigore dum lepores investi
gare / aut laqueis stu
det aves capere diriguit / Ille
ante oculos tuos / si quid
forte displicuit verbera
tur ad mortem atque ipsas
epulas fuso cruore res
persit / Denique duces erat
qui sibi ad mensam caput
potentis pauperis iussit af
ferri / Et aliud unde sal
tatrici primum solveret non
invenerat nisi ut pauperem
iuberet occidi / Vidi ego pau
perem duci dum cogeretur
solvere quod non habebat
ad carcerem / quia vinum defuerat
ad mensam potentis / deduci
in auctionem filios suos
ut ad tempus penam differre
possit / Inventum forte a
liquem qui in illa necessitate
subveniret / Redit ad ho
spicium cum suis pauper / di
repta spectans omnia / in
ciperet sibi ad cibum relictum
ingemiscens filiorum fame
dolens / quod eos non po
tius ei qui possit pascere
vendidisset / Redit ad consi
lium vendendi sumit arbitrium
compugnabat cum inopie
miseria paterne pietatis
gratia / fames urgebat

ad precium / nam ad officium
commori filiis patri / quam
a filiis separari / Sepe quod
protulit / sepe revocavit
vicit tamen necessitas non volu-
tas et ipsa concessit pietas
necessitati / Considera quemad-
modum patrie metus procellas
excruciant / Quem de libe-
ris prius tradam / Quem
inspicit venditor prior / Scio
enim non satis esse unius
precium ad pastum reliquorum
hoc solum fecunditas dinco
ad erumnam / Quem offeram
Quem frumenti aucti au-
tionator libentius aspiciet
primogenitum offeram / Sed
primus me patrem vocavit
Hic est maior ex filiis
quem cognomine honoro se-
niorem / Sed iuniorem dabo
de istorum teneriorem a-
more complector / Illum
erubesco huius misereor
Illius gradum suspendo / huius
etatem / Ille iam sentit e-
rumnam iste ignorat / Ille
citat me illius dolor / huius
inscicia / Ad alios me con-
feram / Ille mihi plus blanditur
iste plus verecundatur / Ille pa-
renti similior / hic utilior
In illo ymaginem meam
vendo in isto spem meam
perdo / O me miserum non in-
venio quid faciam / non habeo
quid eligam / Circumval-
lat me factis calamitatum

erumnarumque chorus / Ferina hec
rabies est eligere quem tradas / Fe-
ra ipse cum periculum imminet ex-
pli ac sibi servavit / Solent
eligere quod libenter non quos
offerant / Quo ergo dissimulem af-
fectum nature / Quo obliviscar eius
erumnam patris mentem / Quo filii a-
ffectionem constituam / Quo sermo-
ne patris talium precium / quibus
tradam manibus in servitutem
filium / Quibus oculis aspiciam
servientem / Quibus oculis descen-
denti valediam / Quibus factum
excusem sermonibus / fili ego
te precio tibi vendidi / Funesta
ortu ego iam pauperis mensa / quam
divitis / Ille addicit alienos ego
meum vendo / Ille necessitatem
imponit / ego affero voluntatem
ut sit excusabilior causa / Ad
iaam fili cum fratribus tuis servicio
ut illi querant alimenta / Et
Ioseph a fratribus suis in servitu-
tem venditus / postea et ipsos
et patrem pavit / Vendebit ille
sed non vendidit pater / sed flevit
amissum / Sed postea etiam
ipse in potestatem divitis venit
et vix potuit liberari / propterea
genus eius divitiis Egypti
multa etate servivit / Veni me po-
stremo pater ea condicione
ne divites emat / Hec si fa-
tear verum quid faciam / nullum
vendam / Sed dum unum considero
omnes fame video perituros
Si unum tradam / quibus oculis vi-
debo ceteros de mea impietate
suspectos / ne alium quoque vendam

Quo pudore regrediar domum quo
modo intrabo / qua habitabo affectu
qui michi abnegaui filium quem
nis morbus assumpsit / non mors
abstulit / Vacua est stacia consi
derabo mensam meam / quam sic
nouella olimarum in circuitu tot
filij vestiebant / Hec paupertate
ponte deplorat / et tibi auaricia
aurem obstruit / nec mens tua
facti miserabilis horrore mol
litur / Ecclesia plus ingemiscit
solus durus non flecteris / Na
audis scripturam dicentem / perde
propter fratrem et amicum pecuniam
et non abscondas eam sub lapi
de in mortem / Et quia non audis
ideo exclamat / Ecclesiastes dicens
Est languor malus / quem vidi
sub sole / Diuicias custodiri
in malum possidentis eas / Sed for
tasse reddas domum cum vxore
conferas / Illa te hortetur vt re
dimas venundatum / immo ma
gis vt nudum muliebrem co
feras inpotens uel paruum
paruum pauperem liberare / Illa
tibi imponet sumptuum necces
sitatem / vt gemma bibat madr
inat / margarita splendare
ambiat / digito onerare manus
ceruicem monilibus delectat
et compedibus mulieres
dum modo auro vrgentur / non
putant onerata esse / si preciosa
sint non existimantur vin
cula esse / si preciosa sint non
existimantur vincula esse
si in hiis thesaurus consistat
delectant et vulnera vt aurei
auribus inseratur / et marga
ritae pendeant / Habent et
gemme pondera sua / habent
et vestes frigora sua / su
datur in gemmis / alget in se
ricis tamen precia uiuunt et ge
nera aduersatur / commendat aua
ricia / Smaragdus et iacinctum
berillum / achates / topazi
on / amatistum / iaspidem / sardium
summo querunt furore / vel
si dimidium patrimonij pereat
non parcunt stipendio / dum
indulgent cupiditati / Non
ab vno gratum / quedam la
pidum istorum esse fulgorem
Sed tamen lapides et ipsi amo
nent contra naturam expoliti
vt saporem deponent asperi
tatis rigorem magis meret esse
pollientes / Cuius artifex
vnius diem vite hominis potuit
adiungere / eorum diuicie ab
inferno redimerunt / Cuius
egritudinem / pecunia miti
gauit / Non in habundancia
inquit vita eius / Et alibi
Nichil prosunt thesauri in
iusticie / Iusticia autem liberat
a morte / Merito clamat
Dauid / Diuicie si affluant
nolite cor apponere / Quid
enim vobis prosunt / si me a
morte liberare non possunt
hic aquiruntur / hic relin
quuntur / Sompnium igitur
loquimur / patrimonium vnde
venerit / Secundum prophetam de diui
tibus / Dormierunt sompni
um suum et nichil inuenerunt

Quid sit dives

omnes viri divitiarum in mani-
bus suis / hoc est inventi in-
venerunt opibus suis divi-
tes / qui nichil pauperi con-
tulerunt / nullius iuverunt
inopiam / nichil ad utilita-
tem suam proficiens reppe-
rire potuerunt / spiritum non
considera / ditem dicunt gen-
tiles / inferi praesulem / ar-
bitrum mortis / ditem appel-
lant et divitem / quod nisi
mortem divites inferre non
noverit cui regnum de mor-
tuis cui sedes inferna sint
Quid est enim dives nisi in-
explebilis quidam gurges
divitiarum / et inexplebilis au-
ri fames aut sitis quo
plus hauserit / plus inar-
descit / Qui diligit inquit
argentum non saciabitur
argento / Et infra / Et est
hoc pessimus languor / sicut
enim venit ita et abiit et
habundancia eius laborat
inventum / Et quidem omnes di-
es eius in tenebris et lu-
ctu et iracundia multa / et
languor et ira / ut tollera-
bilior sit condicio servorum
illi enim hominibus serviunt
iste peccato / Qui enim facit
peccatum servus est peccati / semper
in laqueis / semper in vin-
culis / numquam liber a com-
pedibus quia semper in criminibus
quam misera servitus servi-
re peccatis noctis ipsius / nescit

munilia / nec somni ipsius vi-
ces novit / Dulcis tibi fingitur
suavitate / cum nullum est
in munere servicium / Dulcis
enim somnus servi / et si modi-
cum et si multum edat / et
saciato diviti non est / qui si-
nat eum dormire / Denique ev-
vangelico utamur exemplo / ut
probemus divitem dormire non
posse. excitat eum cupiditas
exagitat cura pervigil / alie-
na rapiendi torquet invi-
dia mora vexat / sterilitas
proventuum inquietudinem parturit
sollicitat habundancia / Un-
de illi diviti cuius possessio u-
beres fructus attulit / qui
cogitabat intra se dicens / Quid
faciam / quia non habeo quo con-
gregem fructus meos / Et dixit
hoc faciam / destruam horrea
et maiora faciam et illo congre-
gabo omnia / que nata sunt mihi.
Et dicam anime mee / anima
habes multa bona in annis mul-
tis reposita requiesce man-
duca bibe et epulare / Dixit
deus / Stulte hac nocte animam
tuam repetunt a te que autem
parasti cuius erunt / Nec ipse [illegible]
deus eum dormire permittit
interpellat cogitantem exci-
tat dormientem / Sed nec ipse
se quietum patitur esse / qui
de habundancia sollicitatur
et in ubertatem fructuum no-
tem egentem emittit / Quid
faciam inquit / Nonne hec pau-
peris vox est non habentem

subsidia vivendi / egens omnia huc
atque illuc respiciat / scrutatur ho-
spicium nichil invenit ad usum
alimenti / considerat nichil misera-
bilius quam fame consumi / et sibi
indigentia mori / querit mortis
compendia / et tolerabiliora sub-
eundi supplicia rimatur / arri-
pit gladium / suspendit laque-
um ignem adolet / explorat
venenum / et inter hec dubius
quid eligat dicat / Quid faci-
am / Demum vite huius sua-
vitate revocatus cupit re-
vocare sententiam / si possit vi-
vendi substantiam reperire / respi-
cit nuda omnia / vacua omnia dicit
Quid faciam / Unum in alimenta
unum vestitus / volo vivere si ha-
beam quo possim vitam hanc
sustinere / Sed quibus aliis quoque
subsidiis / Quid faciam inquit
quibus non habeam / Clamat se
dives non habere / paupertatis hic
sermo est / de inopia queritur
habundans fructibus / Non
habeo inquit quo congregem
fructus / putares illum dicere
Non habeo fructus / unde vivendum
est michi / Beatus qui ha-
bundancia sua periclitatur / immo
miserior iste fecunditatibus
suis quam pauper cui periculum
de egestate est / habet ille
unde excuset erumnam / habet
~~ille unde excuset~~ terre iniu-
riam non habet culpam / iste
non habet quem preter se arguat
Et dixit hoc faciam / destru-
am horrea / plures adeunt

illum dicere / Aperiam horrea
ingrediantur / qui tolerare
famem non queunt / veniant
inopes / intrent pauperes / re-
pleant sinus suos / Destru-
am parietes qui excludunt
esurientem / Ut quid ego ab-
scondam cui deus fecit / ha-
bundare quod largitur / ut quod
repagulis portarum / claudam
frumenta / quibus deus totum
replevit camporum ambitum
que sine custode nascuntur
et habundant / victa est spes
avari / rumpuntur vetusta
horrea messibus novis /
minus habui / et frustra
servavi plus natum est cui
congrego / Dum incrementa
veterum aucupor / amisi usu-
ras presentium / ubertates anni su-
perioris frumento potui a-
nimas pauperum reservare
hec me magis delectarent
precia que non nummo esti-
mantur / sed gratia commita-
bor secutus / Joseph humani-
tatis predicatione / clamabo
voce magna / Venite pau-
peres edite panes meos
expandite gremium / suscipi-
te frumentum / fecunditatis
divitias / totius orbis ha-
bundancia / omnium debet esse
fertilitas / Tu vero non
hoc dicas / sed ais / Destruam
horrea / Recte destrues
ea / quibus nullus pauper
emissus relevatur / horrea

iniquitatis receptacula, non pieta-
tis subsidia. Recte destruit qui
sapienter edificare non novit.
Destruit sua divicias qui nesciat
cerna(?). Destruit horrea qui non
novit sua frumenta dividere sed
claudere. Et maiora inquit facia-
am. Infelix, vel id dispensato pau-
peribus quod pro sumptu edifica-
tionis impenderes, dum liberali-
tatis graciam refugis, divina edi-
ficacionis cumulus. Et addit:
Illo congregabo omnia que na-
ta sunt mihi, et dicam anime mee:
Anima, habes multa bona. Confi-
tetur avarus se ubertate pro-
ventuum dampnum(?) vilitatem alimo-
nie calculatur. Fecunditas enim
universorum, et sterilitas solo a-
varo est questuosa. Delectatur
magis enormitate preciorum quam
habundancia copiarum, et magis
vult habere quod solus quam quod cum
omnibus vendat. Vide timentem
ne superfluat cumulus frume-
torum, ne super horrea redun-
dans effundatur in pauperes
et boni alicuius occasio indige-
ntibus acquiratur. Soli sibi par-
tus terrarum vendicat, non quod
ipse uti velit sed aliis denegare.
Habeo inquit multa bona. Ne-
scit avarus bona nisi ea que
questuosa sunt nominare. Sed
acquiesco ei ut bona dicatur
que sunt pecuniaria. Cur ergo
de bonis facitis mala, cum de ma-
lis bona facere debeatis? Scriptu-
est enim: Facite vobis amicos de
mamona iniquitatis. Et ergo qui
uti sciat bona sunt ei, qui uti
nesciat recte mala. Dispersit

dedit pauperibus, iusticia eius ma-
net in eternum. Servivit hec melius.
Bona sunt si pauperi largiaris,
in quo debitorem tibi deum quadam
pietatis feneracione constituas.
Bona sunt si aperias horrea
iusticie tue, ut sis panis pau-
perum, vita egencium, oculus cecorum,
orbatorum infancium pater. Habes
unde facias. Quid vereris? Dica-
te voce convenio(?): Habes multa
bona in annos multos posita.
Potes et tibi et aliis habundare.
Habes fecunditatem publicam.
Quo deformas horrea? Ostendo
tibi ubi melius tua frumenta
custodias, ubi bene sepias, ut
fures tibi ea auferre non possint.
Include ea in corde pauperum,
ubi ea nullus curgulio con-
sumat, nulla consumat vetu-
stas. Habes appothecas inopu-
sinus. Habes appothecas viduarum
domos. Habes appotecas ora
infancium ut dicatur tibi: Ex
ore infancium et lactancium
perfecisti laudem. Iste sunt appotece
que maneant in eternum. Ista
horrea que fecunditas futura
non destruat. Stamen(?) quid iterum
facias si tibi plus natum
fuerit anno sequenti? Iterum ergo et
illa destrues que nunc facis,
paras et maiora facies. Dat
enim tibi deus fecunditatem ut
aut vincat aut condempnet
avariciam tuam, quo excusacionem
habere non possis. Tu vero, quod pro te
multis nasci voluit, tibi soli
reservas, immo et tibi adimis.
Ampliaris enim servares tibi, si disp-

contra de quo [illegible]
avaros in
copia bonorum [illegible]

turcs alijs | Bonorum enim fructus
munera meos ipos tolulerunt
qui reuertitur | et gratia liberali
tatis in auctorem redit | Denique
scriptum est | Seminate vobis ad iu
sticiam | Esto spiritualis agricola
sere quod tibi prosit | bona facito
in corde viduarum | Si terra tibi
fructus reddit vberiores quam
acceperit | quanto magis misericordie re
muneracio reddet | multiplicata
omnia ea que dederis | Denique o
homo nescis quid erit partu pre
venit dies mortis | nunc autem
messium mortis concludit | assistunt
iam qui reposcant animam tuam
et tu adhuc differs opera fructus
tuorum | Tu adhuc queris tibi in
uenendi longa mercimonia | Stulte
ac nocte animam tuam repetunt
a te | Bene ait nocte | Nocte
enim auari reposcitur a tene
bris incipit | et in tenebris per
seuerat | Auaro nox semper est
Luces iusto | Cui dicitur | Amen amen
dico tibi hodie mecum eris in pa
radiso | Stultus autem sicut luna mu
tatur | Iusti autem fulgebunt
sicut sol in regno patris sui
Recte arguitur stultitie | qui
in manducando et bibendo lo
cavit spem suam | et ideo tempus
ei mortis vrgebatur | Secundum
quod dictum est ab ipsis qui gule
fuerunt | Manducemus et bi
bamus | cras enim moriemur
Recte dicitur stultus qui ante sue
corporalia subministrat | et
recondit que cui sunt igno
rat | et ideo ei dicitur | Que autem
parasti cuius erunt | Quid quod

tidie mercimoniis | et numeras
et obsignas | Quid auctor tru
tinas argentum pecunias cen
tum melior est liberalem esse
dispensatorem | quam sollicitum
custodem | Quantum tibi prodesset
ad gratiam multorum pupillorum
presentem nominari | quam innu
merabiles stateras in sacello
obsignatas habere | Pecunia
enim [illegible] relinquitur | Gratia
nobiscum ad iudicem
vencio defertur | Sed fortasse
dicas quod vulgo solet dici
Non debemus ei donare
cui deus ita maledixit
vt eum egere vellet | Sed non
sunt pauperes maledicti
cum dictum sit | Beati pauperes
quoniam ipsorum est regnum celorum
non de paupere sed de diuite
scriptura dicat | Acceptans precia
frumenti maledictus erit
Denique non requiras quid
vnusquisque mereatur | Misericor
dia non de meritis iudicare
consueuit sed necessitatibus sub
venire iuuare pauperem non
examinare iusticiam | Scriptum
est enim | Beatus qui intelligit
qui compatitur ei | qui aduertit
consortem esse nature | Cum cogitat
quod et diuitem et pauperem
fecit deus | Cum sciat quod
sanctificet fructus suos | si de
hijs dederit aliqua paupe
ribus porcionem | Ergo cum
habeas vnde bursaceas | ne
differas dicens | Cras dabo
sic largiendi amittis copiam

periculosa est et altius sa-
lute dilatis / ut fieri potest dum
tu differs ille moriatur / ma-
gis ante mortem pauperis
ne forte avaricia te / et
cras impediat / et promissa
fraudentur / Sed quid dicam
ne differas liberalitatem
utinam non ad properes rapi-
nam / utinam quod concupi-
eris non extorqueas / utinam
alienum non petas / negatum
permittas / excusatum patien-
ter feras / Non audis illam
Jezabel que est avaricia / que-
dam profluvium vanitatis
dicentem / ego dabo tibi possessi-
onem quam desideras / tu tri-
stis es quia non mensuram con-
siderare iusticie / ut alienum
non eripias / ego habeo mea
iura habeo meas leges / ca-
lumpniabor ut spoliem / et
ut possessio pauperis eripi-
atur vita pulsabitur / Quid
enim aliud nulla historia nisi
divitum avaricia describitur / Que
est vanum profluvium quod etiam
fluvium modo rapiat / et nul-
lius vi composita transducat
hoc est Jezabel non una sed
multiplex non unius temporis sed
temporum plurimorum / Hec omnibus
dicat / sic illa dixit / viro suo
Achab / Surge manduca pa-
nem / et redi ad te / Ego tibi
dabo vineam Nabuthe Jezrahelite
Et scripsit librum nomine Achab
et signavit anulo illius
et misit librum ad seniores

et ad liberos eos qui morabantur
cum Nabuthe / et erat scriptum
in libro Jeiunate ieiunium / et
constituite Nabuthe in principem
populi / Et constituite duos viros
filios iniquitatis et diversos contra eum
ut falsum testimonium perhibeant
adversus eum dicentes / Maledixit
deum et regem / et producite eum
et lapidate / Quam evidenter
expressa est divitum consuetudo
contristantur si aliena non rapi-
ant / renunciant cibo / ieiunant
non ut peccatum minuant / sed ut
crimen admittant / Videas illos
tunc compromittentes ad ecclesiam of-
ficiosos humiles assiduos
ut affectum sceleris impetrare
mereantur / Sed dicit illis deus
Non hoc ieiunium elegi / Nec si
flectas ut circulum collum tuum
cinerem et cilicium substernas
nec sic vocabitis ieiunium ac-
ceptum / Non tale ieiunium elegi
dicit dominus / sed solve omnem colli-
gationem iniusticie / dissolve col-
ligationes violenciarum commu-
tacionum / dimitte confractos
in remissionem / et omnem con-
scriptionem iniquam disrumpe / fran-
ge esurienti panem tuum et ege-
nos non habentes tectum induc
in domum tuam / Si videris nu-
dum cooperi et domesticos se-
minis tui non despicies / Tunc
orietur tibi matutinum lumen
tuum / et sanitas tua matura
orietur / et precedet ante te iusticia
et maiestas dei circumdabit te
Tunc clamabis / et deus exau-
diet te / adhuc te loquente

Nabuthe Iezrelita moritur Achab vineam tollit

dicet. Etiam agrum pauperis divites
quid Dominus Deus dicat. Et tu ac-
cepta venis mutua ut aliquid
largiaris pauperi, sed ut aufe-
ras. Ieiunas non ut conpunctio
tui spiritus sumptus efficiat ege-
nis, sed ut spolia de egentibus
adipiscaris. Sedes tibi vis cum
libro et cartis et signaculo et
conscriptione et vinculo iuris.
Non audisti: Solve omnem colliga-
tionem iniustitie, dissolve obli-
gationes violentarum commuta-
tionum, dimitte confractos in re-
missionem, et omnem conscriptionem
iniquam disrumpe. Tu mihi ta-
bulas offers, ego tibi recito Dei
legem. Tu atramento scribis,
ego tibi spiritu Dei inscripta repeto
oracula prophetarum. Tu testi-
monia falsa componis, ego testi-
monium conscientie tue posco,
quem iudicem tu effugere et de-
clinare non poteris, cuius te-
stimonium non poteris recusare
in die qua revelabit Deus oc-
culta hominum. Tu dicis: Destruam
horrea; Dominus dicit: Sine magis
quicquid intra horreum est pau-
peribus deputari, sine cellas
istas egenis prodesse. Tu di-
cis: Maiora faciam et illo con-
gregabo omnia que nata sunt
michi. Dominus dicit: Frange esu-
rienti panem tuum. Tu dicis:
Tollam pauperibus domum suam;
Dominus ait: Et ut egenos non
habentes tectum inducas in do-
mum tuam. Quomodo tu divites
ut Deus te exaudiet, cum tu
Deum non putes audiendum? Si non

acquiescatur arbitrio divitis,
sententia conponitur, dicitur estimatur
iniuria. Si divitis petitio
refutatur: Deum, inquit, male-
dixit et regem. Et qualis vi-
lis persona, ut sit equalis
contumelia? Benedixit, inquit,
Deum et regem, ne divitem
maledictionis nomine offenderet,
et sermonis ipso lectum sono
maledictio pro benedictione tota
ceciderunt. Duo testes inquietant:
duobus testibus et Susanna
est appetita, duobus testibus
et synagoga impetitur, qui
adversus Christum falsa iactaret.
Duobus testibus pauper accidit.
Produxerunt ergo Nabuthe
foras et lapidaverunt eum.
Hominem vel ipsius licet
mori pauperi, spatium divites
invident sepulture. Et factum
est ut audivisset Achab
quia mortuus est Nabuthe,
conscidit vestimenta sua et
cooperuit se cilicio. Et factum
est post hec et surrexit et
descendit Achab ad vineam
Nabuthe Israhelite possidere
eam. Irascuntur divites et
calumniantur ut noceant,
si non obtineant quod desidera-
verint. Et aut calumniati
nocuerint, dolere se simulant
tristes et tamen mente,
fronte non corde, et vultu impos-
sessionis disceptationis locum pro-
ferunt, et impressionis sue
iniquitate potiuntur. Hic di-
vina movetur iustitia et
dure malignam severitate
condempnat dicens: Occidisti

et possedisti hereditatem. Pro-
pterea in loco in quo linxerunt
canes sanguinem Nabuthe in
eo lingent canes sanguinem
tuum et meretrices lavabuntur
in sanguine tuo. Veram iusta
quam severa sententia ut qui
intulerat alteri mortis acerbita-
tem, eam ipse mortis sue hor-
rore dissolvere iubetur. In-
humatum pauperem de quo aspi-
cit, et ideo insepultum diu-
tius iacere decernit, ut et mor-
tuus luat sue iniquitatis pe-
nam qui nec mortuo pu-
tavit esse parcendum. Itaque
vulnere sui cruore perfusum
cadaveris species funeris vite
sue perdidit crudelitatem.
Hec autem protulit pauper, di-
ves arguebatur, cum dives
cepit pauper vindicatur dives.
Sibi autem vult quod meretrices
laverint in sanguine, nisi forte
ut meretricia quedam in illa
feritate fuisse regis presidia
ostenditur vel cruenta luxu-
ries. Cui sic fuit luxuriosi-
ut holus desideraret sic cru-
entus ut propter holus hominem
occideret. Digna avari, digna
avaritiam pena consumunt. Re-
liquias et Jezabel corpus come-
derunt canes et volucres
celi, ut ostenderetur quod spiritua-
lis nequitie fiat preda divi-
tis futura. Fuge ergo, dives,
huiusmodi exitum. Sed fugies huiusmodi
exitum si fugeris eiusmodi
flagitium. Noli esse Achab ut
possessionem finitimam concu-
piscas. Non tibi cohabitet Jeza-
bel illa feralis avaritia, que
tibi cruenta persuadeat, que
cupiditates non revocet sed
impellat, que te faciat tri-
stiorem etiam cum desiderata pos-
sederis, que te faciat nudum cum
dives fueris. Pauperiorem enim se
indicat omnis habundans qui si-
bi deesse arbitratur quicquid ab
aliis possidetur. Toto mundo eget
cuius non capit mundus cupidita-
tes. Eius autem qui fidelis est
totus mundus divitiarum est. Toto
mundo fugit qui considerans consci-
entiam suam metuit deprehendi.
Et ideo Achab ad Heliam secundum
historiam ait, secundum enim mistica
dicit dives ad pauperem: Invenisti
me inimicus meus. Veram vi-
sera conscientia que se proditum
doluit. Et dixit Helias ad eum:
Inveni eo quod iam feceris malum in con-
spectu domini. Rex ille erat et
rex Samarie Achab, Helias
pauper et indigens panis cui
defuisset victus substancie nisi
corvi alimoniam ministrassent.
Adeo dicta erat conscientia pec-
catoris ut nec regalis pote-
stas fastu attolleretur. Itaque qui
degener invenisti me inquit
inimicus meus. Deprehendisti
in me que latere credebam,
nulla mentis mee occulta
te fallunt. Invenisti me, pa-
tent tibi vulnera mea, capti-
vitate presso est. Peccator
invenitur cum iniquitas eius
proditur. Iustus autem dicit: Igne
me examinasti et non est
inventa in me iniquitas

Adam cum lateret inventus est ab-
ysi aut nequaquam inventa e sepulta
inventus est achab / non inventus
est helyas / et sapientia dei dixit
querent me mali / et non invenient
vii et invenient dominus ihesus querebatur
et non inveniebatur / Culpa igitur
auctorem suum prodit / vii et thes-
bites ait / invenisti quid fecisti ma-
lum in conspectu domini / et culpa
reos tradit dominus / innocentes
aut non tradit in potestatem ini-
micorum suorum / Denique saul que-
rebat sanctum david et invenire
non poterat / David vero sanctus
regem / Saul quem non querebat
invenit / quem tradidit ei dominus
in potestatem ipsius / Captiva
igitur opulencia / paupertas libera
Servitutis divites habent miseram
servitutem qui serviunt errori servi-
unt cupiditati / serviunt avaricie
que expleri non potest / Gurges
quidam insaciabilis rapiditer e-
cumulata demergit / et putei
modo cum exundat terens inquinat
fratrem cradit / sibi nichil profu-
turam / Vel hoc exemplo / vos
admoneri convenit / puteus enim
si nichil hauriatur inherti ocio
et degeneri situ facile corrumpi-
tur / exercitus aut nitescit ad
speciem / dulcescit ad potum
ita et acervus divitiarum cumu-
lo artuosus speciosus est usu
ocio aut inutilis habetur / Divi-
nato igitur aliquid de hoc puteo
ignem ardentem extinguit a-
qua / et elemosina resistet
peccatis / aqua aut stagna-
tis vermes facit / Non stet
thesaurus tuus / ne stet ignis
tuus / Stabit in te nisi operibus

cum tue misericordie adver-
teris / In quibus sis dives me-
diis / Considera / Qua voce e-
ductus pater / abraham dic
lazaro ut extremum digiti
sui intingat in aquam
et refrigeret linguam meam
Tibi ergo proficit quicquid inopi
contuleris / tibi crescit / quicquid
minueris / De illo quem pau-
peri dederis alebis / pascis dum
hui misereris pauperis ipse
pascitur / et fructus omnis
est una / Seminat in terra
in celo germinat / plantatur
in paupere apud deum pullulat
Ne dixeris inquit deus / cras
dabo / Qui non te patitur
dicere cras dabo / quomodo pati-
tur dicere non dabo / Neque de tuo
largiris pauperi / sed de suo
reddis / Quid enim commune est
in omnium usum datum / solus usur-
pas / Omnium est terra / non divitum
sed pauciores qui non utuntur
suo quam qui utuntur / Debitum
ergo reddis / non largiris inde-
bitum / Denique tibi dicit scriptura
Declina pauperi aurem tuam
et redde debitum tuum / et responde
pacifica in ~~rasione~~ mansue-
tudine / Quid enim superbias
dives / quid dicas pauperi no-
li me tangere / Nonne sic in utero
ro conceptus et natus ex utero
es / Quo modo et pauper est
natus / Quid te iactas de
nobilitate prosapia / Soletis
et canum vestrorum origines sic
divitum recensere / Soletis
et equorum vestrorum nobilitatem

sicut consulem predicare / ille ex
illo patre generatus est et ex
illa matre editus / ille auo
illo gaudet ille se proauis
attollit / Sed magis istud
cur rectorem iuuat / non datur
nobilitati palma / sed tanto
deformior est vicium in quo
et nobilitas predicatur / Ca
ue igitur diues / ne in te
erubescant tuorum merita
maiorum / ne forte et illis
dicatur / cur talem insti
tuistis heredem / Non enim mau
ratis laquearibus / nec in
porfireticis orbibus heredis
est meritum / laus ista non
hominum / sed metallorum est in
quibus homines puniuntur
Regesteres autem queritur
et egentibus denegatur / la
borant ut querat / laborat
ut inueniat / quod gre uincet
amor tibi cur eo vos diuites
locundos putetis / tu autem ma
teria magis offensionis quam
commendacionis gratia sit / lignum
enim offensionis / quia commenda
tionis gratia sit lignum enim of
fensionis est aurum / et ve illis
qui sectantur illud / Denique ben
dicatur / Diues qui inuentus
est sine macula / et qui post
aurum non abijt / nec sperauit
in pecunie thesauris / Sed quasi
quis cognitum esse non possit
cum sibi desiderat demonstrari
Quis est inquit / et laudabi
mus eum / fecit enim quod mira
ri magis quam nouum quam
qui usitatum recognosceret Quamquam
itaque qui in diuicijs potuerit

comprobari / huius vere perfecta et
digna est gloria / quia potuit magis
transgredi / et non est transgressus
et facere malum / et non fecit aurum
ergo vobis in quo tanta erroris
illecebra est / non tam sua gratia
quam hominum pena commendat
In nobis ampla extollit atria
cum magis debet compungere
quod cum populos capiant vocem ex
cludunt pauperis / quamquam nichil pro
sit audiri ea que etiam audita
nichil prosint / Denique non ipsa
vos pudoris aula ammonet
qui edificando vitas uelle su
perare diuicias / nec vincitis
parietes vestitis / nudatis ho
mines / Clamat ante domum
tuam nudus / et negligis / cla
mat homo nudus / et tu sollici
taris quibus marmoribus
vestias pauimenta tua vestias / pecu
niam pauper querit et non habet
panem postulat homo / et equus
tuus aurum / sub dentibus man
dit / Sed delectant te ornamenta
preciosa cum alij frumenta non
habeant / Quantum o diues in
dicium tibi sumis / populus esurit
et tu horrea tua claudis
populus deplorat / et tu gemmam
tuam versas / Infelix cuius
in potestate est tantorum a
nimas a morte defendere / et non
est voluntas / totius vitam populi
poterat anuli tui gemma ser
uare / Audi plane qualis di
uitem doceat predicatio / liberaui
uit inquit pauperem de manu
potentis / et orphanum cui non
erat adiutor adiuui / Benedictio

pituri super me venit, os autem vidue benedixit me. Iusticiam induebar. Oculus eram cecorum, pes autem claudorum. Ergo eram pater infirmorum. Et infra. Ante fores meas non habitavit hospes. Hostium autem meum omni venienti patuit. Si autem et peccavi imprudens non celavi culpam meam, neque reveritus sum multitudinem plebis, ut non annunciarem presentibus. Si passus sum infirmum exire hostium meum vacuo sinu. Sed laudationem ergo si quam habuit debitoris scissam sine recuperatione debitis credidisse memoravit. Tamquam eadem illa repetam quod mori infirmo flevisse se dixit et ingemuisse cum viderit virum in necessitate. Sed at in bonis sed tunc magis sibi fuisse dies malorum cum se [illegible] et alios indigere. Sed hic ille dixit qui numquam oculum vidue fecit tabescere, qui numquam panem suum solus manducavit sed orphanis tradidit, quem iuventute sua nutrivit, aluit, instituit parentis affectu, qui numquam nudum despexit, quod morientem operuit, qui pellibus ovium suarum infirmorum calesceret humeros. Ideo apposuit pupillum, numquam diviciis delectatus, numquam gratulatus est lapsu inimicorum suorum. Si quis fecit hec, de summis cepit esse diviciis. Nudus quidem patrimonio, tamen in solo fructu misericordie repertus. Ideo [illegible] et factum est. Qui tuo nescis uti patrimonio, [illegible] consumis

Diviciis dices sufficientes me donatis. Causa nulli largiris, nulli subvenis. Custos ergo tuarum es, non dominus facultatum, qui aurum terre infodis, minister eius non arbiter. Sed ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum. Ergo in illo auro cor tuum terre infodisti. Vende potius aurum et eme salutem, vende lapidem et eme regnum dei, vende agrum et redime tibi vitam eternam. Vera allego, que verba asserunt veritatis. Si vis perfectus esse inquit, omnia que habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo. Et noli contristari cum hec audis, ne dicatur et tibi: Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Magis cum hec legis considera quod ista tibi potest mors eripere, potestas superior tollere. Deinde quod parva pro magnis, caduca pro eternis, thesauros pecunie pro thesauris gratie, illi corrumpuntur, illi permanent. Considera quod hos non solus possides. Possidet tecum tinea, possidet erugo que consumit pecunias. Has tibi consortes avaricia dedit. Vide autem quos tibi dedit gratia debitores. Splendidum in panibus benedicent iustorum labia et testimonium bonitatis illius fiet. Facit te debitorem preciosum deum, qui pro munere quo pauper adiutus est fenus exsolvit. Qui boni debitor creditoris fit tibi debitorem filius. [illegible] Esurivi et dedistis mi

manducare. sitivi et dedi-
stis michi bibere. hospes
eram et collegistis me. nu-
dus et operuistis me. Quod
enim uni ex minimis meis co-
latum est, sibi dicit esse con-
latum. Vestis ergo o homo vere
divicias. Si vis dives esse
esto pauper seculo ut sis deo
dives. dives fidei dives es-
to dives in me, dives esse
dives sapiencie dives sciencie
dives esto. Sunt qui in pau-
pertate habundent et qui in
diviciis egeant. habundant
pauperes quorum profunda pau-
pertas habundavit in diviciis
simplicitatis sue. Divites
autem eguerunt et esurierunt.
Itaque enim a Moyse scriptum est
Divitum pauperes propositi erunt
et egeni servi domini. fenerabit
eciam divites et domini sup-
ervacua et multa seminant
et quibus fructum non colligent
sed spinas metunt. Et ideo pau-
peribus divites erunt sub-
iecti et servi domino spiritualia
seminabunt. quemadmodum dives
rogabat ut sibi stillam aque
pauper lazarus feneraret
potes et tu dives istam im-
plere sentenciam et largiri
pauperi et domino fenerari. Qui
enim largitur pauperi domino fe-
nerat. pulchre dixit sanctus
david in psalmo lxxv hymnum
deo tremendo. ad assirios scriptum
hoc est adversus nequicie spiritua-
lis. ad assirios inanem ac

vanum principem istius mundi ita
cepit. Notus in iudea deus. hoc
est non in divitibus, non in nobili-
bus et potestatibus, sed in cla-
ritate notus est. et in israel ma-
gnum inquit nomen eius. non in
principibus et consulibus, sed in
eo qui deum videt. Ipse est enim
israel in quo profunda fides ad
cognicionem potuit dei pervenire
Et factus est inquit in pace lo-
cus eius. Ubi quieta affectio
nullis diversarum cupiditatum
exagitatur fluctibus. nullis
avaricie turbatur procellis. nullis
diviciarum querendarum ignescit
incendiis. Ipse est qui speculatur
eterna et habitat in syon. con-
fringens omnia spiritualium instru-
menta bellorum. Ceteros arcus
quibus dyabolus ignita dirigens
iacula. ignes pectoribus hominum
solet inurere peccatorum passiones.
Sed illa iacula iusto nocere non
potuit. cui deus lux est. Utroque ab-
est a caligacione horrore tene-
brarum. ut adversarius incolatum
habere non possit. qui eciam principi-
bus se construxit insidiis. Sic
insidit illi proditori tradens
tamquam in silva lignorum fidei
ianuas ut in cor eius haberet
ingressum. et eterni nominis taber-
naculum possideret. Apostola-
tus collati muneris. Ergo ille
qui improbus usurpator tradidit
ianuas ut violentus intraret.
dominus autem qui pius illustrat popu-
los et corum fulgentibus nutibus
et claritate virtutum tenebras
mundi huius illuminat. Hanc pa-
cifici atque mansueti habent apud

scilicet cum gratiam sobriam mentis sue
tranquillitate fundati. Insipientes
autem corde turbantur et ipsi sunt
sibi ipsi exagitationis auctores
quia desideriis suarum voluntatum
estu et quodam salo fluctuant.
Qui sint isti. Significavit expresse
dicendo. Omnes viri divitiarum. Non
dixit nullum excepit. Et bene viros
divitiarum appellavit non divitias
virorum. ut ostenderet eos non pos
sessores divitiarum esse sed a suis
divitiis possideri. Possessio enim
possessoris debet esse non posse
ssor possessionis. Quicumque igitur
patrimonio suo tanquam possessione
non utitur. qui largiri pauperi
et dispensare non novit. iste suarum
facultatum non dominus facultatum est
bursa custodit ut famulus non
tanquam dominus ut suis utatur. In hac
ergo affectu dicimus quod vir divitia
rum sit non divitie viri. Intel
lectus enim bonorum operibus cor
aut non intelligit. iste utique in
tellectum sibi gratum non potest vendicare
et in somno temulentie consopi
tus obdormivit. Quod igitur viri
somnum suum dormivit. Hoc est
suum somnum non Christi dormivit.
Et qui somnum Christi non dormi
unt non habent Christi quietem non
surgunt Christi quiete. Qui ait
Ego dormivi et quievi et
resurrexi quoniam dominus suscepit
me. In hac quoque sorte dor
mitant digni ab illa incorpora
tione celesti qui ascenderunt
equos quos refrenare non po
terant. Legimus alibi dictum
ceteras sive animas posuit me
currus Aminadab. Si ergo anima currus
est. Videte ne equus caro sit agi
tator autem vigor mentis qui re
git carnem et motus eius ve
lut quosdam equos prudentiam
habemus coherceret. Dormitaverunt
ergo qui ascenderunt corporis vo
luptates nullo eas moderamine
gubernantes. Bene et ascensores
eos quam equites vel agita
tores maluit nuncupare. Agi
tator etenim cum disciplina et
arte per suos equos arbitrio
ut vel erectos mittat vel re
flectat indomitos vel revo
cet fatigatos vel mansuetos
per suam voluntatem convertat. Den
tium recepit heliam et cum
quem ad celum ferret clama
vit ad eum eliseus pater
pater agitator israel et equus
eius. Hoc est qui populum dei in
bono ductu regebas constan
tie. Merito hos accepisti currus
hos equos ad divina erectos
quia moderatorem te humanarum
mentium dominus comprobavit. Et
ideo tanquam bonus auriga cer
taminis victor es et non premio
coronaris. In propheta quoque Am abac uc
bacu lectum est. Non ipsum dominum
dictum. Ascendens super equos
tuos et equitatus tuus sanitas.
Agitavit enim apostolos suos
quos per diversa dixerit
ut toto orbe evangelium predica
rent. Ascendens autem quasi rector
equorum non quasi ascensor. Asce
dit enim eam equos sed ut re
gat non ut hinc sedeat. Co
quod desidiosus et piger so
nolentie preferre non possit me
ritis vitiis incessus. De equo
autem lectum est. Et equos cadet

retrorsum expectas salutem domini.
Quia nemo sine lapsu est cum ca-
ram si quis equos ceciderit
et extremis aliquibus membris fue-
rit inflexus. Si tamen non abici-
at spe resurgendi fretus mise-
racione divina pervenit ad
salutem. De ascensore vero
manifestum est iudicium quod
reprehensibile habeatur. Quando
Moyses ipse ait in cantico
Exodi. Equum et ascensorem
proiecit in mare. Et in zacha-
ria locutus est dominus dicens. Per-
cuciam omnem equum in amencia
et ascensorem eius in insipi-
encia. Non solum equum dixit
sed et ascensorem eius. Et in
Exodo habes. Equum et ascenso-
rem proiecit in mare. Ubi enim
ascensorem qui non ut equum
proprium gubernat. Equus quasi
fertur in preceps et indomito
furore in prerupta et periculosa
raptatur. Quid igitur vobis in e-
quis confiditis divites. Fallax
equus ad salutem. Quid in curri-
bus plauditis. Hii in curribus
et hii in equis. Nos autem in no-
mine domini magnificabimur. Ipsi
obligati sunt et ceciderunt. Nos
autem surreximus et erecti sumus.
Nolite amare ad hinnientes
nolite fremitu libidinis exci-
tari. Terribilis est dominus et
cui nemo possit potentes et divites
resistere iudicium celestis iacu-
latur. Bonum est ut laxa quie-
scatis et a flagiciis feriantes
revereamini domini potestatem
Ideo dictum est parricide. Cayn

peccasti quiesce. ut modum pecto-
ris ponet. Cogitaciones vestre
confiteamini domino. Non dicatis non
peccavimus. Dixit paulus. Et si
nichil in conscius sum michi. Addidit
tamen. Sed non in hoc iustificatus
sum. Et vos ergo si michi estis
consorcii. Confitemini tamen domino. Neces-
se sit quod vos peccat. Cui enim con-
fitetur dominus et reliquias cogit-
tacionis adhibuit ad confessionem
diem festum mentis celebrabit ar-
chano. Et epulabitur non in fer-
mento malicie et nequicie
sed in azimis sinceritatis et ve-
ritatis. Itaque in conclusione con-
silii ad vos propheta dicat. Orate
et reddite domino deo vestro. Idest
nolite dissimulare divites
dicens instate. Orate offerentes
reddite quam beneficiis. Que habetis
munera. Ab ipso accepistis
quod offeratis. Ipsique est quod a sol-
vitis. Dona inquit mea et da-
ta mea hoc est que offertis
in. Dona data sunt mea ego
dedi vobis atque donavi. Denique
propheta ait. Bonorum meorum
non indiges. Ideo tua et offero
quam michi habes. Quod non dedisti
fides est que dona conciliat hu-
militas est que oblata com-
mendat. Fide abel plurimam ho-
stiam obtulit deo super Cayn
sua munera. Placuit munus
abel. quia fide vicit. Nam vir pau-
peris hostia magis quam divitis
placet. Quia fide pauper dicior
est. Ebrietate locupletior. Et
cui sit pauper est illius e. de quo
dicitur. Tibi afferent reges munera

Deus non in purpuratis sed in humilibus delectatur

Non enim purpuratis offerentibus
sed motus probos regentibus deus
aliquid delectatur qui corporalis la-
scivie metis dicitur impius. Vo-
vete ergo divites non habentes in
opibus quod placeat. Orate ergo
peccatores vno atque flagiciosi et
reddite domino deo vestro munera.
Reddite in paupere, in egeno
soluite, in illo inope fenerate
quem placare propter flagitia ve-
stra aliter non potestis. Cruciatorem vl-
torem timetis, facite debitorem.
Non accipiam inquit de domo
tua vitulos neque de gregibus
tuis hircos quoniam mee sunt
omnes fere silvarum. Quicquid
obtulerit inquit meum est
quia totus orbis est meus. Non
ergo que mea sunt, sed quod de se
suo possit offerre. Studium
devotionis et fidei, istis sacri-
ficiorum ambitione delectatur tan-
tummodo. Unde habes immola deo sa-
crificium laudis et redde al-
tissimo vota tua. Aut certe
si placet sic accipiamus.
Supra dixit obdormisse som-
num suum divites, increpatione
dominum premisit in eos terrorem.
Subtexuit potentiam precantis
cui nec divites resistant. Et
iusius ad universos ait. Divites
dormitant, divites increpantur.
Vos orate et reddite domino
deo vestro omnes qui in circuitu
eius offertis munera. Unde
agite gratias pauperes quia
non est personarum acceptor
deus. Ille divitias instruat,
cogitant pecuniam dum aggreget
argentique thesauros. Vos
orate qui aliud non habetis
qui hoc solum habetis quod est
auro preciosius et argento.
Vos reddite munera qui a
domino non recessistis qui estis
in circuitu. Illi qui eratis
longe facti estis prope. ~~propter~~
~~avaritiam~~ Qui autem ipse sibi
videntur esse per divitias ac
potentiam, longe facti sunt
propter avaritiam. Nemo enim
exterius est nisi quem culpa ex-
cluserit. Nec eiecit Adam
de paradiso et exclusit eum.
Nemo longe nisi quem flagitia
ipsius relegaverint. Ergo vos
prope positi orate et reddite
munera terribili. Et ei qui
aufert spiritum principum terribi-
li apud reges terre. Eo quod
nullo redimatur divitiis premio,
nullo inflectatur potentium
supercilio, cum culpe precia
discriminat, qui quo plus
acceperit contulerit, eo plus exi-
git ab eo. Saul populo con-
tulit regnum, sed quia mandatum
non custodivit, et regnum amisit
et spiritum. Adulteros re-
ges gentium propter perfidiam
exemplo patet esse cap-
tivos. Sed ut iam de apertis
loquimur hystoria, qui Achab
regem ingratum celestibus
beneficiis iam iussit occidi
ut a canibus eius vulnera
lamberentur. Etenim quia pauperis
vineam rapuerat, nequam
ipse tantis opibus expletus
impius infra omnem inopiam
redactus a domino, non quod vineam

eius lavaret inventus est / Non
qui corpus operiret / Defecit
circa eum humanitas homi
canum successit asperitas digne
sane sui magistros avaros
invenit / Hoc loco illud oritur
questionis / quod legimus dixis
se dominum ad heliam / Vidisti
quemadmodum commotus est achab
a facie mea / Non inducam
in diebus eius mala / Sed
in diebus filii eius inducam
mala / Ubi quo dicemus
quantum valet apud dominum pe
nitencia / Ecce rex motus est
ante faciem domini / et ibat plo
rans / et conscidit vestimen
ta sua et operuit se cilicio
et erat indutus sacco ex
illo die quo interfecit Nabu
the israelitam ita ut dominum in misericordia
commoveret / et mutaret se
tenciam / Ergo aut peniten
cia non valuit nec inflexit
dominum misericordiam aut oracu
lum falsum est / Item achab
et victus est et occisus / Sed
considerandum quod Jezabel habebat
uxorem cuius inflammabatur
arbitrio / que compulit cor eius
et nimis sacrilegiis execrabi
lem fecit / Et hinc ergo penitencie
eius revocavit affectum / Deus
autem non potest mutabilis estima
ri / Sed confessionis immemor
non putavit esse suadum
quod promiserat confiteri accipe
aliud verius / et indignus fuit
dominus tenorem sententie sue
sed beneficia deus sue divina spe
non tenuit / Intulerat bellum
rex syrie / victus est et fugatus
adversariorum / captivus et libertate

donatus et remissus ad regnum est / Sed
fuit divine sentencie non solum
evasit achab sed etiam triumpha
vit / Victus quod populus ignavie hostem
sibi a quo vinceretur armavit et
certe fuerat monitus a propheta
dicente / Cognosce et vide quid fa
cias / Commotus inquam erat / Consi
lium syrie regis pueris dederat quare
celestis auxilium cum dixissent deus
montium deus israel et non deus
vallium / propter hoc inquit obtinu
erunt contra nobis / Et ideo inquit
si non plene obtinuerimus eos
in loco syrie regis satrapas
constituet ut virtutem illius et po
tenciam regis auferret / Denique
primo congressu vicit ut fugaret
hostem / secundo vicit quem captum
impio suo reddidit / quia cum
vindicii eius eiusdem resultat
oraculum / Dicente uno ex filiis
prophetarum ad proximum suum
Percute me et noluit homo percutere eum
et dixit / Eo quod obedisti verbo domini
Ecce ut recedes a me interfi
ciet te leo / Et recessit ab eo
et invenit eum leo et interfecit
eum / Et post hoc alius propheta
astitit ante regem israel et dixit
ad eum / Hec dicit dominus / Quoniam
dimisisti tu virum exterminacionis
de manu tua / Ecce anima tua pro anima
illius et populus tuus pro populo illius / Liquet
igitur huius oraculo quod deus etiam
circa indignos promissa sua facit
et impios aut fallacia sua compri
mit aut ad prevaricacionem dampnari / Causa
sibi prime laqueos prevaricacionis
induxerint / Finit de Na
buthe Incipit de testimonio
in Salomone liber undecimus.

Mirum satis est dile-
ctissimi fratres quod
in hoc capitulo sa-
pientissimus omnium
hominum Salomon pro-
pheta proposuit tria
impossibilia esse que
scire non posset
quartum adhuc
esse quod non valeret agnoscere
vestigia aquile volantis vias ser-
pentis super petram et semitas
navis navigantis et vias viri
in iuventute. Hec se nescire testa-
tur ille propheta Salomon qui ut primum
transactis infantie rudimentis
annos iuventutis ingressus est in
quibus posita adhuc infirma
etas que cursum vite diligat
nutat incerta nichil aliud a deo
quam sapientiam postulavit, per
ipsam ut diu vite tempora iam
sapiens qui in dilectione rerum quod
tribus preret elegit. Sic enim ipse
in libro sapientie sue se dominum deprecan-
tem deprecatum fuisse commemorat.
Da mihi inquit sedium tuarum assisti-
tricem sapientiam ut sciam dispositionem
orbis terrarum, virtutem elementorum,
initium et consummationem et medietatem
omnium rerum, divisiones et muta-
tiones temporum, anni cursus et
dispositiones stellarum, naturas animalium
et iras bestiarum, vim ventorum et
cogitationes hominum, differentias
arborum et virtutes radicum. Omnium
enim artifex ait docuit me sa-
pientia. Et alibi ipse in eodem libro
Invocavi inquit et venit in
me spiritus sapientie. Et quid est
dilectissimi fratres quod tam lo-
cuples possessor sapientie Salomon
cum omnia cognovisset que in arca-
nis abditarum dispositionum tene-
bantur abscondita, hec sibi im-
possibilia esse pretendit, cum ip-
se qui a deo esset sapientiam
consecutus, qui novisset mun-
dane dispositionis initium,
qualiter esset celum omne quod
terminis ardua sublimitate
suspensum, quemadmodum fieret
a primo istius continuus circum-
vectus et fusus, et quo modo
terrene libratus in medio quibusdam
modis pigro ad unum dilapsa
pondere terra subsideret, qua
ratione intra certas litorum
metas liquidi elementi im-
pacatos fluctus lapsus est c-
fluet, quod principium rerum, quis
finis et que esset media-
tas, cumque rerum divisiones
et mutationes temporum non la-
tebat, qui comprehenderat qua-
liter sibi annorum mutua vicis-
situdo redeunte orbe succederet,
que causa varios stellarum ageret
cursus, procedendo se numquam
aut subito subsequendo, unde terrarum
esset ortus aut obitus, aut alia
multa que sapientia docente
cognoverat, aperte quod ista que
sibi impossibilia esse dicit
aut scire non potuit aut videre,
sed quia omnia que in libris
divinis prophetarum annuntiati-
one congesta sunt suis sunt
temporibus revelata aperito. Sa-
lomon ante adventum domini nostri
Ihesu Christi quid aquila volans,
quid serpens in petra, quid
navis navigans, que in viro
via in iuventute esset scire non
potuit. Adhuc non erat tempus
quo umbra corpus fieret
aut veritas de figura. Nobis

vero quibus d[omi]n[u]s n[oste]r ih[es]us xp[istu]s
ostendit q[uo]d o[mn]ia de ip[s]o essent
in lege co[n]scripta / quib[us] ait
Nichil est occultu[m] q[uo]d no[n] reue-
letur / et postea / Deniq[ue] signa-
tum illum septe[m] sigillis li-
brum / Nemo alter potuit re-
serare q[uam] xp[istu]s / p[ro]missu[m]
et indultu[m] est nobis / vt o[mn]ia
et vide[re] possim[us] et nosse / Sic
ip[s]e d[omi]n[u]s ait / p[ate]r qui abscon-
disti hec a sapientibus / et re-
uelasti ea paruulis / Et itera[m]
Nobis inquit p[er]missu[m] e[st] sac[ra]-
misterium hoc / Quod ideo re-
tuli vt no[n] tantu[m] Salomone[m]
q[uo]d no[n] potuisset / sa[ne] rep[re]-
hender[e]m / q[uia] no[n] fuisset
t[em]p[or]is / vt sa[n]ct[us] / S[ed] ia[m] ne p[ro]po-
sita lectio diuci[us] differat[ur]
pauca vobis que ita in q[ue]stio[n]e[m]
venerit / q[uam]p[ri]mo d[e]o meo cogi-
tari expone[re] / Tria sunt inq[ui]t
impossibilia sci[re] / et quartu[m]
q[uo]d no[n] agnosco / vestia aquile
volant[is] et vias s[er]pentis
sup[er] petram / et semitas na-
uis nauigantis / et vias viri
in iuuentute / Quis v[nqu]a[m]
diluu[ium] fr[atr]es potuit ista cogno-
sce[re] / q[ua]si v[er]o sit facile vt
suspensa aquila in altu[m] ce-
leri elatione pena[rum] / plau-
sus sui et lapsus vestigia ma-
nifesta co[n]stituat / Aut via[m]
suffulet in vacuo / et lineam
sui volatus ductam figat in
liquido / Quis cursu[m] nauis
dep[re]hendat in fluctib[us] / Quis
indiciu[m] eius / p[er] quos aggere[s]

et limites fertur intelligat
Turbida s[un]t et inquieta multaco-
du[m] undis sequacibus aut ob-
ruitur q[uo]d p[re]ssit / aut opprimit
q[uo]d secutu[m] est / Quis in petra
signu[m] aliq[uo]d s[er]pentis agnouit
cum et materia sit dura sa-
xor[um] et lubrica na[tur]a s[er]pentu[m] aut
quis put[at] pie viri i[n] iuuentute co-
gnosci / Quomo[do] veniat / et quo
cat no[n] p[otes]t dep[re]hendi / hec sunt
que sapientissim[us] Salomon
p[ro]ph[et]a dixit se no[n] posse co[n]side[re]
Nunc ergo de singulis v[er]bis istis
quid dicam[us] audite / Aquilam
in h[oc] loco xp[istu]m d[omi]n[u]m n[ost]r[u]m dicim[us]
accipe / qui post veneranda[m] re-
surrectione[m] q[ua]m docuit / q[ui]a nu[m]
ge[neris] h[umani] in vita[m] redire posse / post
morte[m] velut aquila reuolat
ad patre[m] / p[re]dam secu[m] referens
id e[st] ho[min]e[m] que[m] rapuerat de
faucibus inimici / hec est aquila
que[m] Ezechiel p[ro]ph[et]a nullam
quadriforme[m] sedem / et che-
rubim vidisse se retulit int[er]
animalia que misticum vehiculu[m]
religio vincta portabat / p[ri]mu[m]
a[n]i[m]al simile vituli / Aliud leo-
nis / tercium ho[m]i[ni]s / q[ua]rtu[m] aq[ui]le /
Sic in appocalipsi Joh[ann]es se
vidisse co[n]sc[ri]psit / p[ri]mu[m] inq[ui]t
a[n]i[m]al sile vituli / s[e]c[un]d[u]m leonis
t[er]ciu[m] ho[m]i[ni]s et q[ua]rtu[m] aquile / S[ed]
de hac a[n]i[m]aliu[m] equalitate
alter locus ad tractand[um] neces-
sarius / nu[n]c itera[m] q[uo]d cepim[us]
explicem[us] / hec est aquila
de q[ua] sc[ri]ptu[m] est / Sic aq[ui]la
tegit nidu[m] suu[m] id e[st] ecc[les]iam
xp[istu]s / Et itera[m] inquit In vm-
bra ala[rum] tuar[um] sperabo / Et
itera[m] / Renouabi[tur] sic[ut] aq[ui]le

invictus tua sicam ut aquila colona qui ita mater pudi semper vivus est nec ad procreandam sobolem aliud aliquando tubile requirit. Et cum primum calidis ovis maturo ortu fetus erupit interior, pullos educat implumes, quos contra faciem fervide solis opponit ut qui contra et impalidam corusco radiorum apulsu aciem suum ferit oculorum matris dignitatem arbitrio, et fratrum consortio separatus deiciatur in terram. Et sic aquila ista in prima serpentum est, quod dum in aere illarum remigio subvectando supportat. Hos ab inimico vestro et armatis qui quibusdam telis pedibus suis laceratis adducit. Quos cum devorat calore suo interno noxium illud virus extinguit. Ita ergo et Christus dominus noster diligit ecclesiam ut aquila nidum suum, quam ab estu persecutionum alarum suarum defendit umbraculo. Sic ergo contra ecclesiam piat in quibus fidei lumine infirmum est, qui in agnicionem Evangelice lucis radios stantes ingnati ferre non possunt. Et ut aquila serpentes devorat et eorum venena calore coquit interno, Ita et Christus dominus noster percusso dracone id est dyabolo, lacerato dum quamvis sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominem tenebat ob noxium, eiusque pernicissimum virus extinxit. Sic Apostolus ait: Et de peccato dampnavit peccatum in carne sua. Et alibi: Eum qui cum peccatum non esset pro nobis peccatum fecit. Unde et Moyses serpentem eneum in heremo suspendit in ligno, qui profecto erat typus corporis Christi, ut quicumque in eo aspiceret non periret, corporis

enim hominis per transgressionem vas fuerat serpentis effectum. Sic et alibi ipse Moyses virgam proiciat in terram que in similitudinem est corporata serpentis, que et ipsa in magorum erat corporis domini. Ideo omnem egiptiorum potestatem vi constante virtutis in se typum gerebat absorbuit. Hoc est ergo quod ait vestigia aquile volantis. Quia et si post passionem et resurrectionem suam presentibus apostolis dominus noster ascendit ad celum, tamen cuius hominis tam altus sensus et tantus est, ut explicare possit quo illa tanta maiestas de celo aut venire dignata fuerit aut redire, tamen hoc solum nobis sit licere at quod aut venit aut reddit. Quis enim cognoscere potest quemadmodum verbum in virginem venerit, ut repente concepit ut tam feliciorem fetum partum virginalis effuderit ut hominem deus indueret, quem totus mundus non potest nec sufferre nec capere. Hoc est quod ait: vestigia aquile volantis, id est Christi descendentis ad terram ac redeuntis ad celos, vestigia comprehendi enarrari que non possunt. Et vias inquit serpentis super petram. Dixi iam caritati vestre, quod sinuosis labens membris mitadulis et volubilis coluber tractatibus suis vestigium aliquod in petra quam res est dura non faciat. Audiam enim magistri quid non in molli sepcia signat in pulvere. Hic ergo videamus quid sit iste serpens aut que petra in qua serpentis vestigium non apparet. Hanc petram Christum Nu

Primum christum esse ambigere non debemus. Sic enim apostolus ait: Bibebant autem de spirituali sequenti petra, petra autem erat christus. Et psalmographus: In petra exaltasti me. Et moyses in cantico deuteronomii: Sugerent eos mel de petra et oleum de solida petra, id est quod dulcedine saturaverit homines ewangelii suavitate, et spiritum sanctum per crismatis unctionem. Et alibi ait: Beatus qui tenet et allidet infantes suos ad petram. Crudele utique in religiosis parricidium erat, si petra ista figuram christi corporis non haberet. Homo enim beatus in fine est qui infirmitates suas allidet ad petram. Sed ideo beatus est quod illos coniungit ad petram. Invenimus ergo petram dominum et salvatorem nostrum in scripture dictis inveniri. Serpens autem et ipso nomine quod sit diabolus apparet, sicut omnibus bestiis que sunt super terram, id est diabolus. Cui ideo serpens dicitur quod occulte serpat et qui se suis honoris tenuit in labendo precipitat. Certe si convenerit me dulcis sed hominum atque ossibus implicat et immergit. Qui in corpore hominis quod omnipotens filius dei induerat nulla malitie sue potuit imprimere vestigia, plus illud ausus fuit sepe temptare. Sic ipse dominus in ewangelio ait: Ecce venit princeps mundi et nichil in me invenit. Et alibi: Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit ei. Hec est ergo petra, id est caro christi nulla iniquitatis

iniquitate respersa, in qua serpens, id est peccati alicuius vestigium non apparet, ut scriptum est: Qui peccatum non fecit nec dolus inventus est in ore eius. Ad hunc quid subiungat audite. Et semitas inquit navis navigantis. Navem adeque ecclesiam dicimus accipe in salo mundi istius constitutam, que crebris ventorum fluctibus, id est temptacionum pelagus et verberibus fatigatur, quam turpidi fluctus, id est huius seculi potestates conatur ad saxa perducere. Que et si undarum fluctibus ac procellis sepe pulsatur, tamen numquam potest sustinere naufragium, quia in arbore eius, id est in cruce christus erigitur, in puppe pater residet gubernator, proram paraclitus servat spiritus. Hanc per angusta huius mundi freta duodecim in partem remiges ducunt, id est duodecim apostoli et filius noster prophetarum. Inde motam contra latratu falsi cantus resonat, qui quibusdam sermonis proprietatis prisalle et charax mille tamquam alicuius salle rabidie succinctus cum canibus. In ista nave certe ea feliciter pertingimus. Inde insol timinam caribdim non metuimus, inde nullo modo in illud barathrum quo datan et abiron, id est in profundum mortis versati et ralentis non incurrimus. Inde avium archipiratham qui nos per mare seculi ad instar pharaonis insequitur non timemus. Illam stellam servates in celo, que magos perduxit ad christum, per quam nos regnum dei quam malorum

omnium quies futura est portus et
peccati. Unde nunquam nos de hac
naui ecclesie precipitatus marcion
cetus ille non sorbuit. Unde sa
bellius pirata non cepit. Unde
nobis aquilo nocere non potuit.
Euadunt inde sint antitypi vio
lenta flabra ventura. Sicut scrip
tum est. Ex aquilone exarde
scent mala. Unde syrtes gen
tilium et periculosas brevitates et
scopulos ciuitatum quos sup
latentes cum temeritas occultat
ad lapsus. Cernua heretica sub
pretextu nominis christiani abscondita
perfidie saxa. Fallaci confessio
ne oris obducit. In que ho
mines dum illis quasi tamquam sint fi
des adhibetur impingit. Hec
ergo nauis ecclesia est que et si
quottidie secundum istud tamquam
aliquod pelagus sortitur infe
stum. nunquam cliditur ad saxa
nec mergitur ad profundum. Na
uem autem ecclesiam esse diuinis
testimoniis approbamus. Sicut ait
dauid. Illic transierunt naues thar
sis. Et alibi. Aduersus omnem na
uem maris. quia sunt ecclesie sancti
que totam sibi spem quod sit
in hoc tempore non tam de deo quam
de potestatibus humanis seculi repro
mittunt. Sed quod ait vias na
uis nauigantis. Hoc significat
quod in tempore miro modo persecuti
ones comprehendi ecclesia non pos
set. Crucis admodum inuada per ini
tentum et duces per dampna
reddatur. Sicut ait ex persona
ipsius psalmographus. In tri
bulatione dilatasti me. Denique
ob hoc multis in locis subito
aut soli comparatur. Sunt
lune que et si tunditur non
mouetur. Et si moueatur
resurgit. Et vias ait viri
in iuuentute. Vir iste christus
dominus est vir. Sicut in actibus
apostolorum scriptum est. Viri israheli
te audite hec verba. Ihesum
nazarenum virum a deo electum
in nobis virtutibus et signis
et portentis approbatum. Et
apostolus. Ut omnes in virum per
fectum occurre possimus in me
suram corporis christi. Et alibi.
Desponsaui vos uni viro vir
ginem castam exhibere christo.
Hic est vir cuius vie consecra
a iuuentute non potuit. Quis enim
estimare ratio possit aut cape
re quanta ille opera exercuerit cu
secundum hominem moraretur in terris.
Quae itinera virtutum duxit
in quas vias beneficiorum. Ita
quamuis generis fuerit ingressus.
Dum claudis pedum restituit
firmitatem. Dum cecis lumina
amissa reddit aut imponit
incognita. Dum eloquium prestat
mutis. et surdis insinuat
auditum. Dum largum sanguinis
fluxum siccat in muliere. Dum
demones pellit et maria. Dum
corpus redimum spiritu dolore
constringit. Et quod mors
sibi vendicauerat ad penam
lucis de nuo recepit ad vitam.
Quid ille solidus gressus
in fluctibus. quid reliquie
de paucis panibus plus super
esse saturata multitudine
quam fuisse. Quid in operum in
vino galilee coniugis apparatum
ratum. Sed dum operibus plurimis

Et alia multa sicut in Ewa°
dictu est . p̄ruk si omnia scripta
essent . mundus cai cape nō poss̄
aut quid postremo descensus
ad inferos . aut ascensus ad
celu . Aliud illud quod in
passione ipsius integritaz luce
consuetudinez sol t̄re nō potu
it . ut taceaz ruptu velum
lapide revolutū . Hec ergo pie
sciunt in iuventute quas nō
tam de p̄hete ꝓph̄a quam
enarrare se non posse te
status est . Alias aut vias
meretrices que postea quaz
abluta est . Dicit se nichil
mali fecisse . Meretrix ista
ecclie typus est aliqn in
gentibus constituta . ydolorum
cultibus viciata . quaz varie
superstitionis stupra pollue
bant . quaz falsorum deorum ad
ulteram fecerat multitudo
que lascivos que t̄pes in
compositis motibus saltus
nemorum et lucorum in culta
demonstrabat . dedita luxurie
pompe gentiliū mancipa
ta . Hanc postea qr̄ dns nr
ihus xp̄us puro baptisma
tis fonte perfudit ablutaz
et cruore accepit et novo
p̄ygnez fidei . post meretricez
fit virgo qr̄ viri se destinat
sponso . Itam et Raab illa
meretrix hiericūtis . que specu
latores ihū navé excepit
hospicio et qr̄ signo cocci si
gnata est . qui color figuraz
xp̄i sanguinis indicabat . et
qr̄ eversioz civitatis eua
sit . ecclie typum habuit
que p̄ sanguinez xp̄i ruinam
mundi istius secura nō metuit
Sic enim ait ꝓpha . Accipe tibi
inquit uxorem fornicariaz
et fac filios fornicationis
Ubique enim dilectissimi fr̄es
cultura ydolorum fornicatio
nuncupata est . ut in appoca
lipsim scriptum est . Et seruis
fornicari suos meos . et
manducare ydolis immo
lata . De nique Jerlm civitas
illa quondam nobilis he
breorum quociens umq̄ a
veritate defluxerat . et ydo
lis serviebat . statim mere
tricis vocabulo nominabat̄
Sicut clamat Ysayas . quō
facta est meretrix civitas
fidelis syon . Inde est ergo
quod ait Salomon . Talis
aut via mulieris meretricis
que postea quaz abluta ē
dicat se nichil fecisse . Am.

De Salomone finit

In nomine dni nr̄i ihu xp̄i
incipit liber beati ambrosij
epi mediolanensis de misterijs

De moralibus quot
tidianum sermo
nem habuimus
cu ul patriarcha
rum gesta uel
proverbiorum lege
rentur precepta
ut hijs informati
atq̄ instituti a
sivescretis maiorum
ingredi vias eorum

iter carpere ac diuinis obedire oraculis cepistis renouati per baptismum eius intensum teneretis que ablutos deceret. Nunc de misteriis dicere tempus admonet atque ipsam racionem sacramentorum edere. quam ante baptismum si putassemus insinuandam non initiatis prodidisse potius quam edidisse estimaremus. Deinde quod inopinantibus melius se ipsa lux misteriorum infuderit quam si ea sermo aliquis preuenisset. Aperite igitur aures et bonum odorem vite eterne inhalatum vobis munere sacramentorum carpite. quod vobis significauimus cum apercionis celebrantes misterium diceremus. Epheta quod est adaperire. vt venturus vnusquisque ad graciam quid interrogaretur cognosceret. quid responderet meminisse deberet. Hoc misterium celebrauit christus in euangelio sicut legimus cum mutum curaret et surdum. Sed ille os tetigit quia et mutum curabat et virum. in altero vt os eius infuse sono vocis aperiret. in altero quia tactus iste viros decebat. feminam non decebat. Post hec reserata sunt tibi sancta sanctorum. Ingressus es regenerationis sacrarium. Repete quid interrogatus sis. recognosce quid responderis. Renunciasti dyabolo et operibus eius. mundo et luxurie eius ac voluptatibus. Tenetur vox tua non in tumulo mortuorum sed in libro viuencium. Vidisti illic leuitam. vidisti sacerdotem. Noli considerare corporum figuras sed misteriorum graciam. Presentibus angelis locutus es sicut ~~locutus~~ scriptum est quia labia sacerdotis custodiunt scienciam et legem exquirunt

labia sacerdotis custodiunt scienciam

ex ore ipsius quia angelus est domini omnipotentis. Non est fallere non est negare. Angelus est qui regnum christi et vitam eternam annunciat. Non specie sed officio estimandus sit. Sed munere quid tradiderit considera. vsum eius expende et statum eius agnosce. Ingressus igitur vt aduersarium tuum cerneres cui renunciandum in os sputans ad orientem conuerteris. Qui enim renunciat dyabolo ad christum conuertitur. Illum directo cernit obtutu. Quid vidisti? aquas vtique sed non solas. leuitas illic ministrantes. summum sacerdotem interrogantem et consecrantem. Primo omnium docuit te apostolus non ea contemplanda nobis que videntur sed que non videntur. quoniam que videntur temporalia sunt. que autem non videntur eterna. Nam et alibi habes quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt comprehenduntur. Sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas operibus estimatur. Vnde et ipse dominus ait. Si mihi non creditis vel operibus credite. Credite ergo diuinitatis illic adesse presenciam. Operacionem credis non credis presenciam? Vnde sequeretur operacio nisi precederet ante presencia? Considera autem quam vetus misterium sit et in ipsius mundi prefiguratum origine. In principio ipso quo fecit deus celum et terram. Spiritus inquit superferebatur super aquas. operabatur super aquas. Sed quid dicam operabatur? quod ad presenciam spectat superferebatur. Non operabatur qui superferebatur? Cognosce quia operabatur

in illa mundi fabrica. Credo et dicat propheta: Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Utrumque prophetico subnixum est testimonio, et quod superferebatur et quod operabatur. Quia superferebatur Moyses dicit, quia operabatur David testificatur. Accipe aliud testimonium: Corrupta est caro omnis ab iniquitatibus suis. Non permanebit inquit deus spiritus meus in hominibus istis quia carnes sunt. Quo ostendit deus quia carnali immundicia et gravioris labe peccati gratia spiritualis avertitur. Unde volens deus reparare quod deerat diluvium fecit et iustum Noe in archam iussit ascendere. Qui cum decedente diluvio corvum dimisit prius qui non revertitur, dimisit columbam que cum ramo olive legitur revertisse. Vides aquam, vides lignum, columbam aspicis et dubitas de misterio? Aqua est ergo in qua caro mergitur ut omne abluatur carnale peccatum. Sepelitur illic omne flagicium. Lignum est in quo suffixus est dominus Ihesus cum pateretur pro nobis. Columba est in cuius specie descendit spiritus sanctus, sicut didicisti in novo testamento, qui tibi pacem anime, tranquillitatem mentis inspirat. Corvus est figura peccati, quod exit et non revertitur, si in te quoque iusti custodia et forma servetur. Tercium quoque testimonium est

Carnali immundicia gratia spiritualis avertitur

sicut te apostolus docet: Quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Denique et ipse Moyses dicit in cantico: Misisti spiritum tuum et operuit eos mare. Advertis quod in illo Hebreorum transitu iam tunc sacri baptismatis figura precesserit, in quo Egyptius interiit et Hebreus evasit. Quid enim aliud in hoc cottidie sacramento docemur nisi quod culpa demergitur et error abolet, pietas autem et innocencia tuta pertransit. Audis quod sub nube fuerunt patres nostri, et bona nubes que carnalium refrigeravit incendia passionum. Bona nubes obumbrat quos revisit spiritus sanctus. Denique supervenit in Mariam virginem et virtus altissimi obumbravit ei quando redempcionem genuit generi humano. Et illud miraculum per Moysen in figura factum est. Si ergo in figura affuit spiritus, non est in veritate? cum scriptura tibi dicat quia lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Ihesum Christum facta est. Amara erat fons amarissima, misit in eo Moyses lignum et dulcis est facta. Aqua enim sine predicatione dominice crucis ad nullos usus future salutis est, cum vero salutare fuerit crucis misterio consecrata, tunc ad usum spiritualis lavacri et salutaris poculi temperatur. Sic ergo misit in illum fontem

moyses lignum. hoc est propheta.
Ita et in huius fontem sacerdos pre-
dicationem dominice crucis immittit. et
aqua fit dulcis ad gratiam. Non
quod solis corporis tui credas
oculis. magis videtur quod non vi-
detur. quia istud temporale. istud eternum
aspicitur. Quod oculis non com-
prehenditur. animo autem ac mente cer-
nitur. Denique docet te regnorum
lectio. Naaman syrus
erat et lepram habebat. nec ab
ullo mundari poterat. Tunc ait
puella ex captivis. quia esset
propheta in israel qui posset eum
a lepre contagione mundare. Sump-
to inquit auro et argento perre-
xit ad regem israel. Cum cognita
adventus eius causa. scidit ve-
stimenta sua dicens. Quod temp-
taretur magis cum deposceret ea que
non essent potestatis regie pos-
sentur. Heliseus autem regi
intimavit ut ad se dirigeret
syrum. quo cognosceret quod
esset deus in israel. et cum venis-
set mandavit ei ut septies
mergeretur in iordane flumine.
Tunc ille secum tractare cepit
quod meliores aquas flumina
haberent patrie sue in quibus
sepe mersisset. et numquam a lepra
esset ablutus. eo quod revocatus
non obediebat mandatis prophete.
Sed et ammonitu et persuasio-
nibus servorum acquievit et
mersit. mundatusque quod illico intel-
lexit non aquarum esse quod unus
quisque mundatur sed gratie. Cognosce
nunc tu quis sit illa puella ex
captivis. Iunior scilicet ex gentili-
bus congregata id est ecclesia domini
depressa ante captivitatem peccati quando

libertatem adhuc gratie non ha-
bebat. Cuius consilio vanus ille
populus nationum verbum audivit
propheticum. De quo diu ante dubi-
tavit. postea tamen ubi credidit
obsequendum. ablutus ab omni est
contagione viciorum. Et ille du-
bitavit antequam sanaretur. Tu
iam sanatus es. et ideo dubitare
non debes. Ideo tibi ante predictum
est. ut non hoc solum credas quod
vides. Ne forte et tu dicas
hoc est illud magnum misterium
quod oculus non vidit. nec auris
audivit. nec in cor hominis ascen-
dit. Aquas video quas vide-
bam quottidie. iste me habent
mundare in quas sepe descen-
di. et numquam mundatus sum. Hinc
cognosce quod aqua non mundat
sine spiritu. Ideoque legisti quod
tres testes in baptismate
unum sunt. aqua. sanguis.
et spiritus. Quia si unum horum
detrahas. non stat baptisma-
tis sacramentum. Quid enim
aqua sine cruce christi. elemen-
tum commune sine ullo sacra-
menti effectu. Nec iterum sine
sine aqua regenerationis
misterium est. Nisi enim quis
renatus fuerit ex aqua et
spiritu. non potest introire in regnum
dei. Credit autem et catechu-
minus in crucem domini ihesu
christi et ipse signatur. Sed nisi baptiza-
tus fuerit in nomine patris et fi-
lii et spiritus sancti. remissionem
non potest accipere peccatorum. nec spiritua-
lis gratie munus haurire. Er-
go ille syrus septies mer-
sit in lege. Tu autem baptiza-
tus es in nomine trinitatis. Con-

fessus es patrem recordare quod
feceris. Confessus es filium, con
fessus es spiritum sanctum. Tene or
dinem rei: in hac fide mundo
mortuus es et deo resurrexisti
et quasi in illo mundi consepul
tus elemento, peccato mortuus
ad vitam es resuscitatus eter
nam. Crede ergo quia non sunt vacue
aque. Ideo tibi dictum est: Quia
angelus domini descendebat se
cundum tempus in natatoriam
et movebatur aqua. Et qui prior
descendisset in natatoriam post
commotionem aque, sanus fiebat
a languore quocumque tenebatur.
Hec piscina in Ierosolimis
erat, in qua unus sanabatur,
sed nemo antea sanabatur quam
descendisset angelus, ut esset indi
cium quia descenderat angelus,
movebatur aqua. Movebatur
aqua propter incredulos. Illis si
gnum, tibi fides; illis angelus
descendebat, tibi spiritus sanctus;
illis creatura movebatur, tibi Christus
operatur ipse dominus creature. Tunc
curabatur unus, nunc omnes sa
nantur; aut certe unus solus po
pulus christianus. Est enim in
aliquibus et aqua mendax: non
sanat baptismum perfidorum,
non mundat sed polluit. Iu
deus urceos baptizat et ca
lices quasi insensibilia vel cul
pam possint recipere vel gratiam.
Tu baptiza hunc calicem tuum
sensibilem, in quo bona opera
tua luceant, in quo gratie
tue splendor fulgeat. Ergo
et illa piscina in figura, ut cre
das quia et in hunc fontem vis
divina descendit. Deinde paraliti

cus ille expectabat hominem.
Quem illum nisi dominum Ihesum natum
ex virgine, cuius adventu iam non
umbra sanaret singulos, sed veri
tas universos. Iste est ergo qui expectabatur
ut descenderet, de quo dixit deus
pater ad Iohannem baptistam: Super
quem videris spiritum descendentem
de celo et manentem super eum,
hic est qui baptizat in spiritu
sancto. De quo testificatus est
Iohannes dicens: Quia vidi spiritum
sanctum descendentem de celo quasi
columbam et manentem super eum.
Et hic quare spiritus sicut columba
descendit? Ut tu videres, ut tu
agnosceres columbam etiam illam
quam iustus Noe emisit ex ar
cha, istius columbe speciem fuis
se, ut typum agnosceres sacrame
nti. Et fortasse dicas: Cum illa
vera columba fuerit que emissa
est, hic quasi columba descenderit,
quomodo illic speciem fuisse dicimus,
hic veritatem, cum secundum grecos
in specie columbe spiritum descendis
se sit scriptum? Sed quid tam ve
rum quam divinitas que ma
net semper? Creatura autem non potest
veritas esse, sed species, que facile
solvitur atque mutatur. Simul
quia eorum qui baptizantur non
species esse debeat sed vera sim
plicitas. Unde et dominus ait: Esto
te astuti sicut serpentes et sim
plices sicut columbe. Merito
ergo sic columba descendit, ut
admoneret nos simplicitatem
columbe habere debere. Speciem autem
pro veritate accipiendam legi
mus et de Christo: Et specie inven
tus ut homo; et de patre deo: Neque

speciem eius vidistis. Est ne ad-
huc quod dubitare debeas cum evi-
denter tibi clamat et in evangelio
pater qui ait: Hic est filius meus
in quo complacui; clamet filius
super quem sicut columba se demon-
stravit spiritus sanctus; clamet et
spiritus sanctus qui sicut columba descen-
dit; clamet David: Vox domini super
aquas, deus maiestatis intonu-
it, dominus super aquas multas. Tu
tibi scriptura testatur quod ad Ieroba-
al preces ignis descendit de celo.
Et rursus precante Helya ignis mis-
sus qui sacrificium consecraret. Non
merita personarum consideres, sed of-
ficia sacerdotum. Et si merita ex-
spectes, sicut Heliam consideras,
Petri quoque merita expectato vel
Pauli qui accepto a domino Ihesu
hoc nobis misterium tradiderunt.
Ignis illis visibilis mittebatur
ut crederent, nobis invisibilis operatur
qui credimus. Illis in figura, no-
bis ad commonitionem. Crede ergo
adesse dominum Ihesum invocatum
precibus sacerdotum qui ait: Ubi
fuerint duo vel tres, ibi et
ego sum. Quanto magis ubi est
ecclesia, ubi misteria sua sunt,
ibi dignatur suam impertire pre-
senciam. Descendisti igitur; recordare
quid responderis: quod credas in
patrem, credas in filium, credas
in spiritum sanctum. Non habes illic:
credo in maiorem et minorem
et ultimum; sed eadem vocis tue
caucione constringeris ut
similiter credas in filium sicut in pa-
trem credis, similiter in spiritum sa-
nctum credas sicut credis in filium,
hoc solo excepto quod in crucem
solum dominum Ihesum fateris tibi

credendum esse. Post hec vero
ascendisti ad sacerdotem; conside-
ra quid secutum sit. Nonne illud
quod ait David: Sicut unguentum
in capite quod descendit in bar-
bam, in barbam Aaron. Hoc est
unguentum de quo et Salomon
ait: Unguentum exinanitum
est nomen tuum; propterea adolescen-
tule dilexerunt te et attra-
xerunt te. Quante hodie renova-
te anime dilexerunt te domine Ihesu
dicentes: Attrahe nos post te
in odorem vestimentorum tuorum
curremus, ut odorem resurrec-
tionis hauriret. Considerare hoc
fiat, intellige quia oculi sapi-
entis in capite eius. Ideo in
barbam defluit, id est in gratiam
iuventutis. Ideo in barbam A-
aron, ut fias electum genus
sacerdotale preciosum. Omnes enim
in regnum dei et in sacerdocium
ungimur gratia spirituali. Ascen-
disti de fonte; memento evange-
lice lectionis. Etenim dominus noster Ihesus
in evangelio lavit pedes discipu-
lis suis. Quando venit ad Symo-
nem Petrum et ait Petrus: Non
lavabis mihi pedes in eternum, non
advertit misterium, et ideo ministe-
rium recusavit, quod gravari
humilitatem servi crederet, si sibi
dominus obsequium patienter ad-
mitteret. Cui respondit dominus: Si non
lavero tibi pedes, non habebis me-
cum partem. Quo audito Petrus:
Domine non tantum pedes inquit sed et
manus et caput. Respondit dominus:
Qui lotus est non indiget
nisi ut pedes lavet, sed est mundus
totus. Mundus erat Petrus,
sed plantam lavare debebat

Habebat enim primum homo decus suc-
cessione parentum qui cum suppla-
tauit serpens et prostrauit
crudeliter. Ideo planta eius ab-
luitur ut hereditaria peccata
tollantur. Ista enim gratia per
baptismum relaxantur. Simul
cognoscite misterium ipsum hu-
militatis consistere misterio.
ait enim. Si ego laui vobis
pedes dominus et magister quanto
magis et vos debetis lauare
pedes inuicem vobis. Cum enim
ipse auctor salutis per obedi-
enciam nos redimerit quan-
to magis nos serui eius hu-
militatis et obediencie exhibere
debemus obsequium. Accepisti
post hec vestimenta candida
ut esset indicium quod exueris
inuolucrum peccatorum. induens
innocencie casta velamina
de quibus dixit propheta. Asperges
me ysopo et mundabor. la-
uabis me et super niuem de-
albabor. Qui enim baptizatur
et secundum legem et secundum euangelium
videtur esse mundatus. Secundum
legem quia ysopi fasciculo moy-
ses aspergebat sanguinem
agni. Secundum euangelium quia Christi
erant candida vestimenta
sicut nix. cum resurrectionis
sue gloriam in euangelio demonstra-
ret. Super niuem dealbatur
cui culpa dimittitur. Vnde et
per ysayam dominus ait. Si fue-
rint peccata vestra sicut coccinum
ut niuem dealbabo. Hec vesti-
menta habens ecclesia per lauacrum
regeneracionis assumpta. dicit
in canticis. Nigra sum et
decora filia Jerusalem. Nigra per fra-
gilitatem condicionis humane. decora
per graciam. Nigra quia ex peccatoribus
decora fidei sacramento. Hec
vestimenta cernentes filie Jerusalem
stupefacte dicunt. Que est hec
que ascendit dealbata. Hec erat
nigra. unde nunc subito dealba-
ta. Dubitauerunt enim eciam angeli
cum resurgeret Christus. Dubitauerunt
potestates celorum videntes quod caro
in celum ascenderet. Denique dicebant
Quis est iste rex glorie. Et cum alii
dicerent. Attollite portas principes
vestri et eleuamini porte eternales
et introibit rex glorie. In ysaya
quoque hec dubitatores virtutes celorum
dixisse. Quis est iste qui ascen-
dit ex edom. rubor vestimen-
torum eius et decor speciosus
in stola candida. Christus autem
videns ecclesiam suam in vestimen-
tis candidis pro qua ipse ut habes
in zacharie libro prophete. Sor-
dida vestimenta susceperat uel
animam regeneracionis lauacro mun-
dam atque ablutam dicit. Ecce
formosa es proxima mea. ecce
es formosa. Oculi tui sicut co-
lumbe. In cuius specie spiritus sanctus
descendit. Et infra. Dentes
tui sicut grex tonsarum. que
ascenderunt de lauacro. Que
omnes gemellos creant. et in-
fecunda non est in eis. ut resti-
cula coccinea labia tua. Non
mediocris ista laudacio. primum
dulci comparacione tonsarum
Capras enim et in altis pasci
et periculo nouimus et in pre-
ruptis securas cibum sumere.
Deinde cum tondentur de honerari

superfluis. autem gregi comparatur
ecclesia. Multas in se habens enim virtutes
que planant et superflua peccata
deponant que misticam fidem et mo
ralem gratiam deferunt christo que dicam
dum in ea loquantur In hijs formo
sa est ecclesia. Unde ad eandem verbum dei
dicit. Tota formosa es proxima
mea et reprehensio non est in te
Omnia culpa demersa est. Veni
huc a libano sponsa veni huc
a libano. tu sibi et pro sibi
a principio fidei. Eo quod renun
cians mundum transierit. scilicet
pertransierit ad christum. et iterum dicit
ad eam deus verbum. Quid pul
chra et suavis facta es caritas
in delicijs tuis. Statura tua si
milis facta est palme. et ube
ra tua botris. Cui respondit ecclesia
Quis dabit te frater in lactentem
ubera matris mee Inveniens
te foris osculabor te. et quidem
non superveniat me. Assumam te et
inducam te in domum matris mee
et in secretum eius que concepit
me. Docebis me. Videns quidem
modum delectata munere gratiae. Ad
interiora cupit mistica pervenire
et omnes sensus suos conferre
christo. Adhuc quid. Adhuc susci
tat caritatem et suscitavi tam
sibi possit a filiabus Ierusalem. Ceca
rum gratia hoc est amatorem fidelium
sponsum in amorem sui vehementer
desiderat provocari. Unde dominus ihesus
et ipse invitatam tante studio ca
ritatis. pulchritudine decorans
et gratie que nulla iam in ablutis
delicta sorderent. Dicit ad ecclesiam
pone me ut signaculum in cor
tuum ut sigillum in brachium
tuum. hoc est. Decora es proxima
mea. tota formosa es mea
tibi decet. pone me ut sig
naculum in cor tuum. quo fides
tua pleno fulgeat sacramento
opera tua luceant et yma
ginem dei preferant ad cuius
ymaginem facta es. Cari
tas tua nulla persecucione
minuatur. quam multe aque
excludere et flumina inundare
non possint. Unde repete quod
accepisti signaculum spirituale
spiritum sapiencie et intellectus
spiritum consilij atque virtutis spiritum
cognicionis atque pietatis
spiritum sancti timoris. Et serva
quod accepisti. Signavit te deus
pater. confirmavit te christus dominus
et dedit pignus spiritus in
cordibus tuis. sicut apostolica
lectione didicisti. Hijs ablu
ta plebs dives in signibus
ad christi contendit altaria
dicens. Et introibo ad altare
dei. ad deum qui letificat iuven
tutem meam. Deposuit enim
inveterati erroris exuvias
renovata in aquile iuven
tute. celeste illud festinat
adire convivium. Venit igitur
et videns sacrosanctum altare
compositum. exclamans ait. pa
rasti in conspectu meo men
sam. Hanc loquentem indu
xit david dicens. Dominus pascit
me et nichil mihi deerit in loco
pascue ibi me collocavit. su
per aquam refectionis edu
cavit me. Et infra. Nam
et si ambulem in medio umbre
mortis non timebo mala quoniam
tu mecum es. Virga tua et
baculus tuus ipsa me conso
lata sunt. parasti in conspectu

Iudeis manna deus pluit, nobis autem
apparuit quod nec oculus vidit nec in cor

Sacramenta non humana sed opus divinum

meos mensam adversus eos qui
tribulant me. Impinguasti
in oleo caput meum. Et po-
culum tuum inebrians quam
preclarum est. Sicut illud con-
sideremus ne quis forte vi-
sibilia videns, que non sunt
invisibilia non videntur, nec
putet humanis oculis compre-
hendi. Dicat forte Iudeus:
Deus manna pluit. Pluit
coturnices celi, aut dilecte
hec sunt que preparavit diligentibus
dictum est. Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit que preparavit
Deus diligentibus eum. Ergo
ne quis hoc dicat, summo
studio volumus comprobare
quod et antiquiora sacramen-
ta ecclesie quam synagoge
sunt, et prestantiora quam
manna est. Antiquiora docet
lectio Genesis que decursa est.
Synagoga enim et lege
Moysi principatum sumpsit.
Abraham vero longe antiquior
qui victis hostibus et nepo-
te proprio recepto cum potiretur
victoria, tunc illi occurrit
Melchisedech et protulit ea
que Abraham veneratus ac-
cepit. Non Abraham protulit
sed Melchisedech, qui inducitur
sine patre, sine matre, neque
initium dierum neque finem
habens. Similis autem filio Dei,
de quo ait Paulus ad Hebre-
os, quod manet sacerdos in perpe-
tuum, qui interpretatione lati-
na dicitur rex iusticie, rex pa-
cis. Nunc agnoscis quis iste
sit. Potest homo esse rex

Melchisedech sacerdos similis est filio Dei

iusticie, cum ipse vix iustus sit?
Potest rex pacis, cum vix possit esse
pacificus? Sine matre secundum
divinitatem, quia ex patre deo ge-
nitus est unius substantie cum patre;
sine patre secundum incarnationem,
quia natus ex virgine est; initium
et finem non habens, quia ipse est
initium et finis omnium, primus
et novissimus. Sacramentum igitur quod
in se divinum est muneris.
Sacramentum quod accepisti
ab eo probatum, qui benedixit
fidei patrem Abraham illum
cuius gratia et gesta miramur.
Probatum est antiquiora esse
ecclesie sacramenta, nunc cognosce
potiora. Revera mirabile est
quod manna deus pluit patribus
et quottidiano celi pascebantur
alimento. Unde dictum est:
panem angelorum manducavit homo.
Sed tamen panem illum qui man-
ducaverunt omnes in deserto mor-
tui sunt. Ista autem esca quam
accipis, iste panis vivus qui
descendit de celo, vite eterne
substanciam subministrat et
quicumque hunc manducaverit
non morietur in eternum. Et est
corpus Christi. Considera nunc
utrum prestancior sit panis an-
gelorum an caro Christi, que utique
corpus est vite. Manna
illud de celo, hoc super celum.
Illud celi, hoc domini celorum. Il-
lud corrupcioni obnoxium,
si in diem alterum servaretur; hoc
alienum ab omni corrupcione,
quod quicumque religiose gusta-
verit corrupcionem sentire

De manna

non poterit Illis aqua de petra fluxit tibi sanguis de christo Illos ad horam saciavit aqua te sanguis diluit in eternum Judeus bibit et sitit tu cum biberis sitire non poteris Et illud umbra hic in veritate Sed illud quod miraris umbra est quantum istud est cuius et umbram miraris Audi quod umbra est que apud patres facta est Bibebant inquit de consequenti petra petra autem erat christus Sed non in pluribus eorum complacitum est deo Nam prostrati sunt in deserto Hec autem in figura facta sunt nostri Cognovisti prestanciora potior enim est lux quam umbra veritas quam figura corpus auctoris quam manna de celo Forte dicas Aliud video quomodo tu mihi asseris quod christi corpus accipiam Et hoc nobis adhuc super est ut probemus Quantis utimur igitur exemplis ut probemus non hoc esse quod natura formavit sed quod benediccio consecravit maioremque vim esse benediccionis quam nature quia benediccione etiam natura ipsa mutatur Virgam tenebat moyses proiecit eam et facta est serpens Rursus prendit caudam serpentis et in virge naturam revertitur Vides igitur propheticam graciam bis mutatam esse naturam et serpentis et virge Currebant egypti flumina puro aquarum meatu subito de fontium venis sanguis cepit erumpere Non erat potus in fluviis Rursus ad prophete precem cruor cessavit fluminum aquarum natura remeavit Circumclusus undique erat populus hebreorum hinc egyptiis vallatus inde mari clausus virgam levavit moyses separavit se aqua et in murorum specie congelavit atque inter undas via pedestris apparuit Jordanis retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertitur exordium Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluvialis cursus esse mutatam Siciebat populus patrum tetigit moyses petram et aqua de petra fluxit Numquid non preter naturam operata est gracia ut aquam vomeret petra quam non habebat natura Marra fluvius amarissimus erat ut siciens populus bibere non posset Misit moyses lignum in aquam et amaritudinem suam aquarum natura deposuit quam infusa subito gracia temperavit Sub Eliseo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi et statim mersum est Rogavit heliseum qui amiserat ferrum misit etiam heliseus lignum in aquam et ferrum natavit utique et hoc preter naturam factum cognoscimus Gravior enim ferri species quam aquarum liquor Advertimus igitur maiorem esse graciam quam naturam et adhuc tamen prophetice benediccionis numeramus graciam ~~quam naturam~~ Quod si tantum valuit humana benediccio ut naturam converteret quid dicimus de ipsa consecracione divina ubi ipsa verba domini salvatoris operantur Nam sacramentum istud quod accipis

cristi simone confitetur. Si quid
si tantum valuit sermo helye ut
ignem de celo deponeret non
valebit christi sermo ut species
mutet elementorum. De tocius
mundi operibus legisti quod ipse
dixit et facta sunt. Man-
davit et creata sunt. Ser-
mo ergo christi qui potuit ex
nichilo facere quod non erat non
potest ea que sunt in id mutare
quod non erat. Non enim minus
est novas rebus dare quam
mutare naturas. Sed quid argu-
mentis utimur. Suis utamur
exemplis. incarnacionisque
astruamus misterii veritatem.
Nunquid nature usus precessit cum
ihesus dominus ex maria nasceretur.
Si ordinem querimus. viro
mixta femina generare con-
suevit. Liquet igitur quod preter
nature ordinem virgo generavit.
Et hoc quod conficimus corpus
ex virgine est. Quid hic queris
nature ordinem in christi corpore
cum preter naturam sit ipse dominus ihesus
partus ex virgine. Vera uti-
que caro christi que crucifixa que
sepulta est. Vere ergo carnis
illius sacramentum est. Ipse
clamat dominus ihesus. Hoc est
corpus meum. Ante benedic-
cionem verborum celestium alia
species nominatur. post consecra-
cionem corpus significatur. Ipse
dicit sanguinem suum. Ante
consecracionem aliud dicitur. post
consecracionem sanguis nuncu-
patur. Et tu dicis amen hoc

est verum est. Quod os loquitur. mens
interna fateatur. Quod sermo sonat
affectus sentiat. Hiis igitur sacra-
mentis pascit ecclesiam suam
christus quibus anime firmatur
substancia. Atque merito videns
profectum eius gracie continuum
dicit ad eam. Quam decora
facta sunt ubera tua soror
mea sponsa. quam decora
facta sunt a vino. Odor vestimen-
torum tuorum super omnia aromata.
Favum distillant labia tua o spon-
sa. mel et lac sub lingua
tua. et odor vestimentorum tuorum
sicut odor libani. Hortus conclu-
sus soror mea sponsa mea.
hortus conclusus fons signatus.
Quo significat signatum debere
apud te manere misterium. ne
violetur operibus vite male atque
adulterio castitatis. ne divul-
getur quibus non congruit. ne
garrula loquacitate dispergatur
in perfidos. Bona ergo debet
fidei tue esse custodia ut in-
temerata vite ac silencii
integritas perseveret. Unde et ecclesia
altitudinem servans misteriorum
celestium. reicit a se graviores
venti procellas. et invitat ver-
nalis gracie suavitatem. Et sci-
ens quod ortus suus christo di-
splicere non possit. ipsum advo-
cat sponsum dicens. Exurge
aquilo et veni auster. per-
fla hortum meum. et defluant
unguenta mea. Descendat
frater meus in hortum suum
et edat fructum pomiferorum
suarum. Bonas enim arbores

et fructiferas arbores que radices suas miserint in sacri fontis inriguo et in bonos fructus noue fecunditatis germine pululauerint ut iam non prophetica cedantur securi sed euangelica ubertate fundentur. Denique fertilitate earum eas dominus delectatus uidit: Ingressus sum in hortum meum soror mea sponsa uindemiaui mirram cum unguentis meis, manducaui cibum meum cum melle meo, bibi potum meum cum lacte meo. Psuare cibum et potum discernum fidelis intellige. Illud autem non dubium quod in nobis ipse manducat et bibit, sicut in nobis legisti quia in carcere esse se dicit. Unde et ecclesia uidens tantam gratiam hortatur filios suos, hortatur proximos ut ad sacramenta concurrant dicens: Edite proximi mei et bibite et inebriamini fratres mei. Quid edamus, quid bibamus alibi tibi per prophetam spiritus sanctus expressit dicens: Gustate et uidete quoniam suauis est dominus; beatus uir qui sperat in eo. In illo sacramento christus est quia corpus est christi. Non ergo corporalis esca sed spiritualis est. Unde et apostolus de typo eius ait quia patres nostri escam spiritualem manducauerunt et potum spiritualem biberunt. Corpus enim christi corpus est diuini spiritus quia spiritus christus ut legimus: Spiritus ante faciem nostram christus dominus. Et in petri epistola habemus: et christus pro uobis mortuus est. Denique cor nostrum esca ista confirmat et potus iste letificat cor hominis ut propheta memorauit. Unde adepti omnia sciamus regeneratos nos esse. Nec dicamus: quomodo regenerati sumus? Numquid in uentrem matris nostre introiuimus et renati sumus? Non agnosco usum nature. Sed nullus hic nature ordo ubi excellencia gratie. Denique non semper usus nature generationem facit. Generatum ex uirgine christum dominum confitemur et nature ordinem denegamus. Non enim ex uiro maria concepit sed de spiritu sancto in utero accepit, ut dicit Matheus: quia inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Si ergo superueniens spiritus sanctus in uirginem conceptionem operatus est et generationis munus impleuit, non est utique dubitandum quod superueniens in fonte spiritus uel super eos qui baptismum consequuntur ueritatem regeneracionis operetur. Amen.

Finit de iniciandis feliciter

Incipit de Sacramentis liber primus

De sacramentis
que accepistis
sermonem ad
orior cuius ra
tionem non ~~pu~~ [oportuit]
~~tam~~ ante premit
ti. In christiano
enim viro prima
est fides. Ideo et rome fide
les dicuntur qui baptizati sunt
et pater noster abraham ex fide iu
stificatus est non ex operibus.
Ergo accepistis baptismum
credidistis. nephas est enim
me aliud estimare. neque enim
vocatus esses ad gratiam nisi di
gnum te christus sua gratia iudi
casset. Ergo quid egimus
sabbato. nempe apertionem.
Que misteria celebrata sunt
apertionis. quando tibi aures te
tigit sacerdos et nares. quid [quid]
significavit in ewangelio dominus
noster ihesus christus. cum ei oblatus
esset surdus et mutus. et te
tigit aures eius. et os eius.
aures quia surdus erat. os quia
mutus. et ait effeta. he
braicum verbum est quod lati
ne dicitur adaperire. Ideo ergo tibi
sacerdos aures tetigit. ut
aperirentur aures tue ad sermo
nem. et ad alloquium sacer
dotis. Sed dicis michi quare na
res. Ibi quia mutus erat os te
tigit. quia loqui non poterat
sacramenta celestia. ut vocem
acciperet a christo. Et ibi quia vir.
hic quia mulieres baptizantur
et non eadem puritas servi quanta
et domini. Cum enim ille peccata
concedat. huic peccata donentur

que potest esse comparatio. Ideo propter gratiam
operis et muneris. non os tangit
episcopus sed nares. [quare nares] ut bonum odorem
accipias pietatis eterne. ut dicas.
christi enim odor bonus sumus deo.
quemadmodum dixit apostolus sanctus.
sit in te fidei devotionisque plena
fragrancia. venimus ad fontem.
ingressus es et unctus es. considera
quos videris. quid locutus sis.
considera ~~repete~~ [repete] diligenter. oc
currit tibi levita. occurrit presbiter.
unctus es quasi athleta christi. quasi
luctam huius seculi luctaturus.
professus es luctaminis tui cer
tamina. Qui luctatur habet quod spe
ret. ubi certamen ibi corona.
luctaris in seculo. sed coronaris
a christo. et pro certaminibus seculi co
ronaris a christo. et pro certaminibus
coronaris. Nam et si in celo
premium. hic tamen meritum premii
collocatur. Cum te interrogat
abrenuncias diabolo et operibus
eius. quid respondisti. abrenun
cio. Abrenuncias seculo et volup
tatibus eius. quid respondisti.
abrenuncio. memor esto sermo
nis tui et numquam tibi excidat
tue cautionis series. Si ci
rographum homini dederis
teneris obnoxius ut pecu
niam eius accipias. teneris
astrictus. et reluctantem te fe
nerator astringit. atque illic
tua cautione convinceris.
Ubi promiseris considera. vel
quibus promiseris. levitam vi
disti. sed minister est christi. vi
disti illum ante altaria ministra
re. Ergo cirographum tuum
tenetur non in terra sed in celo.
Considera ubi accipias sacramen
ta celestia. Si hic corpus est

// ut abiecte nequicie delectationibus et pollutis
amplectatur odorem ut possint cum apostolo
dicere / christi bonus odor sumus deo / quia multa //

hic et angeli constituti sunt. Ubi corpus
ibi aquile. Legisti in evangelio: ubi cor-
pus Christi, ibi et aquile, que vola-
re consueverunt, ut terrena fugi-
ant, celestia petant. Secundare est
dico. Secunda et homines angeli qui-
cumque annunciant Christum et in ange-
lorum assensu videntur locum. Quo-
modo? Accipe. Sanctus Baptista erat Johannes
natus ex viro et muliere. Petrum
audi quia angelus est ut ipse ait: Ec-
ce mitto angelum meum ante fa-
ciem tuam et preparabit viam
tuam ante te. Accipe illud. Ma-
lachiel ait propheta: Quia labia
sacerdotis custodiunt scientiam et
legem exquirunt ex ore ipsius, an-
gelus est enim domini omnipotentis.
Hec ideo dicuntur ut sacerdotii
gloriam predicemus, non ut aliquid
personalibus meritis adrogetur.
Ergo abrenunciasti mundo, abre-
nunciasti seculo. Esto sollicitus.
Qui pecuniam debet semper cauci-
onem suam considerat. Et tu qui
fidem debes Christo, fidem serva, que
multo preciosior quam pecunia
est. Fides enim eternum patrimo-
nium est, pecunia temporale.
Et tu ergo semper recordare quid
promiseris: eris cautior. Si te-
neas promissionem tuam, tenebis
et cautionem. Deinde accessisti
propius. Vidisti fontem, vidisti
et sacerdotem supra fontem.
Nec hoc possum dubitare quod
in animum vestrum non potuerit
cadere quod cecidit in illum Syrum
Naaman. Secunda et si mundatus
est, tamen dubitavit. Quare? Dicam.
Accipe. Ingressus es, vidisti aquam,
// vidisti sacerdotem

quicumque annunciant Christum

racionem

prelatus de sacerdotis recommendacione

fides

dotem, vidisti levitam. Ne
forte aliquis dicat: hoc est to-
tum. Immo hoc est totum, vere totum,
ubi tota innocencia, tota pietas,
tota gratia, tota sanctificatio. Vidi-
sti que videre potuisti oculis
tui corporis et humanis con-
spectibus. Non vidisti illa que
operantur, sed que videntur. Illa
multo maiora sunt que non
videntur, quam que videntur.
Quia que videntur temporalia
sunt, que non videntur eterna.
Ergo dicamus primum, tene-
te cautionem vocis mee et ex-
igite. Miraris misteria iude-
orum que patribus nostris da-
ta sunt, primum vetustatem
sacramentorum, deinde sanctitatem ~~vetustatem~~
prestanciam. Illud promitto quod
diviniora et priora sacramenta
sunt christianorum quam iudeorum. Quid ergo?
Populum quia quid per mare tran-
siit iudeorum populus, ut de bap-
tismo interim loquamur.
Attamen qui transierunt iudei
mortui sunt omnes in deserto.
Ceterum qui per hunc fontem
transit a terrenis ad celestia,
hic est enim transitus. Ideo pascha,
hoc est transitus eius, transitus a pec-
cato ad vitam, a culpa ad gra-
tiam, ab inquinamento ad sanctifica-
tionem. Qui per hunc fontem transit
non moritur, sed resurgit. Na-
aman ergo leprosus erat. Puel-
la quedam ait uxori illius:
Dominus meus si vult mundari,
vadat in terram Israel et ibi
inveniet eum qui possit ei
lepram tollere. Dixit illa domine
sue, uxor marito Naaman
regi Syrie. Qui eum quasi

qui acceptissimus sibi. Misit
ad regem Israel. Audivit rex
Israel quod misisset ad eum qui
lepram mundaret, et scidit
vestem suam. Tunc Heliseus
propheta mandat ei: Quid est
quod scidisti vestem quasi non sit
deus potens qui mundet lepro-
sum? Mitte illum ad me. Mi-
sit illum. Cui advenienti a-
it propheta: Vade, descende in Ior-
danem, mergere et sanabe-
ris. Ille cepit cogitare
secum et dicere: Hoc est totum?
Veni de Syria in terram Iude-
am et dicitur mihi: Vade in Ior-
danem, mergere et sanabe-
ris, quasi flumina meliora
non sint in patria mea. Di-
xerunt ergo ei servi: Domine ser-
ma quare non facis verbum
prophete? Magis fac et experire.
Tunc ille ivit in Iordanem,
mersit, et surrexit sa-
nus. Quid ergo significat? Vidisti
aquam, sed non aqua omnis
sanat, sed aqua sanat que
habet gratiam Christi. Aliud est elemen-
tum, aliud consecratio, aliud
opus, aliud operatio. Aqua o-
pus est, operatio spiritus sancti
est. Non sanat aqua nisi
spiritus sanctus descenderit et a-
quam illam consecraverit. Sicut
legisti quod cum dominus noster Iesus
Christus formam baptismatis
daret, venit ad Iohannem. Et ait
illi Iohannes: Ego a te debeo bap-
tizari, et tu venis ad me?
Respondit illi Christus: Sine mo-
do, sic enim decet nos implere omnem
iustitiam. Vide quia omnis iustitia
in baptismate constituta est. Ergo
quare Christus descendit nisi ut caro
ista mundaretur, caro quam suscepit
de nostra condicione? Non enim ab-
lucio peccatorum suorum Christo necessaria
erat, qui peccatum non fecit, sed nobis
erat necessaria, qui peccato manemus
obnoxii. Ergo si propter nos bap-
tismum, nobis forma est constitu-
ta, fidei nostre forma proposita est.
Descendit Christus, Iohannes asta-
bat qui baptizabat, et ecce
quasi columba spiritus sanctus descen-
dit, sed quasi columba. Memento quid
dixerim: Christus carnem susce-
pit non sicut carnem, sed carnis
istius veritatem; vere carnem Christus
suscepit. Spiritus enim sanctus in
specie columbe descendit de celo
Ergo vidit Iohannes et credidit. — non in veritate columbe sed in specie columbe
Descendit Christus, descendit et spiritus
sanctus. Quare prior descendit
Christus, postea spiritus sanctus, cum
forma baptismatis et usus hoc
habeat ut ante fons conse-
cretur, et tunc descendat qui
baptizandus est? Nam ubi primum
ingreditur sacerdos, exorcismum
facit secundum creaturam aque, in-
vocationem postea et precem defert,
ut sanctificetur fons et adsit
presentia trinitatis eterne. Christus
autem ante descendit, secutus est
spiritus. Qua ratione? Ut non
quasi egere dominus Iesus sanctifi-
cationis misterio videretur,
sed sanctificaret ipse, sanctificaret
et spiritus. Ergo descendit in
aquam Christus, et spiritus sanctus
sicut columba descendit. Pater quoque
deus de celo locutus est [illegible]

pnaaz trinitatis. In mari autem rubro figuram istius baptismatis extitisse dicit apostolus dicens quia patres nostri omnes baptizati sunt in nube et in mari. Et subdidit. Hec autem omnia in figura facta sunt illis. Illis in figura sed nobis in veritate. Tunc moyses virgam tenebat. Conclusus erat populus iudeorum. Instabat egiptius cum armis. Et una parte mari claudebatur hebreis. Nec maria transire poterant neque in hostem retorquere. Murmurare ceperunt. Vide ne te provocet quia exauditi sunt. Et si exaudivit dominus tamen culpa non caret qui murmuravit. Tuum est ubi coangustaris credere quod evadas non murmurare invocare rogare non querelam expromere. Tenebat virgam moyses et ducebat populum hebreorum in nocte in columna lucis in die in columna nubis. Lux quid est nisi veritas que apertum et planum lumen effudit. Columpna lucis quid est nisi christus dominus qui tenebras infidelitatis depulit lucem veritatis et gratie spiritualis affectibus infudit humanis. Columpna vero nubis est spiritus sanctus. In mari erat populus et precedebat columpna lucis. Deinde sequebatur columpna nubis quasi umbratio spiritus sancti. Vides quod per spiritum sanctum et per aquam typum baptismatis demonstravit. In diluvio quoque fuit iam tunc figura baptismatis. Et adhuc utique non erant misteria iudeorum. Sic ergo huius baptismatis forma precessit. Vides quod superiora misteria christianorum quam fuerint iudeorum. Sed interim secundum fragilitatem vocis nostre et temporis rationem satis sit etiam de sacro fonte libasse misteria. Crastina die si dominus dederit loquendi potestatem vel copiam plenius intimabo. Opus est ut sanctitas vestra aures paratas habeat promptiorem animum ut ea que nos colligere possimus de serie scripturarum et vobis intimaverimus tenere possitis. Ut habeatis gratiam patris et filii et spiritus sancti. Cui trinitati est perpetuum regnum a seculis et nunc et semper et in omnia secula seculorum. Amen.

Liber primus explicit.

Incipit eiusdem de sacramentis liber secundus.

In diluvio quoque figuram baptismatis precessisse hesterno cepimus disputare. Quid est diluvium nisi in quo iustus ad seminarium iustitie reservatur peccatum moritur. Ideo dominus videns hominum pullulare delicta iustum solum cum sua progenie reservavit. Aquam autem super montes exire precepit. Et ideo in illo diluvio omnis corruptela carnis interiit. Sola iusti progenies et forma permansit. Nonne hoc diluvium quod est baptisma quo peccata omnia

De baptismo

diluuntur. Sola iusta mens
et gratia resuscitatur. Multa ge(sunt)
nera baptismatum, sed unum
baptisma clamat apostolus.
Quare sunt baptismata
gentium, sed non sunt baptisma
ta, lavacra sunt. Baptisma
ta esse non possunt. Caro la
vatur, non culpa diluitur. (culpa)
Immo in illo lavacro contra
hitur. Erant autem baptisma
ta iudeorum alia superflua, a
lia in figura. Et figura ipsa
nobis proficit, quia veritatis est
nuncia. Quid lectum est heri?
Angelus inquit certo tempore de
scendebat in piscinam, et quo
tienscumque descendisset angelus
movebatur aqua, et qui prior
ascendisset sanabatur ab omni
languore quocumque teneba
tur. Quod significat figuram
venturi domini nostri ihesu christi
angelus. Quare? Ipse est enim
magni consilii angelus. Secundum
tempus quod ad horam novissima
servabat, ut in occasu ipso di
em deprehenderet, et differ
ret occasum. Quomodo enim autem quando
descendisset angelus movebatur
aqua. Dicis forte: Quare
modo non movetur? Audi quare.
Signa incredulis, fideles crede
tibus. Quia qui prior descendisset
sanabatur ab omni infirmita
te. Quid est prior? Aut tempore
an honore. Utrumque intellige.
Si tempore prior qui descendisset
sanabatur, ante hoc est de po
pulo iudeorum magis quam de po
pulo nationum. Si honore,
qui prior descendisset hic est qui

querit dei metum, studium iustitie,
gratiam caritatis, castitatis affectum,
ipse magis sanabatur. Tunc
tunc temporis unus sanabatur. Nunc
in quo tempus in figura, qui prior
descendisset solus curabatur. Certe ma
ior est gratia ecclesie, in qua omnes
salvantur quicumque descendunt.
Sed videte misterium. Venit dominus noster
ihesus christus ad piscinam. Multi ibi
egri iacebant, ubi unus tantum
curabatur. Deinde ait ad illum
paraliticum: Descende. Ait ille: Ho
minem non habeo. Vide ubi bap
tizaris, unde sit baptisma nisi
de cruce christi, de morte christi. Ibi
est omne misterium, quia pro te
passus est. In ipso redimeris,
in ipso salvaris. Hominem inquit
non habeo. Hic est qui per hominem
mors et per hominem resurrectio
mortuorum. Non poterat de
scendere, non poterat salvari
qui non credebat quod dominus ihesus
carnem suscepisset ex virgine.
Hic autem qui expectabat medi
ator est dei et hominum homo
ihesus. Expectabat eum de quo dictum
est: Et mittet dominus hominem
qui salvos faciat eos. Dicebat:
Hominem non habeo. Et ideo ad
sanitatem meruit pervenire,
quia credebat in adventum eius.
Melior tamen et perfectior fuisset
si credidisset iam venisse quem
sperabat esse venturum. Nunc
vide singula. Diximus
figuram precessisse in iordane,
quando naaman leprosus ille munda
tus est. Puella illa ex cap
tivis que est, nisi que speciem ha
bebat ecclesie et figuram

reputabat. Et captivus enim erat populus nationum, captivus erat non dico captivitate sub hoste aliquo populum constitutum, sed eam captivitatem dico que maior est, cum diabolicum suis seuis dominatur imperio et captiva sibi colla subiciat peccatorum. Ergo hec unum baptisma. Aliud in diluvio. Habes tertium genus quando in mari rubro baptizati sunt patres. Habes quartum genus in piscina quando movebatur aqua. Simul et consulo vos ut credatis quia hec presentia trinitatis in hoc baptismate quo baptisat in ecclesia. Dicit itaque dominus noster Ihesus Christus in ewangelio suo, dixit ad apostolos: Ite baptisate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sermo hic salvatoris est. Dic mihi o homo: invocavit Helias et de celo ignem et descendit ignis. Invocavit Heliseus domini nomen et de aqua ferrum securis ascendit quod demersum fuerat. Ecce aliud genus baptismatis. Quare? quia omnis homo ante baptismum quasi ferrum premitur atque demergitur. Ubi baptisatus fuerit, non tamquam ferrum sed tamquam iam levior fructuosi ligni species levatur. Ergo et hic figura altera. Securis erat qua cedebantur ligna. Cecidit manubrium de securi, hoc est ferrum demersum est. Filius prophete nesciuit quid faceret, sed hoc solum scivit ut rogaret Heliseum prophetam et remedium postularet. Tunc ille lignum misit et ferrum levatum est. Videtis ergo quod in cruce Christi omnium hominum levatur infirmitas. Aliud, et si non ordine tenemus, quis enim posset omnia gesta Christi comprehendere? Sicut

maran

apostoli dixerunt. Moyses cum venisset in desertum et sitisset populus, cum venisset ad Marath fontem et bibere vellet, quia ubi primum hausit amaritudinem sensit et cepit bibere non posse. Ideo Moyses misit lignum in fontem et cepit aqua que antea erat amara dulcescere. Quid significat? nisi quia omnis creatura corruptele obnoxia aqua amara est omnibus. Et si ad tempus est suavis, ad tempus iocunda, amara est que non potest auferre peccatum. Ubi biberis sitiabis; ubi potationis ceperis suavitatem, iterum amaritudinem sentias. Amara ergo aqua, sed ubi crucem Christi, ubi acceperit celeste sacramentum, incipit esse dulcis et suavis, et merito dulcis in qua culpa revocatur. Ergo si in figura tantum valuerunt baptismata, quanto amplius valet baptisma in veritate. Nunc ergo consideremus. Venit sacerdos, precem dicit ad fontem, invocat patris nomen, presentiam filii et spiritus sancti, utitur verbis celestibus. Celestia verba que sunt? que Christi sunt, quod baptizemus in nomine patris et filii et spiritus sancti. Si ergo ad hominum sermonem ad invocationem sancti aderat presentia trinitatis, quanto magis ibi adest ubi sermo operatur eternus. Vultis scire quod descendit spiritus? Audisti quia quasi columba descendit. Quare quasi columba? ut incredulos vocaret ad fidem. In principio signum debuit esse, in posterioribus debet esse perfectio.

De invocatione spiritus sancti

Accipe aliud | post mortem xpi
dni nri ihu | xpi erat in vno congregati
loco | et orabant in die penthe
costes | Et subito factus est sonus
magnus qui cum vi magna
spus ferretur | et vise sunt
lingwe dispse sic ignis | Quod
hoc significat | nisi descensum
spus sancti qui se voluit
incredulis eciam corporaliter
demostrare | hoc est est cor
poraliter per signum | spiritualiter
per sacramentum | Ergo mani
festum testimonium eius ad
ventus | Nobis autem iam fidei
prerogatiua defertur | Quia
in principio signa incredul
fiebant | Nobis iam in plen
tudine ecclesie non signa | sed
fides vitas colligenda est | Nunc
disputemus | quid sit quod
dixi baptisma | venisti ad fon
tem descendisti in eum | attendisti
summum sacerdotem leui
tas et presbiterum in fonte in
dixi | Aliud est baptismum
In principio deus in hominem
fecit vt si peccatum non gustaret
morte non moreretur | peccatum
contraxit | factus est obnoxius
morti eiectus est de paradiso
| Sed dominus qui sua vellet bene
ficia permanere | et insidias
[illegible] abolere serpentis | resoluere
quod omne quod nocuit | primum quod
sententiam tulit in hominem terra
es et in terram ibis | et morti
hominem fecit obnoxium | Erat diuina
sentencia | solui humana sentencio
ne non poterat | Remedium
datum est ut homo moreretur

et resurgeret | Quare vt et illud
quod ante dampnacionis loco cessaret
loco cederet beneficio | Quid illud est
nisi mors | Queris quo. Quia
mors interueniens finem facit
peccati | Cum enim morimur utique
peccare desistimus | Satis factum
ergo sententie videbatur | Quia
homo qui factus fuerat vt viueret
si tamen non peccaret incipiebat
mori | Sed vt diuina perpetua gracia
perseueraret mortuus est homo
Sed opus inuenit resurreccionem id est
idest vt reintegraret celeste
beneficium | Quod fraude fuerat
serpentis amissum vtrumque ergo
pro nobis | quia et mors finis
est peccatorum | et resurreccio na
ture reformacio | Verumtamen ne in
hoc seculo diabuli fraus uel insi
die preualerent | inuentum est bap
tisma | De quo baptismate au
di quid dicat scriptura immo filius
dei | pharisei qui noluerunt
baptizari baptismo Johannis
consilium dei spreuerunt | Ergo bap
tismum consilium dei est et sancta est
gracia | vbi est consilium dei | Audi
noster ut in hoc quod seculo nexus
diabuli soluetur | inuentum est
quo homo viuus moreretur
et viuus resurgeret | Quid est
viuus | hoc est vitam corporis
viuens cum veniret ad fontem
et mergetur in fonte | Quid
est aqua nisi de terra | Satisfecit
ergo sententie celestis sine
mortis stupore | Quod mergis
soluitur sententia illa | terra
es et in terram ibis | impleta
sentencia locus est beneficio

remedioque celesti. Ergo aqua et terra possibilitas aut vite nostre non admittebat ut terra operiremur et de terra resurgeremus. Deinde non terra lavat sed aqua lavat. Ideo fons quasi sepultura est. Interrogatus es: Credis in deum patrem omnipotentem? Dixisti: Credo, et mersisti, hoc est sepultus es. Iterum interrogatus es: Credis in dominum nostrum Ihesum Christum et in crucem eius? Dixisti: Credo, et mersisti. Ideo et Christo es consepultus. Qui enim Christo consepelitur, cum Christo resurgit. Tertio interrogatus es: Credis et in spiritum sanctum? Dixisti: Credo. Tertio mersisti, ut multiplicem lapsum superioris etatis absolveret trina confessio. Denique ut vobis afferamus exemplum: sanctus

de negatione petri

apostolus Petrus postea quam in passione domini lapsus videtur infirmitate condicionis humane, qui ante negaverat, postea ut illum lapsum aboleret et solveret, tertio interrogatur a Christo si Christum amaret. Tunc ille dixit: Tu nosti domine quia amo te. Tertio dixit ut tertio absolveretur. Sic ergo peccatum dimittit pater, sic dimittit filius, sic dimittit et spiritus sanctus. In uno autem nomine baptizari nos oportet, hoc est in nomine patris et filii et spiritus sancti. Noli mirari quod dixi unum nomen, ubi est una substantia, una divinitas, una maiestas. Hoc est nomen de quo dictum est: In quo oportet omnes salvos fieri. In hoc nomine omnes salvati estis, redditi estis ad gratiam vite. Clamat ergo apostolus sicut audistis in lectione presenti: Quicumque baptizatur in morte Ihesu baptizatur. Quid est in morte? Ut quomodo Christus mortuus est, sic et tu mortem degustes. Quomodo Christus mortuus est peccato et deo vivit, ita et tu superioribus illecebris peccatorum mortuus sis per baptismatis sacramentum et resurrexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed non mortis corporalis veritate, sed in similitudine. Cum enim mergis, mortis suscipis et sepulture similitudinem. Crucis illius accipis sacramentum, quod in cruce Christus pependit et clavis confixum est corpus. Tu ergo cum crucifigeris Christo adheres, clavis domini nostri Ihesu Christi adheres, ne te dyabolus possit abstrahere. Teneat te clavus Christi quem revocat humane condicionis infirmitas. Ergo mersisti, venisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? Deus, inquit, pater omnipotens qui te regeneravit ex aqua et spiritu concessitque tibi peccata tua, ipse te unguet in vitam eternam. Vide ubi unctus es: in vitam eternam. Noli hanc vitam illi vite anteferre. Verbi gratia si exurgat inimicus aliquis, si velit fidem tuam auferre, si minetur mortem ut quis prevaricetur, vide quid eligas. Noli eligere illud in quo non es unctus, sed illud elige in quo unctus es, ut vitam eternam vite preferas temporali.

Explicit de sacramentis liber ii. Incipit eiusdem liber tercius.

Vngitur caput in baptismo

Hesterno de eodem disputauimus cuius species veluti quedam sepulcri forma est. In quem credentes in patrem et filium et spiritum sanctum recipimur et demergimur et resurgimus hoc est resuscitamur. Accipis autem misterium hoc est vnguentum super caput. Quare super caput quia sensus sapientis in capite eius Salomon ait. Friget enim sapiencia sine gratia. Sed vbi gratiam accepit sapiencia tunc opus eius incipit esse perfectum. Vbi gratia cepit et perfecta hec regeneracio dicitur. Quid est regeneracio habes in actibus apostolorum. Nam ille versiculus qui dicitur in psalmo secundo. Filius meus es tu ego hodie genui te ad resurrectionem expectare videtur. Nam quod sanctus apostolus petrus in actibus apostolorum sic interpretatus est. Quod et quando resurrexit filius a mortuis patris vox resultauit. Filius meus es tu ego hodie genui te. Vnde et primogenitus a mortuis dicitur. Ergo resurrectio quid est nisi quando a morte ad vitam resurgimus. Sic ergo et in baptismo cum similitudo mortis est sine dubio dum mergis et resurgis similitudo fit resurrectionis. Recte itaque secundum interpretacionem apostoli petri. Sicut illa resurrectio regeneracio fuit ista et ita resurrectio regeneracio est. Sed quid dicis quia in aquam mergit ideo pugnare. Pro hoc te dubitacio tenet. Legimus quidem producat terra ex se fructum germinantem. Similiter et de aquis legisti producant aque animalia et nata sunt animalia. Illa quidem in principio creature. Sed tibi reseruatum est vt aqua te regeneraret ad gratiam. sicut alia generauit ad vitam. Imitare illum piscem qui minorem quidem adeptus est gratiam. Tamen debet tibi esse miraculo. In mari est et super vndas est. In mari est et super fluctus natat. In mari tempestas furit. stridunt procelle sed piscis natat. non demergitur quia natare consueuit. Ergo tibi seculum hoc mare est. Habet diuersos fluctus. vndas graues. seuas tempestates et tu esto piscis vt seculi te vnda non mergat. pulcre autem pater dicit ad filium Ego hodie genui te. Hoc est quando redemisti populum quando ad celi regnum vocasti. quando implesti voluntatem meam probasti meum te esse filium. Ascendisti de fonte. quid secutum est. audisti lectionem. Succinctus sacerdos. licet enim et presbiteri fecerunt tamen exordium ministerii a summo est sacerdote. Succinctus inquam

summus sacerdos pedes tibi la
uit. Quod istud misterium au
disti utique quia dominus cum lauisset
discipulis aliis pedes. venit
ad petrum et ait illi petrus. Tu
michi lauas pedes. Tu domine
meos lauas pedes. Tu imma
culatus lauas pedes. Tu
auctor celorum meos lauas pedes.
habes hic et alibi. Venit ad
Iohannem et ait illi Iohannes. Ego
a te debeo baptizari et tu
venis ad me. Ego sum peccator
et tu venis ad me peccatorem
ut tua quasi peccata deponas. qui
peccatum non fecerat. Vide omnem
iusticiam. vide humilitatem. vide
graciam. vide sanctificationem. Nisi la
uero inquit tibi pedes non habe
bis partem mecum. Non ignora
mus quod ecclesia Romana
hanc consuetudinem non habeat
typum cuius ~~te pium~~ in omnibus sequimur
et formam. hanc tamen consue
tudinem non habet ut pedes
lauaret. Vide quod forte propter
multitudinem declinauit. Sunt
tamen qui dicant et excusare co
nentur quia hoc non in misterio
faciendum est. non in baptis
mate. non in regeneratione.
sed quasi hospiti pedes lauandi
sint. Aliud est humilitatis. aliud
sanctificationis. Denique audi quia
misterium est et sanctificatio.
Nisi lauero tibi pedes non ha
bebis meam partem. Hoc ideo
dico. non quo ego alios repre
hendam. sed mea officia ipse
commendem. In omnibus cupio se
qui ecclesiam Romanam. sed

ut et nos homines super sensum
habemus. ideo quod alibi rectius
servatur et nos rectius custo
dimus. Ipsum sequimur apostolum
petrum. ipsius inheremus devo
tioni. Ad hoc ecclesia romana
quid respondet. Utique ipse
auctor est nobis huius
assertionis petrus apostolus
qui sacerdos fuit ecclesie ro
mane. ipse petrus ubi. Petrus
ibi ait. Domine non solum pe
des sed etiam manus et
caput. Vide fidem. Quod
ante excusauit humilitatis
fuit. Quod postea obtulit
deuotionis et fidei. Respondit
illi dominus. quia dixerat manus
et caput. Qui lauit non
necesse habet iterum lauare nisi
ut solos pedes lauet. Qua
re hoc. Quia in baptis
mate omnis culpa diluitur.
Recedit ergo culpa. Sed quia
Adam supplantatus a diabolo
est et venenum ei effusum
est super pedes. ideo lauas
pedes. ut in ea parte in
qua insidiatus est serpens
maius subsidium sanctifica
tionis accedat. quo po
stea te subplantare non
possit. Lauas ergo pedes. ut
lauas venena serpentis.
Ad humilitatem quoque proficit. ut
in misterio non erubescamus
quod dedignamur in obsequio.
Sequitur spiritale signa
culum. quod audistis hodie
legi. quia post fontem superest.

ut perfectio fiat quando ad invocationem sacerdotis spiritus sanctus infunditur. spiritus sanctus sapientie et intellectus. spiritus consilii atque virtutis. spiritus cognitionis atque pietatis. spiritus sancti timoris. Septem isti virtutes spiritus. Et omnes quidem virtutes ad spiritum pertinent. Sed iste quasi cardinales sunt qui principales. Cuius enim tam principale quam pietas. quid tam principale quam cognitio dei. Cuius tam principale quam virtus. quid tam principale quam consilium dei. Cuius tam principale quam timor dei. Sicut timor sancti infirmitas ita timor dei magna est fortitudo. Iste sunt septem virtutes quando consignaris. Nam ut ait apostolus sanctus. Varia multiformis inquit est sapientia dei. Variam et multiformem sapientiam dei. Ita multiformis est spiritus sanctus qui habebat varias diversasque virtutes. Unum et deus virtutum dicatur. Quod aptari potest patri et filio et spiritui sancto. Sed hec alterius est disputationis alterius est temporis. Post hec quid sequitur. Venisti habens ad altare. Cum venisti vide hec que ante non videbas. hoc est misterium quod legisti in evangelio. Si tamen non legisti saltem debes. certe audisti. Cecus obtulit se salvatori ut curaretur. Et ille qui alios verbo tantum et sermone curabat et reddebat imperio lumen oculorum. tamen in libro evangelii qui scribitur secundum Johannem qui vere pre ceteris vidit magna

misteria. et designavit. et declaravit misterium hoc. in illo voluit perfigurare. Omnes quidem sancti evangeliste. omnes apostoli preter proditorem. omnes sancti. Et nunc sanctus Johannes qui ultimus scripsit evangelium qui necessarius re- quisitus et electus a Christo. maiore quadam tuba. fudit eterna misteria. Cuiusque locutus est. misterium est. Plures dixit de ceco curato. Dixit Matheus dixit Lucas. dixit Marcus. Solus Johannes qui ait. Tulit lutum et linivit super oculos eius et dixit ei. Vade in Syloam. Et exurgens ivit et lavit et venit videns. Considera et tu oculos cordis tui. Videbas que corporalia sunt corporalibus oculis. Sed que sacramentorum sunt cordis oculis adhuc videre non poteras. Ergo cum dedisti nomen tuum. tulit lutum et linivit super oculos tuos. Quod significat ut peccatum tuum fatereris. ut conscientiam recognosceres. ut penitentiam ageres. vere delictorum. hoc est sortem humane generationis agnosceres. Nam etiam si non confitearis peccatum. qui venit ad baptismum. tamen hoc ipso implet confessionem omnium peccatorum. quod baptizari petit ut iustificatur. hoc est ut a culpa ad gratiam transeat. Nolite otiosum putare. Sunt quidam scio certe aliquem fuisse qui diceret. cum illi diceremus in hac etate magis baptizari debes. Dicebat ille. Quare baptizor. Ecce habeo peccatum. Et quid peccati contraxi

etiam

Hic lutū non habuit quod ei ori
fais nō liniat hoc est nō ei ap
ueraī oculos Nullus eni̅ hō
sine pctō Ergo agnoscat se hō
minē qui cognoscit confugit
ad baptismū xpi Itaq͡ꝫ et tibi
imposuit lutū hoc est vere
diaz prudentiaz considerationē
fragilitatis tue et dixit tibi
vade in syloam Quid ē sy
loas qđ interpretatur inquit
missus hc est vade ad illū
fontē in quo crux xpi pdicat̄
vade ad illū fontē in quo om̄
nium redemit errores luisti
lauisti venisti ad altare vi̇de
cepisti que an nō videras
hoc est p fontē dn̄i et pre
dicationē dominice passionis tc
apti sunt oculi tui Qui an corde
videbaris esse cecatus cepi
sti lumine sacramentorum videre
Ergo fres dilectissimi venim⁹
mus vsq͡ꝫ ad altare ad tēta
tum vberiorē Et ideo qz id
tpis ē disputationē integram
non possumus incipe quia
plixior tractatus est Satis
sit qđ dictū est hodie et
crastina die si dn̄o placet
de sacramentis ipis tractabi
mus Amen

Finit liber tercius de sacra
mentis Incipit liber quartus
de eodem

liber [illegible]
[illegible]

In veteri testa
mento sacerdo
tes frequenter
in primū thaber
naculum intrac
consueuerant
In secūdū thaber
naculum semel
in anno summus
intrabat sacer
dos Quod euidē
ter ad hebreos
recolens sens
veteris testamenti
explanat apls
paulus Erat autē in scdo
thabernaculo manna erat
etiaz virga Aaron que aruit
et postea refloruit et thu
rimiamaterium Quo spectat
hoc vt intelligatis quod
sit scdm thabernaculum in qđ
uos introduxit sacerdos in
quod semel in anno summus
sacerdos intrare consueuit hc
est ad baptisteriū vbi virga
aaron floruit ante arida
erat postea refloruit Et tu
aridus eras et cepisti ī fon
tis irriguo reflorescere Arue
ras pctis aruerās erroribus
atq͡ꝫ delictis sꝫ fructū iam a
ferre cepisti plantatus secus
decursus aquarum Sꝫ forte di
cas Quid hoc ad ppl̄m si vir
ga sacerdotalis aruerat Et re
floruit Ipse plus ipe quid nisi
sacerdotes Quibus dictū est
Vos aut̄ estis genus electū rega
le sacerdotiū gens sancta vt
aptus petrus Vnusquisq͡ꝫ vn
guitur in sacerdociū vngitur

in regnum | Sed spirituale regnum
est et sacerdocium spirituale Sicut se-
cundo quod tabernaculo templum
armatarium est | quod bonum odo-
rem flagrare consueuit Ita
et vos iam bonus odor christi
estis | Iam nulla in vobis sordium
delictorum nullus odor grauioris
erroris Sequitur ut venia-
tis ad altare | Et ceperunt venien-
tes spectare | angeli | viderunt
vos aduenientes | et huma-
nam condicionem illam que ante
peccatorum tenebroso squalore
sordebat | Aspexerunt subito
refulgere | ideoque dixerunt Que
est hec que ascendit a deserto
dealbata | Mirantur ergo et an-
geli | Vis scire quomodo mirantur
Audi ergo apostolum paulum dicen-
tem ea nobis esse collata que
que concupiscunt et angeli
videre | Et iterum | Quod oculus
non vidit nec auris audiuit
que preparauit deus diligentibus
se | Deinde quod acceperis recogno-
sce | Sanctus dauid propheta hanc
graciam in figura vidit et concu-
piuit | Vis scire quod concupierit
Iterum audi dicentem | Asperges
me ysopo et mundabor | laua-
bis me et super niuem dealba-
bor | Quare | Quia niuis nitor
sit candida atto aliqua sorde
nigrescat atque corrumpit | Ista
gracia quam accepisti | si teneas
quod accepisti erit diuturna atque
perpetua | Veniebas ergo desiderans ad alta-
re
ut posses qui tantam graciam
videras | Veniebas desiderans
ad altare quo acceperas sacra-
menta | Dicit anima tua | Et in-
troibo ad altare dei mei | ad de-
um qui letificat iuuentutem
meam | Deposuisti peccatorum senec-
tutem | sumpsisti gracie iuuentutem
hoc prestiterunt tibi sacramenta ce-
lestia | Denique iterum audi dicentem
dauid | Renouabor sicut aquila
iuuentus tua | Bona aquila
esse cepisti que celum petis terre-
na fastidis | Bone aquile circa
altare | Ubi enim corpus | ibi et
aquile | Forma corporis altare
est | et corpus christi est in altari
Aquile vos estis | renouate
ablucione delicti | Venisti ad
altare | Vidisti sacramenta posi-
ta super altare | et ipsam quidem
miraris es creaturam | Tamen
creatura solemnis et nota | Forte
aliquis dixerit | Iudeis deus
tantam graciam prestitit | Manna
illis pluit de celo | Quid plus
dedit fidelibus suis | Quid
plus tribuit | Cui eis plus
promisit | Accipe que dico an-
teriora esse misteria christianorum
quam iudeorum | Et diuiniora esse
christianorum sacramenta quam iude-
orum | Quo modo | Accipe | Iudei quando
esse ceperunt | Ex iuda utique pro
nepote | Abrahe | Aut si uis et
sic intellige et lege ~~inde~~ quoniam in dey
~~lineas~~ accipe meruerunt | Er-
go et pronepote | Abrahe aut
si uis | Iudei dicti sunt tempore
sancti moysi | Et si tunc deus iu-
deis manna murmurantibus
pluit de celo | tibi autem sacramen-
torum horum figura precessit | quando
Abraham erat | qui vernaculos
trecentos decem et octo collegit

et ibi persecutus est adversarios et captivitatem eruit nepotis sui. Tunc victor veniens occurrit illi Melchisedech sacerdos et obtulit illi panem et vinum. Quis habuit panem et vinum? Abraham non habebat. Sed quis habebat? Melchisedech ipse significatur rex iustitiae. Ipse autem auctor sacramentorum. Quis est Melchisedech qui significat rex iustitiae, rex pacis? Quis est iste rex iustitiae? Numquid homo quisquam potest rex esse iustitiae? Quis igitur rex iustitiae nisi iustitia dei? qui est dei pax, dei sapientia? mp xi Qui potuit dicere: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ergo primo intellige sacramenta haec quae accipis anteriora esse quam sint Moysi sacramenta quaecumque iudaei esse dicunt, et prius coepisse populum iudaeorum. Sed nos in praedestinatione, illum in nomine. Obtulit ergo Melchisedech panem et vinum. Quis est Melchisedech? Sine patre inquit, sine matre, sine generationis ordine, neque initium dierum neque finem vitae habens. Hoc habet ad Hebraeos epistola. Sine patre inquit et sine matre, similis autem filio dei. Sine matre natus est dei filius generatione caelesti, quia ex solo deo patre natus est. Et iterum sine patre natus est quando natus ex virgine est. Non enim ex virili semine generatus est, sed natus de spiritu sancto et virgine Maria, utero editus virginali. Similis filio dei sacerdos quoque erat Melchisedech, quia

et Christus sacerdos cui dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ergo auctor sacramentorum quis est nisi dominus Iesus? De caelo ista sacramenta venerunt. Consilium enim omne de caelo est. Vere autem magnum et divinum miraculum quod populo pluit manna de caelo, et non laborabat populus et manducabat. Tu forte dicis: Meus panis est usitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum. Ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus: quomodo potest qui panis est corpus esse Christi? Consecratio igitur quibus verbis est et cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quae dicuntur laudem deo defertur, oratio petit pro populo, pro regibus, pro ceteris. Ubi venitur ut conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit dominus et factum est caelum. Iussit dominus, facta sunt maria. Iussit dominus, omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu ut inciperent esse quae non erant, quanto magis operatorius est ut sint quae erant et in aliud commutentur. Caelum non erat, mare non erat, terra non erat.

Corpus vero Christi vero consecratur

Sed audi dicentem. Ipse di-
xit et facta sunt. ipse man-
dauit et creata sunt. Ergo
tibi ut respondeam non erat
corpus christi ante consecrationem
sed post consecrationem dico
tibi quod iam corpus est christi. Ipse
dixit et factum est. Ipse man-
dauit et creatum est. Tu ipse
eras. sed eras uetus creatura.
postea quam consecratus es no-
ua creatura esse cepisti. Vis
scire quam noua creatura.
Omnis inquit in christo noua
creatura. Accipe ergo quemadmo-
dum sermo christi creaturam omnem
mutare consueuit et mutat quo
quando uult instituta nature. Quo-
modo requiris. Accipe. et primo om-
nium de generatione eius sumamus
exemplum. Consuetudo est ut non
generetur homo nisi ex uiro et
muliere et consuetudine coniu-
gali. Sed quia uoluit dominus. ex
hoc elegit sacramentum. de spiritu
sancto et uirgine natus est
christus. hoc est mediator dei
et hominum homo christus ihesus. Vi-
des ergo quod contra instituta et
ordinem homo est natus ex uir-
gine. Accipe aliud. Vrgebatur
populus iudeorum ab egipciis.
inclusus erat mari diuino
imperio. Virga moyses tetigit
aquas et se unda diuisit
non utique secundum nature consuetudinem
sed secundum gratiam celestis imperii.
Accipe aliud. Sitiebat popu-
lus. uenit ad fontem. amarus erat
fons. misit lignum sanctus moyses
in fontem. et factus est dulcis
fons qui amarus erat. hoc

est mutauit consuetudinem nature
sue. accepit dulcedinem gratie. Ac-
cipe et quartum exemplum. Cecide-
rat ferrum securis in aquas. quasi
ferrum sua consuetudine demer-
sum est. misit lignum helyseus
statim ferrum eleuatum est et
aquis supernatauit. utique contra
consuetudinem ferri. est enim
materies grauior quam aquarum
elementum. Ex his igitur omnibus
non intelligis quantum operatur ser-
mo celestis. Si operatus est in fonte
terreno. Si operatus est sermo cele-
stis in aliis rebus. non operatur
in celestibus sacramentis. Ergo
didicisti quod ex pane corpus
fiat christi. et quod uinum et aqua
in calicem mittitur. sed fiat san-
guis consecratione uerbi ce-
lestis. Sed forte dicis. Speciem
sanguinis non uideo. sed habet
similitudinem. Sicut enim mor-
tis similitudinem sumpsisti. ita
etiam similitudinem preciosi san-
guinis bibis. ut nullus horror
cruoris sit et precium tamen re-
dempcionis operetur. Didici-
sti ergo quod quod accipis corpus
est christi. Vis scire quia uerbis
celestibus consecratur. Accipe que
sunt uerba. Dicit sacerdos
Fac nobis inquit hanc obla-
cionem scriptam. racionabilem. ac-
ceptabilem. quod est figura cor-
poris et sanguinis domini nostri ihesu
christi. qui pridie quam pate-
retur in sanctis manibus suis
accepit panem respexit ad ce-
lum ad te sancte pater omnipotens
eterne deus gracias agens

benedixit fregit fractumque apostolis
et discipulis suis tradidit dicens accipite
et edite ex hoc omnes hoc
est enim corpus meum quod pro multis
confringitur Simili modo calicem
postquam cenatum est pridie quam
pateretur accepit respexit ad ce
lum ad te sancte pater omnipotens
eterne deus gratias agens benedixit
apostolis et discipulis suis tradi
dit dicens accipite et bibite ex
eo omnes hic est enim sanguis
meus Vide illa omnia verba evan
gelista sunt usque ad accipite si
ve corpus sive sanguinem In
de verba sunt Christi Accipite et
bibite ex eo omnes hic est enim
sanguis meus Et vide sin
gula Qui pridie inquit quam
pateretur in sanctis manibus
suis accepit panem Antequam
consecraretur panis est Ubi autem
verba Christi accesserint corpus
est Christi Deinde audi dicentem
Accipite et edite ex eo omnes
hoc est enim corpus meum
Et ante verba Christi calix est
vini et aque plenus Ubi verba
Christi operata fuerint ibi sanguis
efficitur qui plebem redemit
Ergo videte quantis generibus po
tens est sermo Christi universa con
vertere Deinde dominus Ihesus testi
ficatur nobis quod corpus suum ac
cipiamus et sanguinem Numquid
debemus de eius fide et testi
ficatione dubitare Iam redi
mecum ad propositionem meam Ma
gnum quidem et venerabile quod
manna iudeis pluit de celo
Sed intellige quid est amplius
manna de celo an corpus Christi
Corpus Christi utique qui auctor
est celi Deinde manna qui

manducavit mortuus est
Qui manducaverit hoc corpus
fiet ei remissio peccatorum et
non morietur in eternum Ergo
non otiose dicis tu amen
iam in spiritu confitens quod
accipias corpus Christi Et
tu dicis amen hoc est verum
quod confitetur lingua teneat
affectus Ut scias autem
hoc est sacramentum cuius
figura ante precessit Deinde
quantum sit sacramentum cogno
sce Vide quid dicat Quo
tienscumque hoc feceritis totiens
commemorationem mei facietis
donec iterum adveniam Et
sacerdos dicit Ergo memores
gloriosissime eius passionis
et ab inferis resurrectionis
et in celum ascensionis offe
rimus tibi hanc immacu
latam hostiam rationa
bilem hostiam incruentam
hostiam hunc panem sanctum
et calicem vite eterne Et
petimus et precamur ut hanc
oblationem suscipias in sub
limi altari tuo per manus
angelorum tuorum sicut susci
pere dignatus es munera
pueri tui iusti Abel Et sa
crificium patriarche nostri Abra
he et quod tibi obtulit summus
sacerdos Melchisedech Ergo
quotienscumque accipis quid
tibi dicit apostolus Quotienscum
que accipimus mortem domini
annunciamus Si mortem domini
annunciamus remissionem pec
catorum Si quotienscumque effun
ditur sanguis in remissionem
peccatorum funditur debeo semper

annunciamus remissionem et

illum accipe | ut semper michi
peccata dimittantur | cui semper
pecco semper debeo habere medicinam
Interim et hodie quantum
potuimus explanauimus
Sed crastina die et sabba
to et dominica de orationis ordi
nem quemadmodum pos
simus | Dominus deus noster conser
uet vobis gratiam quam dedit
et oculos quos vobis aperuit
plenius illuminare dignetur
per unigenitum filium tuum
regem ac saluatorem dominum
deum nostrum | per quem sibi et
cum quo sibi est laus | honor
gloria magnificentia potestas cum
spiritu sancto a seculis | et nunc et
semper et in omnia secula secu
lorum amen | Explicit

liber quintus de sacramentis
explicit | Incipit liber sextus

H esterno sermo noster
atque tractatus us
que ad sancti altaris
sacramenta deductus
est | et cognouimus
sacramentorum istorum
figuram habitam
temporibus precessisse
quando obtulit sacrificium
sanctus melchisedech neque
initium neque finem habens dierum
Audi o homo quid dicat | apostolus
paulus ad hebreos | ubi sunt
qui filium dei dicunt esse de tempore
de melchisedech dictum est
quod neque initium dierum | neque
finem habet | Si melchisedech
non habet initium dierum
antiquior

tempore potuit | Sed non est plus fi
gura quam veritas | vides ergo quod ipse
primus et nouissimus | primus quia
finem inueniat | sed quod universa
concludat. Didicimus ergo quod in   [margin: primus quia au[illegible] et omnia nouissimus non quia [illegible]]
altari constituatur calix et pa
nis | In calicem quid mittitur?
vinum | et quid aliud? aqua | Sed
tu mihi dicis | quomodo ergo melchi
sedech panem et vinum obtulit
quid sibi vult ammixtio aque
Rationem accipe | primo enim figura
que ante precessit tempore moysi quid
habet. Cum ante sitiret | populus iudeo
rum et murmuraret quod
aquam inuenire non possent
iussit deus moysi ut tangeret
petram de virga | tetigit petram
et petra undam maximam fu
dit | sicut apostolus dicit | Bibebant
autem de consequenti petra | petra autem
erat christus | non immobilis pe
tra que populum sequebatur | et tu
bibe ut te christus sequatur. Vi
de misterium | moyses est propheta virga
[illegible] verbum dei tangit
petram et fluit aqua | et bi
bit populus dei | tangit ergo sacerdos calicem
redundat aqua in
calicem salit in vitam eternam
et bibit populus dei qui dei gratiam
consecutus est | didicisti ergo hoc
accipe et aliud | in tempore
dominice passionis cum sabbatum
magnum instaret | quia viue
bat dominus noster ihesus christus vel
latrones missi sunt qui percu
terent eos | venientes inuene
runt defunctum christum dominum
tunc vnus de militibus lancea
tetigit latus eius | et de latere
eius aqua fluxit et sanguis

quare aqua fluxit de latere christi

Quare aqua quare sanguis aqua ut emundaret sanguis ut redimeret quare de latere quia unde culpa inde gratia culpa per feminam gratia per dominum ihesum christum venisti ad altare vocat te dominus ihesus vel animam tuam vel ecclesiam et ait Osculetur me ab osculis oris sui vis ad christum aptare michi gravius vis ad animam tuam michi iocundius osculetur me videt te mundum esse ab omni peccato quia delicta detersa sunt ideo te sacramentis celestibus dignum iudicat et ideo invitat ad celeste convivium osculetur me osculo oris sui Attamen propter sequentia anima tua vel humana conditio vel ecclesia videt se ab omnibus mundatam esse peccatis dignam que ad altare christi posset accedere Quid enim altare nisi forma corporis christi videt sacramenta mirabilia et ait osculetur me ab osculis oris sui hoc est osculum in christus infigat Quare quia meliora ubera tua super vinum hoc est meliores sensus meliora sacramenta tua super vinum super illud vinum quod et si suavitatem habet leticiam habet gratiam habet tamen in illo leticia secularis in te [illegible] at iocunditas est spiritualis Iam tunc ergo Salomon inducit nuptias vel christi et ecclesie vel spiritus et carnis et dicit et addit unguentum exinanitum est nomen tuum propterea adolescentule dilexerunt te Que sunt iste adolescentule nisi anime singulorum que deposuerunt

in me

istius corporis senectutem renovate per spiritum sanctum Et trahe nos post odorem unguentorum tuorum curremus Vide quid dicat Non potes sequi christum nisi ipse te attrahat Denique ut scias Cum exaltatus inquit fuero a terra omnia traham ad me ipsum Introduxit me rex in cubiculum suum Grecus in promptuarium suum et in cellarium suum habet ubi bona libamina ubi boni odores mella suavia ubi fructus diversi ubi epule varie ut plurimis epulis tuum prandium condiatur Ergo venisti ad altare accepisti corpus christi Audi iterum que sacramenta es consecutus Audi dicentem sanctum David Et ille in spiritu hec misteria previdebat et letabatur et nichil sibi deesse dicebat Quare quia qui accipit corpus christi non esuriet in eternum Quociens audisti vicesimum secundum psalmum et non intellexisti Vide quemadmodum aptus sit celestibus sacramentis Dominus pascit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocavit Super aquam refectionis educavit me animam meam convertit Deduxit me super semitas iustitie propter nomen suum Nam et si ambulavero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es virga tua

et baculus tuus ipsa me co
solata sunt / Virga impunitas / bacu
lus passio est / hec est eterna
diuinitas christi / sed eciam passio
corporalis / illa creauit / hec re
demit / parasti in conspectu meo
mensam aduersus eos qui tri
bulant me / impinguasti in
oleo caput caput meum / et
poculum tuum inebrians quam
preclarum est / venistis ergo ad
altare accepistis graciam christi
sacramenta estis celestia con
secuti / Gaudet ecclesia redemp
tione multorum et astare si
bi familiam candidatam spirituali
li exultatione letatur / Habes
hoc in canticis canticorum / le
tata inuocat christum paratum habens
conuiuium / quod dignum celesti e
pulatione videatur / Ideoque ait
descendat frater meus in ortum
suum et capiat fructum pomi
ferarum suarum / Que sunt iste
pomifere / lignum aridum
factus eras in adam / sed nunc
per graciam christi pomifere arbo
res pullulatis / libenter accepit
dominus Ihesus et dignatione cele
sti videt ecclesie sue / descendi
inquit in ortum meum vin
demiaui mirram cum unguentis
meis / manducaui panem me
um cum melle meo / et bibi vi
num meum cum lacte meo / edite
inquit fratres mei et inebriamini
vindemiaui mirram cum unguentis
meis / Que est ista vindemia
cognoscite vineam et agnoscetis
vindemiam / vineam de egyp
to transtulisti / vinea hec est popu
li / vos estis vinea vos estis
vindemia / tamquam vinea plan
tati / qui vindemia fructum dedistis

Vindemiaui mirram cum unguentis
meis / hec est in odorem quem ac
cepistis / Manducaui panem meum
cum melle meo / vides quia in hoc
pane nulla sit amaritudo / sed
omnis suauitas sit / Bibi vinum
cum lacte meo / vides talem esse
leticiam que nullis peccati sordi
bus polluatur / Quociescumque enim
bibis remissionem accipis peccatorum
et inebriaris in spiritu / Unde et apostolus
ait / Nolite inebriari vino sed
implemini spiritu sancto / vino enim qui
inebriatur vacillat et titubat
spiritu qui inebriatur radicatus in
christo est / Et ideo preclara ebrietas
que sobrietatem mentis operatur
Hec sunt que de sacramentis bre
uiter percurrimus / Nunc quid
superest nisi oratio / Et nolite pu
tare mediocris esse virtutis sci
re quemadmodum oretis / Apostoli sancti
dicebant ad dominum Ihesum / Domine do
ce nos orare / quemadmodum Iohannes
docuit discipulos suos / Tunc ait
dominus orationem / Pater noster qui
es in celis sanctificetur nomen tuum
adueniat regnum tuum / fiat
voluntas tua sicut in celo et
in terra / panem nostrum cotti
dianum da nobis hodie et di
mitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debi
toribus nostris / Et ne nos pa
tiaris induci in temptationem
sed libera nos a malo / Vi
des quam breuis oratio et
omnium plena virtutum / Primus
sermo quam suauis sit / O homo
faciem tuam non audebas ad
celum attollere / oculos tuos in
terram dirigebas / et subito ac

de modo orandi

cepisti gram xpi omnia tibi pcta
dimissa sut Et malo smo facty
es bonus filius Ideo psume no
de opacione tua s3 de xpi gra Gra
cia em inquit saluati estis ap
postolus ait Ideo qd hic arroga
cia e s3 fides predicat quod
acceperis no est supbia sed
deuocio Ergo attolle oculos
ad prez qui te p lauacz genu
it ad prez qui p filiu te red
emit et dic pater nr Non
psupcio s3 moderata paternita
tis qz filius Sz noli tibi spe
cialr aliquid vendicare Solius
xpi specialis est pr nobis oibus
in comone pr est Quia illu
solu genuit nos creat Dic
ergo et tu p gram pr nr et
filius esse mereris Etiam co
tuitu et consideracione te ipe
comendat pr nr qui es in
celis Quod e in celis audi
scripturaz dicentez Excelsus sup
omnes celos dns Et vbicz ha
bes q sup celos celoz dns
sit Quasi no in celis angeli / et
ones Sz in illis celis de qbus
dictu est Celi enarrat glaz
dei Celu est ibi vbi culpa
cessabit Celu est ibi vbi fla
gicia feriant Celu e ibi vbi
nullu mortis e volnus pr
nr qui es in celis sctificet
nomen tuu Quid est sctifi
cetur Quasi optemus vt scti
ficetur ille qui ait Estote scti
qr ego sctus sum Quia q p
ci eius a predicacione sctifica
cionis accedit Non sed sctifi
cetur in nob vt ad nos eius
possit sctificato p venire

cui no in celis / et angeli

Pater nr qui in celis es scti
ficetur nomen tuum Veniat re
gnu tuu Quasi no et nunc
sit dei regnu Ipse ihus dicit
Ego in hoc natus su et tu
dicis pri Veniat regnu tuu
qsi no venit Sz tunc venit
regnu dei qn estis eius
gram consecuti Ipse em ait
Regnu dei intra vos est
Veniat regnu tuu fiat vo
luntas tua Sic in celo et in
terra panem nrm quottidi
anuz da nobis hodie San
guine xpi pacificata sut
omnia vel in celo vl in terra
Sanctificatu e celu Deiectus
e diabolus vbi versat Vbi et
ho quez ille decepit Fiat
volutas tua hoc est sit pax
in terra quemadmodu in celo
Panem nrm quottidianuz
da nob hodie Meminini ser
monis mei cu de sacramentis
tractarem Dixi vob qd an
vba xpi qd offert panis dicat
vbi xpi vba deprompta fuerunt
iam no panis dr s3 corpus
appellatur Quare ergo in oro
ne dnica que postea sequit
ait panem nrm Panem qdem
dixit sed epiusion dixit id
est substancialez Non iste pa
nis e qui vadit in corpus
s3 ille panis vite eterne qui
anime nre substanciam fulcit
Ideo grece epiusion dicit
latinus aut hunc panem quot
tidianu dixit Quia greci dicut
ΤΗΝ ΟΕΠΙΟΥCΑΝ· advenientez dicit Ergo qd latinus
dixit et quos grecus vtrq

qm

utile videtur. Grecus dicit epiousion, quod advenientem significavit. Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum greci in oriente facere consueverunt? Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit. Sic vive ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie, non meretur post annum accipere. Quomodo Iob sanctus pro filiis suis offerebat sacrificium quotidie, ne forte aliquid vel in corde vel in sermone peccassent. Ergo tu audis quod quotienscumque offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini, elevatio domini significatur et remissio peccatorum, et panem istum vite non quotidianum assumis? Qui vulnus habet medicinam requirit. Vulnus est quia sub peccato sumus; medicina est celeste et venerabile sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est, Christus tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie ergo est quando Christus resurgit. Heri et hodie ipse est, apostolus Paulus ait. Sed alibi dicit: Nox precessit, dies appropinquavit. Nox hesterna precessit, dies hodiernus appropinquavit. Sequitur: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Debitum quid est nisi peccatum? Ergo si non accepisses alieni feneratoris pecuniam, non egeres, et ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecuniam cum qua dives nascereris. Dives eras ad ymaginem et similitudinem dei factus. Reddidisti quod habebas, hoc est humilitatem. Dum arrogantiam desideras vendicare, perdidisti pecuniam. Sic Adam nudus est factus. Accepisti a diabolo debitum quod non erat necessarium. Et ideo qui eras liber in Christo, debitor factus es diaboli. Cautionem tuam tenebat inimicus, sed eam dominus crucifixit et suo cruore delevit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Bene ergo ait: Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas: Quomodo ego dimitto, sic et tu dimitte mihi. Si dimiseris, bene convenis ut dimittatur tibi. Si non dimittis, quomodo compellis ut dimittatur tibi? Et ne patiaris adduci nos in temptationem, sed libera nos a malo. Vide quid dicat: Et ne patiaris induci nos in temptationem quam ferre non possumus. Non dicit non inducas in temptationem, sed quasi athleta talem vult temptationem quam ferre possit humana condicio, et unusquisque a malo, hoc est ab inimico, peccato liberetur. Potens est autem qui abstulit peccatum vestrum et delicta vestra donavit tenere et custodire vos adversum diaboli adversantis insidias, ut non vobis obrepat inimicus qui culpam generare consuevit. Sed qui deo se committit diabolum non timet. Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Ipsi ergo laus et gloria a seculis et nunc et semper et in omnia secula seculorum. Amen.

Explicit de sacramentis liber v. Incipit vi
de eodem



Sicut verus est dei filius dominus noster ihesus christus non quemadmodum homines per gratiam sed quasi filius per naturam ex substancia patris ita vera caro sicut ipse dixit quam accepimus et verus eius est potus. Sed forte dicas quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli christi audientes dicentem Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum non manebit in me nec habebit vitam eternam. forte dicas quomodo vera caro et verus sanguis qui similitudinem video non video sanguinis veritatem. primo omnium dixi tibi de sermone christi qui operatur ut possit mutare et convertere genera instituta nature. Deinde ubi non tulerunt sermonem christi discipuli eius sed audientes quod carnem suam daret manducare et sanguinem suum daret bibendum recedebant. Solus tamen petrus dixit verba vite eterne habes et ego a te quo recedam. sic igitur plures hoc dicerent veluti quidam esset horror cruoris sed maneret gratia redempcionis ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum sed vere nature gratiam virtutemque consequeris. Ego sum inquit panis vivus qui de celo descendi. Sed caro non descendit de celo hoc est carnem in terris assumpsit ex virgine. quomodo ergo descendit panis de celo et panis vivus quia idem dominus noster ihesus christus consors est et divinitatis et corporis et tu qui accipis carnem divine eius substancie in illo participabis alimento. Ergo accepisti de sacramentis plenisse cognovisti omnia quod baptizatus es in nomine trinitatis. In omnibus que egimus servatum est misterium trinitatis. ubique pater filius et spiritus sanctus una operacio una sanctificacio et si quedam veluti specialia esse videantur. quomodo. deus qui te unxit et signavit te dominus et posuit spiritum sanctum in corde tuo. accipe aliud quia quemadmodum spiritus sanctus in corde ita etiam christus in corde. quomodo. habes hoc in canticis canticorum christum dicentem ad ecclesiam pone me sicut signaculum in corde tuo sicut signaculum in brachiis tuis. Ergo unxit te deus signavit te christus. quomodo. quia ad crucis ipsius signatus es formam ad illius passionem accepisti signaculum ad illius similitudinem ut ad ipsius formam resurgas ipsius vivas figura qui peccato crucifixus est et deo vivit. Et tuus homo vetus in fonte demersus peccato crucifixus est

Sed quod resurrexit | Deinde ha
bes alibi specialiter | quod te voca
uerit deus | In baptismate autem
quasi specialiter concrucifigeris
christo | Deinde quasi specialiter | quando
accipis spiritale signaculum
Vides distinctionem personarum
esse | sed connexum omne myste
rium trinitatis | Deinde
quod apostolus tibi dixit ut lectum
est nudius tertius | Divisio
nes autem gratiarum sunt | idem
autem spiritus | Divisiones mini
steriorum sunt | idem autem dominus
Divisiones operationum sunt
idem autem deus qui operatur omnia in omnibus
Omnia inquit | operatur deus
Sed et de spiritu dei lectum est
unus atque idem spiritus dividens
singulis prout vult | Audi
scripturam dicentem | quia dividit
spiritus pro voluntate sua | non pro
obsequio | Ergo dividit
spiritus gratiam prout vult non
prout iubetur | Et manifestum quia spiritus
dei spiritus christi est | Et illud
tenete | ipsum esse spiritum sanctum
ipsum spiritum dei | ipsum spiritum christi
ipsum spiritum paraclitum | Arriani
putant se derogare spiritui sancto
si dicant illum spiritum paraclitum
Quid est paraclitus nisi consola
tor | quasi non et de patre lectum
sit | quia ipse est deus consolatio
nis | Vides ergo quia in eo derogan
dum putant spiritui sancto | in quo
patris eterni potestas pio predica
tur affectu | Nunc quo orare debe
amus accipite | Multe virtutes
orationis sunt | Ubi orare debeas
non est mediocre nec mediocris
questio | Ait apostolus | Volo autem viros
orare in omni loco levantes puras
manus sine ira et discepta
tione | Et dominus dicit in evangelio
Tu autem cum oras intra in cu
biculum tuum | et clauso hostio
ora patrem tuum | Non tibi videtur
esse contrarium ut dicat apostolus
In omni loco ora | et dominus dicat
intra in cubiculum tuum ora
Sed non est contrarium | Hoc ergo
absoluamus | Deinde quo debeas
incipere orationem | et quo ordine
distinguere | quid subtexere
quid allegare | quemadmodum
claudere orationem | Deinde pro quo
orare debeas | Hec omnia | discamus
primo ubi orare debeas | Aliud
paulus videtur dicere | aliud dominus
Numquid potuit paulus contra
christi dicere precepta | Non utique
Qua ratione | Quia non con
trarius | sed interpres est christi
Imitatores inquit mei estote
sicut et ego christi | Quid er
go | potes ubique orare | et in
cubiculo tuo semper orare | Ha
bes ubique tuum cubiculum | Et
si inter gentes | inter iudeos
positus sis | habes tamen tuum ubi
que secretum | Cubiculum tuum
mens tua est | In populo licet
positus | tamen in interiore homine
sanctuarium tuum | secretumque conser
vas | Tu autem cum orabis intra
in cubiculum tuum | Bene ait
intra | ne sic ores quomodo iudei
quibus dicitur | Populus hic labiis
me honorat cor autem eorum

longe est a me. Sicut ergo de labiis
tuis modo tua procedat oratio. Pri-
mo totus intende. Intra in re-
cessum pectoris tui, totusque ingre-
dere. Non te per strictorium vide-
at ille cui te placere desideras.
Videat quia et corde oras, ut
te ex corde videntem orantem dig-
netur audire. Tu autem cum
oras intra in cubiculum tuum. Ha-
bes hic et alibi. Ambula populus
meus et intra in recessus tu-
os absconde pusillum donec tran-
seat ira domini. Hoc locutus est dominus
per prophetam. In evangelio autem dicit:
Tu autem cum oras intra in cu-
biculum tuum et clauso hostio
ora patrem tuum. Quid est clau-
so hostio? Audi quod hostium ha-
beas quod debeas claudere quando
oras, ut nec mulieres audirent.
Audisti iam sanctus David te do-
cuit dicens: Pone domine custodi-
am ori meo et hostium circumstantie
labiis meis. Est alibi hostium
de quo ait apostolus Paulus dicens: Ut
aperiatur inquit nobis hostium verbi
ad loquendum misterium Christi. Hoc est
quando oras, noli sermone clamare
nec diffundere orationem tuam nec
iactare per populos. In secreto
tuo ora securus ut te in se-
creto possit audire qui omnia
videt. Aliter audit universa. Et
ora patrem tuum in abscondito, qui
enim videt in abscondito audit
te deprecantem. Quid prodesset autem
interrogemus qua ratione se-
creto magis orare debea-
mus quam cum vociferatione.
Audi de consuetudine hominum su-
mamus exemplum. Si aliquem

rogas qui cito audit, non
opus putas esse clamore.
Sensim rogas voce moderata.
Si surdum aliquem roges,
nonne magis vociferari ut
te ille possit audire. Qui ergo
clamat putat quod aliter deus
non possit nisi clamantem audire.
Et cum rogat eum, cuius de-
rogat potestati. Qui autem in
silentio orat fidem defert et
confitetur quod deus scrutator cor-
dis et renum sit, et orationem
tuam ante ille audiat quam
tuo ore fundatur. Ergo videamus.
Volo autem et viros orare in
omni loco. Qua ratione viros
dixit, utique communis omnibus oratio
est et mulieribus et viris. Sed
non imperemo nisi forte sanctus apostolus
ideo viros dixit ne mulieres
usurparent et male intel-
ligerent in omni loco. Et incipe-
rent ubique clamare, quod iam
ecclesia sustinere non possimus.
Volo autem viros, hoc est qui
possint servare preceptum ora-
re in omni loco levantes pu-
ras manus. Quid est levare
puras manus? Quid? Numquid
debes in oratione tua crucem
domini in gestibus demonstra-
re? Aliud est signum quod tamen
est non prodest. Est enim quo
possit orare, non figuram de-
monstrare. Si actus tuos le-
vas, si non operari orationem
tuam levas puras manus
per innocentiam levas eas
non quotidie. Semel levasti;
non opus est ut iterum leves.
Volo autem in omni loco viros

orare levantes puras manus
sine ira et disceptacione. Ni-
chil verius. Ira enim perdit ~~[illegible]~~
sapientes. Ideo cum omni tranq-
quitate fieri potest. Tanquam vir ira-
cundiam debet temperare. Ma-
xime quando ad oracionem acce-
dit. Ne prebeat animum tuum in-
dignacione ire. Quidem
furor impediat oracionem tuam
magis placido accede pec-
catore. Quid enim irasceris
servo peccavit. Tu acce-
dis ad oracionem ut tibi tua
delicta donentur et alii in-
dignaris. Hoc est sine
ira. Fiunt de disceptaci-
one vitamque. Plerumque ne-
gociator venit ad oracionem
aut avarus de pecunia
cogitat. Alter de lucro, alter
de honore, alter de cupiditate
et putat quod cum deus possit
audire. Et ideo quando oras
divina humanis preferre te con-
venit. Similiter et mulieres inquit vo-
lo orare non iactantes se de or-
namentis neque in margaritis
ait apostolus Paulus. Sed et Petrus
apostolus mulieris inquit gracia valet
plurimum ut viri eius converti
affectus per uxoris sue bonam
conversacionem et incredulus se conver-
tat ad graciam Christi. Hoc valet
mulieris castitas et pudicicia et
eius bona conversacio ut virum suum
vocet ad fidem et devocionem quod
prudencius viri frequenter operantur.
Ergo mulier inquit non in ornatu
capillorum nec in tortis crinibus or-
namentum suum habeat sed oracione de
corde puro ubi est absconditus cor-
dis homo qui est semper apud deum

Locuplex. Habes ergo in quo sis dives
in Christo in quo divicie et pudicicia
tua est et castitas insule fides devo-
cio misericordia. Hii sunt thezauri
iusticie sicut per prophetam commemoratur.
Deinde unde habeas incipere. Dic
michi et si hominem velis rogare et
sic incipias da michi illud esse quod
te peto. Nonne arrogans videtur
oracio. Et ideo inchoari debet oracio
a dei laude ut roges omnipotentem
deum cum possibilia sunt omnia qui
voluntatem prestandi habet. Sequitur
obsecracio sicut apostolus docuit dicens
Obsecro igitur primum fieri oraciones postu-
laciones obsecraciones graciarum ac-
ciones. Prima ergo oracio debet habere
dei laudem. Secunda supplicacionem, tercia
postulacionem, quarta graciarum acciones.
Non debes quasi famelicus ad cibum
de cibo incipere sed ante a laudibus
dei. Unde et oratores isti sapientes
habeant disciplinam ut iudicem sibi
fautorem prestent. Incipiunt a
laudibus eius ut benivolum sibi fa-
ciant cognitorem. Deinde paulatim
incipit rogare iudicem ut paci-
enter dignentur audire. Audet tercio
postulacionem suam depromere quod
petat exprimere. Quarta quoniam ce-
pit a laudibus dei sic debet in lau-
dibus dei desinere. Habes hoc
in oratione dominica. Pater noster qui
es in celis s. n. t. Laus dei quod
pater predicatur in eo pietatis gloria
Sanctificetur nomen tuum ut sancti-
ficet servos suos. Nomen enim
sanctificatur in nobis quando predicat
homines christianos. Ergo optancius est
sanctificetur nomen tuum. Veniat
regnum tuum. Postulacio ut in nobis
sit regnum Christi. Si deus in nobis
regnat locum adversarius habere non

nota

De oracione mulieris pro viro

Nō

ut culpa nō regnat · sed regnat virtus
iudicia regnat et deuotio · Deinde
fiat voluntas tua sicut in celo et in
terra · Panem nostrum cot · d · n · Hec postu
lacio magna est eorum que postulatur.
Et dimitte inquit nobis debita nostra
sicut et n · di · d · n · Ideo cottidie acci
pe · ut cottidie indulgenciam debito
nostro petas Et ne paciaris nos in
duci in temptacionem · sed libera nos a
malo · Que sequuntur · audi quid di
cat sacerdos · Per dominum nostrum i · x · in
quo t · cum quo tibi est honor · laus · gloria ·
magnificencia · potestas cum spiritu sancto
a seculis et nunc et semper et in omnia
secula seculorum · Amen · Explicit de
sacramentis liber sextus · Incipiunt
capitula septimi · De misterio aperio
nis · Quibus presentibus renunciat dialo · Quod
nō solum aqua uel sacerdotes · sed diuin
itatis presencia operetur in baptismate · Ex
emplis affirmat · quod spes pro vitate
accipiat · Quod nō merita sacerdotum · sed
officia consideranda sunt · Quod in patrem
et filium et spiritum sanctum crede respondis et
vnguento in capite · De pedum ablucione
De vestibus candidis · Quod ecclesia uel
anime columbe · uel capre assimuletur
De aduentu ad altare · Quod antiqiora
et pociora sunt sacramenta ecclesie quam iu
deorum · Que illis in vmbra nobis
in veritate sunt · Exemplis probat quod
corpus xpi sit quod accipimus nō panis
quem natura format · sed caro que ex
virgine nata est que crucifixa et se
pulta est · Expliciunt capitula vii libri

De moralibus cottidianum
sermone habuimus · cum uel patriar
charum gesta uel prouerbiorum
legimus precepta ut hiis informati atque
instituti assuesceretis maiorum ingredi vi
as eorum quod iter carpere ac diuinis obe
dire oraculis · Quo renouati per bapti
smum eius vite vsum teneretis que
ablutos deceret · Nunc de
misteriis gratie dicere tempus admonet
atque ipsam sacramentorum racionem edere.
quam ante baptismum si putassemus insi
nuandam nondum iniciatis prodidisse
pocius quam edidisse estimarer · Dein
de quod inopinantibus melius se lux

ipsa misteriorum infuderit quam si eam
sermo aliquis preuenisset · Aperite igitur
aures et bonum odorem vite eterne
illatum vobis munere sacramentorum car
pite quod vobis significauimus cum aper
cionis celebrantes misterium diceremus
Effeta · quod est ad aperire ut venturus vnus
quisque ad graciam quid interrogaretur
agnosceret · quid respondere meminisse de
beret · Hoc misterium celebrauit xpistus
in euangelio · sicut legimus · cum mutum et
surdum curaret · Set ille os tetigit
quia et mutum et surdum curabat · In
altero ut os eius infuse sonus vocis
aperiret · In altero quia tactus iste
virum decebat · Post hec reserata
tibi sunt sancta sanctorum · ingressus es re
generacionis sacrarium · Repete quod sis
interrogatus · recognosce quid respon
deris · Renunciasti dyalo et operibus
eius mundo et luxurie eius ac volup
tatibus · Tenetur vox tua nō in tu
mulo mortuorum · sed in libro viuen
cium · Vidisti illic leuitam · vidisti
sacerdotem · vidisti summum sacerdotem
Noli considerare corporum figuras
sed misteriorum graciam · Presentibus
angelis locutus es sicut scriptum est
labia sacerdotis custodiunt scienciam
et legem requirunt ex ore eius
quia angelus est domini omnipotentis · Non
est fallere nō est negare · Angelus
est qui regnum xpi et vitam eternam
annunciat · Non specie tibi estiman
dus est annuncians sed munere · quod
tibi contulerit considera · visa eius
expende et statum eius agnosce.
Ingressus igitur es ut aduersarium tuum
cerneres · cui renunciandum in os pu
tares ad orientem conuerteris · Qui
enim renunciat dyabolo · ad xpistum conuertitur
illum directo cernit intuitu · Quid
vidisti: Aquas vtique · sed nō solas · leui
tas illic ministrantes · summum sacer
dotem interrogantem et consecrantem
Nō Primo omnium docuit te apostolus · non ea
nobis contemplanda que videntur
temporalia sunt · que autem nō videntur eterna
Nam et alibi habes · quia inuisibilia
dei a creatura mundi · per ea que facta
sunt intellecta conspiciuntur · Sempiterna

quoque virtus eius ac divinitas operibus
estimanda. Unde ipse dominus ait. Si mihi non
creditis uel operibus credite. Credite ergo
divinitatis adesse presentiam. Operacionem cre-
ditis non creditis presentiam. Unde sequeretur
operacio si non procedit ante presentiam.
Considera autem quam vetus sit misterium
in ipsius mundi prefiguratum origine.
In principio ipso quando deus fecit celum
et terram. Spiritus inquit ferebatur super
aquas. Qui superferebatur super aquas non operabatur super aquas
Sed quid dicam. Operabatur quod ad presenciam
expectat superferebatur aquas. Non opera-
batur qui superferebatur. Cognosce quia
operabatur in illa mundi fabrica quando
tibi dicit propheta. Verbo domini celi firma-
ti sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Utrumque prophetico subnixum est testi-
monio. et quia superferebatur et quia
operabatur. Quia superferebatur moyses
dicit quia operabatur david testifica-
batur. Accipe aliud testimonium.
Caro omnis corrupta erat ab in-
iquitatibus suis. Non permanebit
inquit spiritus meus in homine quia caro
est. Quo ondit deus quia carnali
immundicia quondam labe peccati gra-
tiam spiritualis avertit. Unde volens deus
reparare quod deerat diluvium effecit
et iustum noe in archam misit ascendere.
Qui iam decedente diluvio corvum
dimisit primus qui non revertitur.
dimisit columbam que cum ramo o-
live legitur revertisse. Vides aquas
vides lignum. columbam aspicis et du-
bitas de misterio. Aqua ergo est qua
caro mergitur ut omne peccatum
abluatur. Sepelitur illic omne vicium.
lignum est in quo suffixus est dominus ihesus
cum patitur pro nobis. Columba
est in cuius specie spiritus sanctus descendit
sicut didicisti in novo testamento
qui tibi pacem anime tranquillitatem
mentis inspirat. Corvus est figura
peccati quod exit et non revertitur
si intus iusti custodia et vita ser-
vetur. Tertium quoque testimonium
est sicut te apostolus docuit. quando
patres nostri omnes sub nube fuerunt
et omnes mare transierunt et omnes in moyse
baptizati sunt in nube et in mari. De-
nique quod ipse moyses dicit in cantico. Mi-
sisti spiritum tuum et operuit eos mare. Adver-
tis quod in illo hebreorum transitu iam et tunc
sacri figura baptismatis precessisset in
quo egiptius perit et hebreus evasit.
Quid enim aliud in hoc cottidie sacramento
doceris nisi quia culpa mergitur et
error aboletur. Pietas autem et innocen-
tia tota permansit. Audis quia sub
nube patres nostri fuerunt. Et bona nube
que carnalium refrigeravit incendia
passionum. Bona nubes obumbrat quos
revisit spiritus sanctus. Denique supervenit
in mariam virginem et virtus altissimi ob-
umbravit. quando redempcionem genti ge-
nuit humane. Et illud miraculum per
moysen in figura factum est. Si ergo in
figura affuit spiritus non adest in veritate
cum scriptura dicat. Marath fons ama-
rissimus erat. misit in eum moyses lignum
et dulcis factus est. Aqua enim sine pre-
dicatione dominice crucis ad nullum usum
future salutis est. Cum ergo salutaris fu-
erit crucis misterio consecrata. tunc
ad usum spiritualis lavacri et salutaris
poculi temperatur. Sicut ergo in illum fontem
moyses lignum misit hoc est propheta. et in
hunc fontem sacerdos predicacionem dominice cru-
cis mittit. et aqua fit dulcis ad graciam.
Non ergo solis oculis corporis tu credas.
magis videtur quod non videtur. quia
istud temporale illud eternum aspicitur. quod
oculis non comprehenditur animo autem ac
mente cernitur. Denique doceat te regnorum
~~est~~ decursa lectio. Naaman syrus erat
et lepram habebat nec ab ullo poterat
mundari. Tunc ait puella ex captivis
quod propheta esset in israel. qui posset eum tollere
a lepra. Sumpto inquit auro et argento
perrexit ad regem israel. Qui cognita ad-
ventus eius causa scidit vestimenta
sua dicens. quia temptaret magis. cum
de se ea que non erant regie potestatis pos-
cerent. Heliseus autem intimavit regi
ut ad se syrum dirigeret. ut cognosceret
quod esset deus in israel. Et cum venisset
mandavit ei ut septies mergeretur in
iordane flumine. Tunc ille cepit secum

tractare q melIores aque essent in patria
sua in quibus sepe mergisset et nunquam
a lepra mundatus fuisset eo quod revocatus
non obediebat mandatis prophete sed ad-
monitu et persuasionibus suorum acqui
evit et mersit. Mundatus est. Ideo in-
tellexit non aquarum esse quod unusquisque
mundatur sed gratie. Recognosce nunc que
sit illa puella ex captiuis iunior
scilicet ex gentibus congregatio id est ecclesia
domini depressa atque captiuitate pec-
cati quondam libertatem gratie adhuc
non habebat. Cuius consilio vanus ille
populus nationum verbum audiuit
propheticum. De quo diu ante dubitauit
postea tamen ubi credidit ex quando
ablutus est ab omni contagione viciorum.
Tu iam sanguis sanctus es. Et ideo dubi-
tare debes. ut tamen hoc solum
credebas quod videbas. ne forte et tu
dicebas. Hoc est illud magnum misterium
quod oculus non vidit nec auris audiuit
nec in cor hominis ascendit. Aquas
video. quas cottidie videbam. Iste
me habent mundare in quas sepe
descendi et nunquam mundatus sum
Hic cognosce quod aqua non mundat
sed spiritus. Ideo ergo hinc colligis quod
quod tres testes in baptismate unum
sunt. aqua. sanguis. et spiritus quia si
unum horum detrahas. non stat bap-
tismatis sacramentum. Quid est enim
aqua sine cruce christi. elementum
commune. sine ullo sacramenti effectu
Neque iterum sine aqua. regenerationis
misterium est. Nisi enim quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto. non
potest introire in regnum dei. Credit
etiam cathecuminus in cruce domini
ihesu qua et ipse signatur. Sed nisi
baptizatus fuerit in nomine patris et
filii et spiritus sancti. remissionem non potest accipere
peccatorum nec spiritualis gratie munus Vide
sepiens haurire. Ergo ille syrus mersit spus
in lege. tu autem baptizatus es in
nomine trinitatis. Confessus es patrem
recordare quid feceris. Confessus
es filium. confessus spiritum sanctum.
tene ordinem. ordine rerum in

hac fide. Mortuus es mundo et ideo re-
surrexisti. et quasi in illo mundi es sepul-
tus elemento. peccato mortuus. ad vi-
tam resuscitatus es eternam. Crede ergo quod
aque non sunt vacue. Ideo tibi di-
ctum est. quia angelus domini descendit in
natatoriam piscina secundum tempus
et mouebatur aqua et qui prior de-
scendisset in natatoriam post motum
aque sanus ab omni languore fie-
bat quocunque tenebatur. Hec piscina
in ierusalem erat in qua unus langui-
dus sanabatur. Sed nemo ante sanabatur
quam descendisset angelus. ut esset indi-
cium quia descenderat angelus. moue-
batur aqua propter incredulos. Illis
signum. tibi fides. Illis angelus. tibi
spiritus sanctus descendebat. Illis creatura
mouebatur. tibi christus operatur. ipse dominus
creature. Tunc curabatur unus. nunc omnes
sanantur. aut certe unus solus populus christianus.
Est enim in aliquibus aqua men-
dax. Non sanat baptismus perfidorum
non mundat sed polluit. Iudeus urce-
os baptizat et calices. quasi insensibilia
vel culpam possint recipere et gratiam.
Tu baptiza illud calicem tuum sensibile
in quo opera tua bona luceant. in
quo splendor gratie tue fulgeat. Ergo
et illa piscina in figura ut credas
quia in hunc fontem vis diuina de-
scendit. Denique paraliticus ille expe-
ctat hominem. Quem. nisi dominum ihesum
natum ex virgine. cuius aduentu iam
non umbra sanaret singulos. sed ve-
ritas uniuersos. Iste est ergo qui expe-
ctabatur qui descenderet. de quo dixit
deus pater ad iohannem baptistam. Super
quem videris descendentem spiritum et
manentem super eum. hic est qui ba-
ptizat in spiritu sancto. De quo et iam
testificatur iohannes dicens. Quia
vidi spiritum descendentem de celo quasi colu-
bam. et mansit super eum. Et quare
sicut columba descendit. nisi ut tu
videas. nisi ut tu agnoscas etiam co-
lumbam illam quam noe iustus emisit
ex archa. istius columbe speciem
fuisse. ut typum agnosceres sacramenti.
Et forte dicas. Cum illa vera colum-
ba fuerat que emissa est. hic quasi

columba descendit. quo illic spem
fuisse dicimus. hic veritatem. cum secundum
grecos in specie columbe spiritum sanctum de
scendisse constat. sicut scriptum est. Sed
quid tam verum quam divinitas. que
manet semper. Creatura autem non potest
esse veritas sed species. que facile sol
vitur atque mutatur. Simul quia eorum
qui baptizantur non in specie esse debeat
sed vera simplicitas. Unde et dominus
ait. Estote astuti sicut serpentes
et simplices sicut columbe. Meri
to ergo columba descendit. ut nos
admoneret simplicitatem columbe habere
debere. Speciem autem pro veritate accipi
endam legimus. et specie inventus
ut homo et de patre deo neque speciem
eius vidisti. Est ne adhuc quod
dubitare debeas. Cum evidenter
tibi clamet in ewangelio. qui ait. Hic
est filius meus dilectus in quo mihi
complacui. Clamet filius super
quem sicut columba demonstravit
se spiritus sanctus. qui sicut columba desce
ndit. Clamet david. Vox domini super
aquas deus maiestatis intonu
it dominus super aquas multas. Cum
tibi scriptura testetur. quod hierobaal
prece et ignis descendit de celo
et rursus precante helya ignis est
missus qui sacrificia consecravit.
Non in merita personarum consideres
sed officia sacerdotum. et si merita
expectas. sicut helyam consideras
petri quoque merita expecta. vel
pauli qui acceptum a domino ihesu hoc
misterium nobis tradiderunt. Illis
mittebatur visibilis ut crederetur
nobis invisibilis operatur qui credi
Illis in signaculum. nobis ad commoni
tionem. Crede ergo adesse dominum
ihesum invocatum precibus sacerdotum
qui ait. Ubi duo vel tres congre
gati fuerint in nomine meo. ibi
et ego sum. Quanto magis ubi
ecclesia ibi misteria sunt. ibi di
gnatur suam impertire presenciam.
Descendisti ergo recordare quid
respondis. quod credas in patrem.
credas in filium. credas et in spiritum
sanctum. Non habes illic credo in
maiorem et in minorem et in

ultimum. sed eadem vocis tue cau
tione constringeris ut similiter credas
in filium sicut in patrem. similiter in spiritum
sanctum credas sicut credis in filium. hoc
solo excepto quod in cruce domini morti
unum solius tibi facias credendum.
Post hec utique ascendisti ad sacer
dotem. considera. quid sequtum sit.
Nonne illud quod david. Sicut un
gentum in capite quod descendit in
barbam barbam aaron. Hoc est
ungentum de quo salomon ait.
Ungentum exinanitum est nomen tuum
propterea adolescentule dilexerunt te
nimis et attraxerunt. Quante hodie
renovate anime. dilexerunt te domine
ihesu dicentes. Attrahe nos post te
et in odore ungentorum tuorum cur
remus. ut odorem resurrectionis
haurirent. Quare hoc fiat intel
lige. quia oculi sapientis in ca
pite eius. Ideo in barbam de
fluit. idest. in graciam iuventutis
et in barbam aaron. ut fias ele
ctum genus sacerdotale preciosum.
Omnes enim in regnum. in sacerdocium
ungimur gracia spirituali. Ascendisti
de fonte memento ewangelice
lectionis. Etenim dominus noster in ewangelio
lavit pedes discipulis suis. Cum
venit ad symonem petrum. ait
petrus. Non lavabis michi pedes
in eternum. Non advertit misterium. et
ideo recusavit ministerium. quia
humilitatem servi gravari crederet
si sibi obsequium domini paciens
admitteret. Cui respondit dominus. Si
non lavero te. non habebis partem
mecum. Quo audito petrus. Domine
inquit. non tantum pedes. sed et manus
et caput. Respondit dominus. Qui lotus
est non indiget nisi pedes lavet
sed est mundus. Mundus erat petrus
sed plantam lavare debebat. Ha
bebat enim peccatum de successione
primi hominis. quando eum supplantavit
serpens et persuasit errorem. Ideo
planta eius abluitur. ut here
ditaria peccata tollantur. Nostra
enim propria per baptismum laxantur
Simul cognosce misterium ipsius ipsum
humilitatis consiste misterio. Ait

Ait enim Si ego laui vestros pedes et
magister quanto magis debetis et vos la
uare inuicem vobis. Cum enim au
ctor ipse salutis nos per obedien
ciam redimeret quanto magis nos
seruuli eius humilitatis et obedien
cie debemus obsequium. Accepisti
ergo hec vestimenta candida ut ec-
clesia indicaret quod exueris indumentum
et volutrum peccatorum. Indueris ca
sta morentie velamina. De quibus
dixit propheta Asperges me domine ysopo
et mundabor etc. Qui enim ba
ptizatur et secundum legem et secundum
ewangelium videtur esse mundatus.
Secundum legem. quia ysopi vasculo
moyses aspergebat sanguine agni.
Secundum ewangelium quia Christi erant can
dida vestimenta sicut nix. cum
resurrectionis sue gloriam in ewangelio
demonstraret. Super niuem dealbatur
cui culpa dimittitur. Unde per
ysayam dominus dicit. Si fuerint pecca
ta vestra sicut fenicium. ut niue
dealbabo. Hec vestimenta huius ec-
clesia per lauacrum regeneracionis
assumpta dicit in canticis. Nigra et
decora sum filia ierusalem. Nigra per
fragilitatem condicionis humane. de
cora per graciam. Nigra quia ex pec
catoribus. decora ex fidei sacramento
Hec vestimenta cernentes filie
ierusalem stupefacte dicunt. Que est ista
que ascendit dealbata. Dubita
uerunt enim eciam angeli cum resur
geret Christus. Dubitauerunt potestates
celorum videntes quod caro in
celum ascendit. Dicebant denique
Quis est iste rex glorie. Et cum alii di
cerent. tollite portas principes
vestras et eleuamini porte eternales
et in. r. g. Alii dubitabant dicen
tes. Quis est iste rex glorie. In
ysaya quoque habes dubitantes vir
tutes celorum dixisse. Quis est iste
qui ascendit ex edom rubor ve
stimentorum eius ex bosor. speciosus
in stola candida. Christus autem vi
dens ecclesiam suam in vestimentis
candidis. pro qua ipse in propheta
zacharie libro. sordida vestita
susceperat. uel animam regeneracionis

lauacro mundam atque ablutam dicit
Ecce formosa es proxima mea.
ecce formosa es. Oculi tui columbe
in cuius specie spiritus sanctus descendit de celo
formosa. oculi sicut diximus supra
quia sicut columba descendit. Et
infra. Dentes tui grex tonsarum que
descenderunt de lauacro. que omnes
gemellos creant. et insulta non est in
eis. Ut resticula coccinea labia
tua. Non mediocris ista laudacio.
Primum dulci comparacione tonsarum
Capras enim in altis pasci sine pericu
lo nouimus. et in preruptis secure
cibum sumere. Deinde cum tondentur
deonerari superfluis. Harum gregi
comparatur ecclesia. multas in se huius
animarum virtutes. que per lauacrum
superflua peccata deponant. que
misticam fidem et moralem graciam de
ferant Christo. que crucem domini ihesu
loquuntur. In hiis formosa est ecclesia
Unde ad eam deus verbum dicit. Tota
formosa es proxima mea et com
prehensio non est in te. quia culpa
demersa est. Ades adhuc a libano
sponsa. ades huc a libano. transibis
et pertransibis a principio fidei. Eo
quod renuncians mundo transiuit seculum
pertransibit ad Christum. Et item dicit ad
eam deus verbum. Quam pulcra et
suauis es facta caritas in deli
ciis tuis. Statura tua similis est fa
cta palme. et vbera tua botris
Quidet ecclesia. Quis dabit te frater mi
lactantem vbera matris mee. Inue
niens te foris osculabor te. et quidem
non spernent me. Assumam et in
ducam te in domum matris mee. et
in secretum eius que concepit me
docebis me. Vides quemadmodum
delectata munere graciarum. Ad in
teriora cupit misteria peruenire.
et omnes sensus suos consecrare Christo
Adhuc querit suscitantem. et susci
tari eam sibi poscit a filiabus ierusalem
quarum gracia hec est animarum fidelium
Sponsum in amorem sui vberiorem
desiderat prouocari. Unde dominus ihesus
et ipse inuitatus tante studio cari
tatis. pulcritudine decoris et gracie

Nota

Nota

Nota de ecclesia per totum

quod nulla iam in ablutis delicta sor- derent. Dicit ad ecclesiam: Pone me ut signaculum in corde tuo, ut sigillum in brachio tuo. Hoc est decora es proxima mea, tota formosa es, nichil tibi deest. Pone me ut signaculum in corde tuo quo fides tua pleno fulgeat sacramento. Opera tua quoque luceant et ymaginem dei presentant, ad cuius ymaginem facta es. Caritas tua nulla persecutione minuatur quam multa aqua excludere, flumina inundare non possunt. Unde repete quia accepisti signaculum spirituale, spiritum sapientie et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum cognitionis atque pietatis, spiritum timoris. Serva quod accepisti. Signat te deus pater, confirmavit te Christus dominus, et dedit pignus spiritus in cordibus tuis, sicut apostolica lectione didicisti. His abluta plebs dives insignibus ad Christi contendit altaria dicens: Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuventutem meam. Depositis autem inveteratis erroris exuviis renovata in aquile iuventutem, celeste illud festina adire convivium. Venit igitur et videns sacrosanctum altare compositum, exclamans ait: Parasti in conspectu meo mensam. Hanc loquentem inducit David dicens: Dominus pascit me et nichil michi deerit, in loco pascue ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me. Et infra: Nam et si ambulavero in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Inpinguasti in oleo caput meum et poculum meum inebrians quam preclarum est. ¶ Nunc illud consideremus ne quis forte visibilia videns quia que sunt invisibilia non videntur nec possunt humanis oculis comprehendi dicat forte: Iudeis deus manna pluit, pluit coturnices. Ecclesie autem illi dilecte hec sunt que preparavit, de quibus dictum est: Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Ergo ne quis hec dicat summo studio

volumus comprobare quia et antiquiora sacramenta ecclesie quam synagoge et prestanciora quam manna est. Antiquiora docet lectio genesis que decursa est. Synagoga enim ex lege moysi principium sumpsit. Abraham vero longe antior, qui victis hostibus et nepote proprio recepto cum potiretur victoria, tunc illi occurrit Melchisedech et protulit ea que Abraham veneratus accepit. Non Abraham protulit sed Melchisedech qui inducitur sine patre et matre, nec inicium dierum nec finem habens, similis est filio dei, de quo ait apostolus Paulus ad Hebreos qui manet sacerdos in perpetuum. Qui interpretatione latina dicitur Rex iusticie, rex pacis. Non agnoscis quis iste sit? Potest homo esse rex iusticie cum vix iustus sit? Potest esse rex pacis cum vix possit esse pacificus? Sine matre secundum divinitatem quia ex patre deo genitus est, unius substancie cum patre. Sine patre secundum incarnationem quia natus est ex virgine. Inicium et finem non habens quia ipse est inicium et finis omnium, primus et novissimus. Non igitur humani sed divini est muneris sacramentum quod accipis, prolatum ab eo qui benedixit fidei patrem Abraham, illum cuius graciam et gesta miraris. Probavimus esse antiquiora ecclesie sacramenta. Nunc cognosce pociora. Revera mirabile est quod manna deus pluit patribus et cottidiano celi pascebantur alimento. Unde dictum est: Panem angelorum manducavit homo. Sed tamen panem illum qui manducaverunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis vivus qui descendit de celo, vite eterne substanciam ministrat. Et quicumque hunc manducaverit non morietur in eternum, et corpus est Christi. Considera nunc utrum prestancior sit panis angelorum an caro Christi que utique corpus est vite. Manna illud de celo, hoc super celum. Illud celi, istud domini celorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum ab omni corruptione. Quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem

sentire nō potit. Illis aqua de petra
fluxit tibi sanguis ex xpo. Illos ad
horam aqua satiauit te sanguis
diluit in eternū. Iudeus bibit et sitit.
tu cū biberis sitire non poteris. Et
illud in vmbra. hoc in veritate. Si id
quod miraris vmbra ē. quantū istud
est cuius et vmbrā miraris. Audi quia
vmbra ē que apud patres facta est
Bibebant inquit de consequenti petra
petra aūt erat xpus. Sed nō in pluri
bus eorum complacitū est deo. namque pro
strati sunt in deserto. Hec aūt in figurā
facta sunt nostri. Cognouisti prestanciora
pocior etenim ē lux quam vmbra. veri
tas quam figura. corpus auctoris
quam manna de celo. forte dicas. ali
ud video. Quo tu michi asseris quod
xpi corpus accipiam. Et hoc nobis
adhuc superest ut probemus. Quantis
igitur vtimur exemplis ut probemus
hoc nō esse. quod naturā formauit
sed quod benedictio consecrauit. maio
rem quam vim benediccionis esse quam nāe
quia benedictione etiā ipsa natura
mutatur. Virgam tenebat moyses
proiecit eam et facta ē serpens.
Rursum apprehendit caudam serpentis
et in virge naturam reuertitur. Vides
igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam
et serpentis et virge. Currebant
egipti flumina puro aquarum meatu
subito de foncium venis sanguis
cepit erumpere. Non erat potus in
fluuiis. Rursum ad prophete preces cruor
cessauit fluminum. aquarum natura
remeauit. Circumclusus erat vndique
populus iudeorum. Hinc egiptiis valla
tus. inde mari clausus. Virgam le
uauit moyses et separauit se aqua
et murorum specie congelauit. atque inter
vndas via pedestris apparuit. Ior
danis conuersus ē retrorsum. contra
naturam sui fontis reuertitur exor
dium. Nonne claret naturam vel ma
rinorum fluctuum. ut fluuialis cur
sus esse mutatam. Siciebat populus pa
trum. tetigit moyses petram. et a
qua de petra fluxit. Nunquid nō
preter naturam operata ē gratia. ut
aquā vomeret petra quam non
habebat natura. Marath fluuius
amarissimus. ut siciens populus bibe
re nō posset. Misit moyses lignum in
aquam et amaritudinē suā aquarum
natura deposuit quam infusa subito
gratia temperauit. Sub Elizeo propheta vni
ex filiis prophetarum excussum ē ferrū de
securi et statim mersum ē. Rogauit
Elizeum qui amiserat ferrū. Misit
etiā Elizeus lignum in aquam et fer
rum natauit. Utique hoc preter naturam
factū esse cognouimus. Grauior ē enim
species ferri quam aquarum liquor. Aduer
timus igitur maioris esse virtutis graciam
quam naturam. et adhuc tamen propheticæ
benediccionis numeramus graciam. Quod
si tantū valuit humana benedictio ut
naturam conuerteret. quid dicimus
de ipsa consecracione diuina vbi uerba
ipsa domini saluatoris operantur. Nam
sacramentū istud quod accipis xpi ser
mone conficitur. Quod si valuit tantum
sermo Helye ut ignem de celo de
poneret. non valebit sermo xpi ut
species mutetur elementorum. De totius
mundi operibus legisti. quia ipse dixit
et facta sunt. ipse mandauit et cre
ata sunt. Sermo ergo xpi qui potu
it ex nichilo facere quod nō erat. nō
potest ea que ~~nō~~ sunt mutare in id quod
nō erat. Non enim minus ē nouas
rebus dare. quam mutare naturas. Sed quid
argumentis vtimur. Si vis vtamur
exemplis. incarnacionis quoque instrua
mus misterii veritatem. Nunquid
nature vsus precessit. cum ihesus dominus
ex maria virgine nasceretur. Si or
dinē querimus viro mixta mulier
generare consueuerat. liquet igitur quod
preter nature ordinem virgo ge
nerauit. et hoc quod conficimus cor
pus ex virgine ē. Quid hic queris
nature ordinē in xpi corpore cum
preter naturam sit ipse dominus ihesus.
partus ex virgine. Vera utique caro
xpi. que crucifixa ē. que sepulta
est. ipse dominus clamat ihesus. Hoc est
corpus meum. Ante benedictionem verborum
celestium alia species nominatur post
consecracionem corpus xpi significatur
Ipse dicit sanguinem suum ante con
secracionem aliud dicitur. post consecracionem
sanguis nuncupatur. Et tu dicis
Amen hoc ē. verum ē. Quod os lo
quitur. mens interna fateatur. Quod
sermo sonat. effectus senciat.

Hys igitur sacramentis pascit ecclesiam
suam xpus · quibus anime firmatur
substantia · Merito ergo videns profectum
eius gratie tenentem dicit ad eam · Quam
decora facta sunt ubera tua · soror
mea sponsa quam decora facta sunt
a vino · Et odor vestimentorum tuorum
super omnia aromata · ffauus distil
lans labia tua sponsa · mel et
lac sub lingua tua · et odor ve
stimentorum tuorum sicut odor libani
Ortus conclusus soror mea spon
sa · ortus conclusus · fons signatus
Quo significabat signatum debere
apud te manere misterium ne vi
oletur operibus male vite · atque
adulterio castitatis ne divulgetur
quibus non convenit · ne garrula
loquacitate dispargatur in perfidos
Bona ergo debet esse fidei tue cu=
stodia · ut intemerata vite ac
silencii integritas perseueret · Unde
ecclesia altitudinem seruans · miste
riorum celestium reicit a se graviores
venti procellas · et invitat ver
nantis gratie suavitatem · et sciens
quod ortus suus xpo displicere non pos
sit · advocat ipsum sponsum dicens ·
Exurge aquilo et veni auster
perfla ortum meum · et fluent aro
mata illius · Descendebat frater
meus in ortum suum · et edat fru
ctum pomiferarum suarum · Bonas enim
arbores · et fructiferas habet · que
radices suas tinxerunt in sacri fon
tis irriguo · et in bonos fructus
nove fecunditatis germine pul
lulaverunt · ut non iam prophetica re
cedantur securi · sed evangelica
ubertate fecundentur · Denique fer
tilitate earum dominus delectatus audit
Ingressus sum in ortum meum soror
mea sponsa vindemiaui mirram
meam cum unguentis meis · manduca
vi cibum meum cum melle meo · bibi
potum meum cum lacte meo · Hunc
cibum et potum dixerim fideliter
intellige · Illud autem non dubium quod
in nobis ipse manducat et bibit
sicut et in nobis legisti · quia in
carcere se esse dicat · Unde ecclesia
videns tantam gratiam · hortatur
filios suos hortatur proximos suos ut
ad sacramenta concurrant dicens · Edite
proximi mei · et bibite et inebriamini
fratres mei · Quid edamus · quid bibamus ·
alibi tibi spiritus sanctus expressit dicens · Gu
state et videte quoniam suavis est dominus · beatus
vir qui sperat in eo · In illo sacramento
xpus est · quia corpus est xpi · Non ergo cor
porales esca · sed spiritualis est · Unde et
apostolus de typo eius ait · Quia patres
nostri escam spiritualem manducaverunt ·
et potum spiritualem biberunt · Corpus
enim dei · corpus est spiritale · Corpus xpi
corpus est divini spiritus · quia spiritus xpus ut
legimus · spiritus ante faciem nostram xpus
dominus · Et in beati petri epistola habemus
xpus pro nobis mortuus est · Denique
cor nostrum esca ista confirmat · et po
tus iste letificat cor hominis · ut propheta
memoravit · Unde adepti omnia scimus
regnatos nos esse · nec dicamus quo
regnati sumus · Numquid in ventrem
matris nostre introivimus et regnati sumus
Nunc agnosce usum nature · Si usus
hic nature ordo · ubi excellencia
gratie · Denique non semper usus nature
regnationem facit · Beata maria con
cepit · spiritu de spiritu sancto in utero accepit ·
ut dicat matheus · Quia inventa est
in utero habens de spiritu sancto · Si ergo su
perveniens spiritus sanctus in virgine con
ceptionis operatus est · et generacionis
munus implevit · non est utique dubi
tandum · quia superveniens in fontem
super eum qui baptismum consequitur
veritatem generacionis cooperatur ·
Explicit de sacramentis

